N. Inw. 293.

Nowa oprawa J. Wyżgi 1933. Poprzednia oprawa
papierowa z I poł. XIX w. zdjęta. Miejsca wygryzione
przez myszy podlepione kalką. K. D.

I

Scd
L
ṗung
29

Scd̄m volumē Biblie in quo
Libri hoc ordine ꝯscripti sunt

pmg Esdras x ꝑ Collegio Canonistaꝝ legat

Neemias

29 Esdras ix

Thobias xiiii

~~Hester~~

Judith xvi

Hester xvi

Job

Psalterium beati Jeronimi

Parabole salomonis

Eclesiastes xii

Cantica viii

Sapiencie xix

Eclesiasticus li

ysaias lxvi

Jeremias lii

Trenorum iiii

Baruch vi

Ezechiel xlviii

daniel xiiii

oseas xiiii

amos ix

abdias i

Jonas iiii

michcas vii

naum iii

abacuk iii

Zephonias iii

aggeus ii

Zacharias

malachias

4 aa . I 35

Bibl. I

Incipit prologus in libro Esdre

Utrum difficilius sit facere quod posci-
tis an negare necdum statui. Nam
neque vobis aliquid imperantibus ab-
nuere sententie est. sed magnitudo
oneris impositi ita cervices premit
ut ante sub fasce ruendum sit quam
levandum. Accedunt ad hec invidorum studia
qui omne quod scribimus reprehendendum putant. Et interdum
contra se conscientia repugnante publice lacerant que occulte
legunt. Intantum ut clamare compellar et dicere. Domine libera
animam meam a labiis iniquis. et a lingua dolosa. Tercius
annus est quod semper scribitis. et rescribitis. ut Hesdre librum
et Hester vobis de hebreo transferrem / quasi non habeatis greca
et latina volumina. Aut quodcumque illud est quod a vobis vertitur
non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem ut ait quidam
niti. neque aliud fatigando nisi odium querere extreme demen-
tie est. Itaque obsecro vos mi Dominion et Rogatiane
dilectissimi. ut privata lectione contenti / libros non
efferatis in publicum ne fastidiosis cibos ingeratis. Vitetisque
eorum supercilium / qui iudicare tantum de aliis. et ipsi facere nil
noverunt. Siqui autem fratrum sunt quibus nostra displicent. hiis
tribuatis exemplar. admonentes ut hebrea nomina. quorum
grandis copia in hoc volumine est. distincte et per intervalla
scribant. Nichil enim proderit emendasse librum. nisi emendatio
librariorum diligentia conservetur. Nec quemquam moveat / quod unus
a nobis editus est liber. nec apocriforum tercii et quarti
libri sompniis delectetur. Quia et apud hebreos. Hesdre Nee-
mieque sermones in unum volumen coartantur. Et que non
habentur apud istos. nec de viginti quatuor senibus sunt. pro-
cul sunt abicienda. Siquis autem lxx. vobis opposuerit interpretes.
quorum exemplaria varietas ipsa lacerata et eversa demonstrat.
Nec potest utique verum asseri. quod diversum est. mittite eum ad evangelia
in quibus multa ponuntur de veteri testamento. que apud lxx. inter-
pretes non habentur velud illud. quoniam Nazareus vocabitur.

Et ex egipto vocavi filium meum Et videbunt in quem com
punxerunt Aliaque alia que latiori operi reservavi Et querite
ab eis ubi scripta sunt Cumque proferre non potuerint vos le
gite de hiis exemplaribus que nuper a nobis edita maledi
corum quotidie linguis confodiuntur Sed ut ad compendium
veniam cerne quod illatum sit equissimum est Edidi aliquid
quod non habetur in greco vel aliter habetur quam a me versum est
Quid interpretem laniant interrogent hebreos ut ipsis auctoribus
translationis mee vel arrogent vel derogent fidem Por
ro aliud est si clausis quod dicitur oculis mihi nolunt maledicere
et non imitantur grecorum studium et benivolentiam Qui post lxx
translatores iam Christi evangelio coruscante iudeos et ebyo
nitas legis veteris interpretes Aquilam videlicet et Simmachum
et Theodotionem et curiose legunt et per origenis laborem
in exaplois dedicaverunt Quanto magis latini grati esse de
berent si exultantem cernerent greciam a se aliquid mutua
ri Primum enim magni sumptus est et infinite difficultatis
exemplaria posse habere omnia Deinde etiam qui habuerint
et hebrei sermonis ignari sunt magis errabunt ignorantes
quis e multis verius dixerit Quod etiam sapientissimo cui
piam nuper apud grecos accidit ut interdum sensum scripture
relinquens uniuscuiusque interpretis sequeretur errorem Nos
autem qui ebree lingue saltem parvam habemus scientiam
et latinus nobis utcumque sermo non deest ut de aliis magis
possimus iudicare et ea que ipsi intelligimus in nostra lin
gua exprimere Itaque licet excetra sibilet victorque sinon
incendia iactet Nunquam meum iuvante Christo silebit
eloquium etiam si precisa lingua balbutiat Legant qui
volunt qui nolunt abiciant et eventilent apices litte
ras calumpnientur Magis vestra caritate provocabor ad
studium quam illorum detractione et odio deterrebor

In anno primo Cyri regis persarum ut compleretur verbum domini I
ex ore Ieremie suscitavit dominus Cyrum regem persarum et
traduxit vocem in omni regno suo. etiam per scripturam
dicens Hec dicit rex Cyrus persarum Omnia regna terre de
dit michi dominus deus celi et terre. et ipse precepit michi ut edi
ficarem ei domum in ierusalem que est in Iudea Quis
est in vobis de universo populo eius. sit deus illius cum eo
Ascendat in ierusalem que est in Iudea. et edificet domum
domini dei Israhel Ipse est deus qui est in ierusalem et omnes
reliqui in cunctis locis ubicumque habitent adiuvent eum vi
de loco suo argento et auro et substancia et pecoribus
excepto quod voluntarie offerunt templo dei. quod est in ierusalem
Et surrexerunt principes patrum de Iuda et Beniamyn
et sacerdotes et levite et omnes cuius suscitavit deus spiritum
ut ascenderet ad edificandum templum domini. quod erat in
ierusalem Universique qui erant in circuitu adiuverunt manus
in vasis argenteis et aureis in substancia in suppellectili in
iumentis exceptis hiis que sponte obtulerant Rex vero
Cyrus protulit vasa templi domini que tulerat Nabucho
donosor de ierusalem et posuerat ea in templo dei sui Pro
tulit autem ea Cyrus rex persarum per manum mitridatis
filii Gazabath et adnumeravit ea Salabathsar principi Iude
Et hic est numerus eorum phiale auree xxx phiale argentee
mille cultri xxix. vasa alia mille Omnia vasa aurea
et argentea v. milia et cccc. universa tulit Salabathsar cum
hiis qui ascendebant de transmigracione Babilonis in ierusalem
Hy sunt autem provincie filii qui ascenderunt de cap II
tivitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babilo
nis in Babilonem Et reversi sunt in ierusalem et Iudam
unusquisque in civitatem suam qui venerunt cum zorobabel Io
yesua neemia Saraya Rahelaia mardocha mesfar Bel
gudi reum Bayna Numerus virorum populi Israhel filii pharos
duo milia c.lxxii. filii Arethy. dcc.lxxv. filii phesepatia

centa · lxxv · filii Sephetia ccc · lxxii · filii Area dcc ·
lxxv · filii phaa et moab filiorum Iosue et Ioab duo mi
lia dcc · xii · filii elam mille cc · liiii · filii zethua dccc ·
xlv · filii zachai dcc · lx · filii bani dc · xlii · filii hebay
dcc · dc xxiii · filii azagad mille cc · xxii · filii adonicham
dc · lx vi · filii Beguai duo milia · lvi · filii adin cccc · liiii ·
filii ether qui erant ex ezechia · xc viii · filii Besai ccc ·
xxiii · filii Ioram c · xii · filii · asom cc · xxiii · filii gebar
xc · v · filii Betleem c · xxiii · filii nethupha lvi · viri
Anathoth c · xxviii · filii asmaneth xlii · filii Cariat
hiarim cefiar · et berhoth dcc · xliii · filii arama et ga
baa dc · xxi · viri machmas c · xxii · viri Bethel et hai cc ·
xxiii · filii nebo li · filii melis mages c · lvi · filii helam
alterius m · cc · liiii · filii harim ccc · xx · filii lodadi et ono
dcc · xxv · filii Iericho ccc · xlv · filii Senaa tria milia
dc · xxx · sacerdotes · filii ydia in domo Iesue dcccc · lxxiii ·
milia · filii Emmer mille cc · xlvii · filii harim mille
xvii · levite · filii Iesue et Cedmiel filiorum Oduie lxxiiii
cantores filii asaph c · xxviii · filii ianitorum filii sellum
filii apher · filii thelmon filii achub filii aticha filii
solda · filii sobai universi c · xxxviii · Nathinnei filii ozar
filii asupha filii theb filii Boath filii ceros filii zaza
ya filii phadon filii selmai filii anan filii gaddel
filii gazer filii Rahaya · filii nethoal filii rasim filii
gazem filii aram filii phasee filii besee filii asennaa
filii munim filii nethusim filii Bechbuc filii athupha
filii assur filii besluth filii mayda filii arsa filii ber
chos filii zyzara filii Thema filii nasia filii athupha
filii servorum Salomonis filii sothei filii sophereth
filii pharuda filii yala filii dercon filii geddel filii sapha
cia · filii athil filii phoceroth qui erant de asebaim filii
amim omnes Nathinnei et filii servorum Salomonis ccc · xcii ·
Et hii qui ascenderunt de thelsa athelersa therub et edom
et mer Et non potuerunt indicare domum patrum suorum
et semen suum utrum ex Israel essent filii Delaya filii

Tobya filii nethoda dc. lii. Et de filiis sacerdotum filii
Obya filii accos filii berzellai qui accepit de filiabus
Berzella galaaditis uxorem et vocatus est nomine eorum Hii
quesierunt scripturam genelogie sue et non invenerunt
et eiecti sunt de sacerdocio et dixit athersatha eis ut non
comederent de sanctis sanctorum donec surgeret sacerdos doctus atque
perfectus Omnis multitudo quasi unus vir xlii. milia ccc. lx. ex-
ceptis eorum servis et ancillis qui erant vii. milia ccc. xxxvii.
Et in ipsis cantores atque cantatrices cc. Et equi eorum dc.
xxxvi. ~~milia~~ muli eorum ccxlv. Cameli eorum cccc.xxxv.
azini eorum vi. milia dcc. xx. Et de principibus patrum cum
ingrederentur templum domini quod est in iherusalem sponte obtu-
lerunt in domum domini ad extruendam eam in loco suo
secundum vires suas dederunt dederunt impensas operis
auri solidos lxi. milia et mille argenti mnas v. milia
Et vestes sacerdotales c. Habitaverunt ergo sacerdotes et levite
de populo et cantores et ianitores et nathinnei in ur-
bibus suis universusque israel in civitatibus suis c. iii

III

Iamque venerat mensis septimus et erant filii israel
in civitatibus suis Congregatus est ergo populus quasi
unus vir in iherusalem et surrexit Iosue filius yose-
dech et fratres eius sacerdotes et zorobabel filius sa-
lathiel et fratres eius et edificaverunt altare dei israel
ut offerrent in eo holocaustomatha sicut scriptum
est in lege moysi viri dei Collocaverunt autem altare
super bases suas deterrentibus eos per circuitum populis
terrarum et obtulerunt super illud holocaustum domino
mane et vespere feceruntque solemnitatem thabernaculorum
sicut scriptum est Et holocaustum diebus singulis per
ordinem sicut scriptum est opus diei faciebant in die suo
Et post hec holocaustum iuge tam in kalendis quam in
solemnitatibus universis domini que erant consecrate et in
omnibus in quibus ultro offerebatur munus deo primo die
mensis septimi ceperunt offerre holocaustum domino porro
templum dei nondum fundatum erat Dederunt autem pecunias
lathomis et cementariis cibum quoque et potum et oleum sidoniis tyrii-

et ut deferrent ligna cedrina de libano ad mare
joppen iuxta quod preceperat Cyrus rex persarum eis. Anno
autem secundo adventus eorum ad templum dei in ierusalem mense
secundo ceperunt zorobabel filius salathiel et iosue
filius josedech et reliqui de fratribus eorum sacerdotes et
levite et omnes qui venerant de captivitate in ierusalem
et constituerunt levitas a xx annis et supra ut urgerent
opus domini. Stetitque iosue et filii eius et fratres et
Cedmihel et filii eius et filii iude quasi vir unus
ut instarent super eos qui faciebant opus domini in tem-
plo dei filii enadad filii eorum et fratres eorum levite. Fun-
dato igitur a cementariis templo domini steterunt sa-
cerdotes in ornatu suo cum tubis et levite filii asaph in
cymbalis ut laudarent deum per manum david regis israel
et concinebant in ymnis et confessione domino quoniam bonus
quoniam in eternum misericordia eius super israel. Omnis quoque populus voci-
ferabatur clamore magno in laudando dominum eo quod fun-
datum esset templum domini. Plurimi etiam de sacerdotibus et le-
vitis et principes patrum et seniores qui viderant tem-
plum prius cum fundatum esset et hoc templum in oculis
eorum flebant voce magna et multi vociferantes in leti-
cia elevabant vocem. Nec poterat quisquam agnoscere
vocem clamoris letantium et vocem fletus populi. Commix-
tim enim populus vociferabatur clamore magno et vox
audiebatur procul. Audierunt autem hostes iude et benia-
min quia filii captivitatis edificarent templum domino deo
israel. Accedentesque ad zorobabel et ad principes patrum
dixerunt eis. Edificemus vobiscum quia ita ut vos
querimus deum vestrum. Ecce nos ymolavimus victimas a
diebus assaraddon regis assur qui adduxit nos huc.
Et dixit eis zorobabel et iosue et reliqui principes
Principes patrum israel. Non est nobis et vobis ut domum edifi-
cemus domum deo nostro sed nos ipsi soli edificabimus deo nostro
sicut nobis Cyrus rex persarum precepit. Factum est autem ut
populus terre impediret manus populi iude et turbaret eos
in edificando. Conduxeruntque adversum eos consiliatores

ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis
persarum usque ad regnum Darii regis persarum · c iiii
In anno autem Assueri ipse est rex Arthaxerses · scripsit IIII
beselam mitridates · et Thabeel et reliqui qui erant
in consilio eorum ad Arthaxersem regem persarum · epistola
eum accusationis scripta est syriace et legebatur sermone
syro et reumbethleem et sansia scriba · scripserunt epistolam
una de iherusalem arthaxersi regi huiuscemodi Reumbe-
thleem et Sansia scriba · et reliqui consiliatores eorum dynatri
phar · Sarci · therpharzi · Arphasei · harthlei · Susanna-
thei · dyaei · helamite · et ceteri de gentibus quas transtulit
ad Senaphar magnus et gloriosus · et habitare eas fecit in
civitatibus Samarie et in reliquis regionibus trans flumen
in pace / hoc est exemplar epistole quam miserunt ad eum artha-
xersi regi · servi tui qui sunt trans flumen · salutem dicunt
Notum sit regi quia iudei · qui ascenderunt a te ad nos ve-
nerunt in iherusalem civitatem rebellem · et pessimam · quam edificant
extruentes muros eius · et parietes componentes Nunc ergo
notum sit regi · quia si civitas illa edificata fuerit et muri
eius instaurati tributum et vectigal et annuos redditus
non dabunt · consequenter ad reges hec noxa perveniet Nos ergo
memores salis · quod in palatio comedimus · quia lesiones
regis nephas videre ducimus Idcirco misimus et nuntiavimus regi
Ut recenseas in libros hystoriarum patrum tuorum et invenies
scriptum in comentariis · et scies quoniam urbs illa rebellis est
et nocens regibus · et provinciis et bella concitantur in ea
ex diebus antiquis · quamobrem et civitas ipsa destructa est
Nuntiamus nos regi · quoniam si ergo civitas illa edificata fuerit
et muri eius instaurati possessionem trans flumen non
habebis · Verbum misit rex ad Reumbethleem et Sensiam
et ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Sa-
marie et ceteris trans flumen salutem dicens et pacem Accusa-
tio quam misistis ad nos manifeste lecta est coram me
et a me preceptum est · et recensuerunt Inveneruntque quoniam
civitas illa a diebus antiquis adversum reges rebellat
et seditiones et prelia concitantur in ea Nam et reges
fortissimi fuerunt in iherusalem qui et dominati sunt omni

Regioni que transflumine est tributum quoque et vectigal et reditus
accipiebat. Hinc igitur siniam audite. et prohibeant viros istos
ut urbs ista non edificetur donec si forte aliquando iussum fuerit
videte ne negligentius supplicatur et paulatim crescat ma-
lum contra reges. Itaque exemplar arthaxersis regis lectum
est coram Reumbethleem et Samsia scriba et consiliariis
eorum. Et abierunt confestim in Ierusalem ad iudeos et prohibue-
runt eos in brachio et robore. Tunc intermissum est opus
domus domini in Ierusalem. Et sic fiebat usque in secundum annum
regni Darii regis persarum. v.

VI. Prophetaverunt autem Aggeus propheta et Zacharias
propheta filius Abdom prophetantes ad Iudeos
qui erant in Iudea et Ierusalem in nomine dei Israel
Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel et Iosue
filius Yosedech. et ceperunt edificare templum dei in
Ierusalem et cum eis prophete adiuvantes eos. In ipso autem tempore
venit ad eos Tatannan et consiliarii eorum sic dixerunt
eis. Quis dedit vobis consilium ut domum hanc edificaretis
et muros hos instauraretis. ad quod diximus eis que essent
nomina auctorum illius edificationis. Oculus autem dei eorum factus
est super senes Iudeorum / et non potuerunt inhibere eos. Pla-
cuit quoque ut res ad Darium referretur / et tunc satisfacerent ad
ipsius accusationem illam. Epistole exemplar quam misit Tatan-
nan dux regionis transflumine et Sathrabuzanus et consi-
liatores eorum Arphazatei qui erant transflumine ad Darium
regem. Primo quem inseruit et sic scriptus erat / Dario regi
pax omnibus. Notum sit regi ipse nos ad Iudeam pro-
vinciam ad domum dei magni. que edificatur lapide
impolito et ligna imponuntur in lapidibus. Opus quoque id
diligenter asstruitur et crescit in manibus eorum. Interroga-
vimus igitur senes illos. et ita diximus eis. Quis dedit
vobis hanc potestatem ut domum hanc edificaretis et insta-
uraretis. Sed et nomina eorum quesivimus ab eis ut indicaremus
tibi. Verum que scripsimus nomina eorum virorum qui sunt
principes in eis. Hunc igitur autem sermonem Responderunt nobis
dicentes. Nos sumus servi dei celi et terre. et edificamus
templum quod erat extructum ante hos annos multos. Quod
quoque rex magnus Israel edificaverat et extruxerat. Postquam

aut ad iracundiam provocaverunt patres nostri deum celi et terre
tradidit eos in manum nabuchodonosor regis babilonis
caldei. domum quoque hanc destruxit et populum eius et transtulit
in babilonem. Anno autem primo cyri regis babilonis proposuit
edictum ut domus dei edificaretur. Nam et vasa templi
dei aurea et argentea que nabuchodonosor tulerat de
templo quod erat in iherusalem et asportaverat in templum ba-
bilonis protulit cyrus rex de templo babilonis et data
sunt salabathsar vocabulo quem et principem constituit
dixitque ei hec vasa tolle et pone ea in templo quod est
in iherusalem et domus dei edificetur in loco suo. Tunc itaque
salabathsar ille venit et posuit fundamenta dei in
iherusalem et ex eo tempore usque nunc edificatur et necdum con-
pletum est. Nunc ergo si videtur regi bonum recenseat in
bibliotheca regis que est in babilone utrum nam a cyro
rege iussum sit ut edificaretur domus dei in iherusalem et
voluntatem regis super hoc mittat nobis. in bibliotecam

vi.

Tunc rex darius precepit et recensuerunt librorum
qui erant repositi in babilone et inventum est
in ethbathanis quod est castrum in medena pro-
vintia volumen unum talis quoque scriptus erat in eo comen-
tarius. Anno primo cyri regis cyrus rex decrevit ut do-
mus dei que est in iherusalem edificaretur in loco
ubi immolent hostias et ut ponent fundamenta suppor-
tantia altitudinem cubitorum lx et latitudinem cubitorum
lx ordines de lapidibus impolitis tres et sic ordines
de lignis novis. sumptus autem de domo regis dabuntur
sed et vasa aurea et argentea templi dei que nabuchodonosor
tulerat de templo iherusalem et attulerat ea in babilonem
reddantur et referantur in iherusalem in locum suum que et po-
sita sunt in templo dei. Nunc ergo tathanai dux regionis
que est trans flumen et starbuzanai et consiliarii vestri
arphazarei qui estis trans flumen procul recedite ab illis
et dimittite fieri templum illud a duce iudeorum et senio-
ribus eorum et domum illam edificent in loco suo. Sed et
a me preceptum est quod oportet fieri a presbiteris iudeorum
illis ut edificetur domus dei scilicet ut de archa regis i-

de tributis que dantur de regione transflumen studiose sumptus
dentur illis viris ne impediatur opus quod si necesse fuerit et vi
tulos et edos in holocaustum deo celi et vinum et oleum secundum
ritum sacerdotum qui sunt in iherusalem detur eis per singulos dies ne
sit in aliquo querimonia Et offerent oblaciones deo celi orentque
pro vita regis et filiorum eius A me ergo positum est decretum
ut omnis homo qui hanc mutauerit iussionem tollatur lignum
de domo ipsius et erigatur et configatur in eo domus
autem eius publicetur Deus autem qui habitare fecit nomen
suum ibi dissipet omnia regna et populus qui extendat
manum suam et repugnet et dissipet domum dei illam que
est in iherusalem Ego darius statui decretum quod studiose im
pleri volo Igitur tathanai dux regionis transflumen et
starbuzanai et consiliarii eorum secundum quod preceperat darius
rex sic diligenter executi sunt Seniores autem iudeorum
edificabant et prosperabantur iuxta prophetiam aggei prophete et
zacharie filii addo Et edificauerunt et construxerunt
iubente deo israel et iubente cyro et dario et arthaxer
se regibus persarum Et compleuerunt domum dei istam usque
ad diem tercium mensis adar qui est annus sextus darii regis
Fecerunt autem filii israel sacerdotes et leuite et reliqui filiorum
transmigracionis dedicacionem domus dei in gaudio Et obtulerunt
in dedicacionem domus dei vitulos centum arietes ducenta
agnos quadringenta hyrcos caprarum pro peccato tocius israel xii iuxta numerum
tribuum israel et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis et leui
tas in vicibus suis Fecerunt autem filii transmigracionis pascha
xiiii die mensis primi purificati enim erant sacerdotes et le
uite quasi vir unus omnes mundi ad ymolandum pascha vniuersis
filiis transmigracionis et fratribus suis sacerdotibus et sibi Et co
mederunt filii israel qui fuerunt reuersi de transmigracione
Et omnis qui se separauerat a coinquinacione gencium terre ad eos
ut quererent dominum deum israel et fecerunt solemnitatem azimorum
vii diebus in leticia quoniam letificauerat eos dominus et
conuerterat cor regis assur ad eos vt manus eorum adiuuaret
et in opere domus domini dei · vi

Post hec autem verba in regno arthaxersis regis
VI persarum hesdras filius saraye filii azarie
filii helchie filii sellum filii sadoch filii ahitob

filii Amarie. filii asarie. filii amaraioth. filii saraie
filii ozi filii bocci filii abisue filii phinees Elea-
zar filii aaron sacerdotis ab initio. Ipse hezdras ascendit
de Babilone. et ipse scriba velox in lege moysi. quam
dedit dominus deus israel. Et dedit ei rex secundum manum domini
dei eius bonam super eum omnem peticionem eius. Et ascen-
derunt de filiis israel et de filiis sacerdotum et de filiis le-
vitarum. et de cantoribus. et de ianitoribus et de nathinne-
is. Anno vii° arthaxersis regis. et venerunt in ierusalem
mense quinto ipse est annus viii regis quia in primo
die primi mensis cepit ascendere de babilone. et primo die men-
sis quinti venit ierusalem iuxta manum dei sui bonam super
se. Hesdras autem preparavit cor suum ut investigaret le-
gem dei et faceret et doceret preceptum et iudicium. hoc est
autem exemplar epistole editi quod dedit rex arthaxersis
Esdre sacerdoti scribe erudito in sermonibus et preceptis
dei et cerimoniis eius in israel arthaxerses rex regum
Esdre sacerdoti scribe legis dei celi doctissimo salutem
A me decretum est ut cuicumque placuerit in regno meo
de populo israel et de sacerdotibus eius. et de levitis ire in ierusalem
tecum vadat. A facie enim regis et septem consiliatorum
eius missus es ut visites iudeam et ierusalem in lege
dei tui que est in manu tua. et ut feras argentum et
aurum quod rex et consiliatores eius sponte obtulerunt deo
israel cuius in ierusalem thabernaculum est. Et omne argentum
et aurum quodcumque inveneris in universa provincia
Babilonis et populus offerre voluerit et de sacerdotibus
que sponte obtulerint domini dei sui que est in ie-
rusalem libere accipe et studiose emere de hac pecunia
vitulos. arietes agnos et sacrificia et libamina eorum et
offer ea super altare templi dei vestri quod est in ierusa-
lem et si quid tibi et fratribus tuis placuerit de reliquo
argento. et auro ut faciatis iuxta voluntatem dei vestri
facite vasa quoque que dantur tibi in ministerio domus dei trade
in conspectu dei hierusalem. Sed et cetera quibus opus
fuerit in domo dei tui quantumcumque necesse est ut expendas

dabis de thesauro regis et de fisco Et a me ego Arthax
erses rex statui atque decreui omnibus custodibus arche
publice que sunt trans flumen ut quodcumque petierit a nobis
Esdras sacerdos et scriba legis dei celi absque mora
detis usque ad argenti talenta c et usque ad vini ba
thos c et usque ad frumenti choros centum et usque
ad bathos olei centum. sal vero absque mensura Omne
quod ad ritum dei celi pertinet tribuatur diligenter in do
mo dei celi Ne forte irascatur contra regnum regis et
filiorum eius Vobis quoque notum facimus de universis sacer
dotibus et levitis cantoribus ianitoribus nathinneis
et ministris domus dei huius ut vectigal tributum
et annonas non habeatis potestatem imponendi super eos
Tu autem Esdras secundum sapientiam dei tui que est in ma
nu tua constitue iudices et presides ut iudicent omni populo
qui est trans flumen hiis videlicet qui noverant legem dei
tui et legem regis sed et imperitos docete libere Et omnis
qui non fecerit legem dei et legem regis diligenter iu=
dicium erit de eo sive in mortem. sive in exilium. sive
in condempnationem substancie eius vel certe in carcerem Et
dixit Esdras scriba Benedictus dominus deus patrum
nostrorum qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret domum
domini que est in iherusalem et in me inclinavit suam misericordiam
coram rege et consiliatoribus regis et universis principibus
regis potentibus Et ego confortatus manu domini dei mei
que erat in me congregavi de israel principes. qui ascen

Hy sunt ergo principes familiarum derent mecum
VIII et hec genealogia eorum qui ascenderunt mecum
in regno arthaxersis regis de Babilone. De filiis
phinees Gerson De filiis ytamar daniel. De
filiis david artus De filiis sethenie arctus De filiis
phares zacharias et cum eo numerati sunt viri c l. De filiis
pheth moab Elioenai filius zarie et cum eo cc viri
De filiis Sethenie filius ezechiel et cum eo ccc viri De filiis
Adan iabeth filius ionathan et cum eo l viri De filiis pha
alem ysayas filius athalie et cum eo lxx viri De filiis

Ioab abedia filius yeyel et cum eo cc et xviii viri De filiis sa
phatie zebedia filius michael Et cum eo lxxx viri De
filiis Salomith filius iosphie Et cum eo c lx viri De filiis
Bebbai zacharias filius bebai Et cum eo xx et viii viri
De filiis ezcad iohannan filius Ezechan Et cum eo c x
viri De filiis adonicam qui erant novissimi Et hec nomina
eorum Eliphelech et Ethias et Samaas Et cum eis lx
vi De filiis begmathal et zachur Et cum eis lxx viri
Congregavi autem eos ad fluvium qui decurrit adama
et mansimus ibi tribus diebus Quesivique in populo et in
sacerdotibus de filiis levi et non inveni ibi Itaque misi
Eleazar et ariel et semeiam et helnathan et yarebeth
et alterum elnathan et nathan et zachariam et mosollam
principes et ioarib et elnathan sapientes et misi eos
ad eddo qui est primus in casphie loco et posui in ore eorum
verba que loquerentur ad eddan et ad fratres eius Nathinneos
in loco Casphie ut adducerent nobis ministros domus dei
nostri Et adduxerunt nobis per manum dei nostri bonam super nos
virum doctissimum de filiis mooli filii levi filii israel sarabyam
et filios eius xx et fratres eius xviii et azabyam Et cum eo
ysaiam De filiis merari fratres eius et filios eius xx
Et de natineis quos dederat david et principes ad mini
steria levitarum Nathinneos cc xx omnes hii suis nominibus
vocabantur Et predicavi ibi ieiunium iuxta fluvium adama
ut affligeremur coram domino deo nostro et peteremus ab eo viam
rectam nobis et filiis nostris universeque substancie nostre Eru
bui enim petere regem auxilium et equites qui defenderent
nos ab inimico in via Quia dixeramus regi Manus
dei nostri est super omnes qui querunt eum in bonitate et
imperium eius et fortitudo eius et furor super omnes qui
derelinquunt eum Ieiunavimus et rogavimus deum nostrum pro hoc
et evenit nobis prospere Et separavi de principibus sacerdotum
xii Serabyam et asabyam Et cum eis de fratribus eorum x
Appendique eis argentum et aurum et vasa consecrata domus dei
nostri que obtulerat rex et consiliatores eius et principes eius
universusque israel eorum qui inventi fuerant Et appendi in

manibus eorum argenti talenta dcl. Et vasa argentea c
auri c talenta et crateres aureos xx qui habebant solidos
millenos. et vasa eris fulgentis optimi duo pulchra
ut aurum. et dixi eis. Vos sancti domini. et vasa sancta et argen-
tum et aurum quod sponte oblatum est domino deo patrum vestrorum
Vigilate et custodite donec appendatis coram principibus sacerdotum
et levitarum et ducibus familiarum israel in iherusalem in thezaurum
domus domini Susceperunt autem sacerdotes et levite pondus
argenti et auri vasorum ut deferrent in iherusalem in domum dei nostri
Promovimus ergo a flumine Adama xii° die mensis primi
ut pergeremus iherusalem et manus dei nostri fuit super nos. et liberavit
nos de manu inimici et insidiatoris in via. et venimus iherusalem
et mansimus ibi tribus diebus Die autem quarta appensum est argen-
tum et aurum et vasa in domo dei nostri per manum Remoth filii
Urie sacerdotis et cum eo Eleazar filius Phinees. cumque eis Jo-
zadeb filius iosue et Nadaya filius Bennon levites iuxta
numerum et pondus omnium Descriptumque est omne pondus in tempore illo
Sed et qui venerant de captivitate filii transmigrationis holocausta ob-
tulerunt domino deo israel vitulos xii pro omni populo israel arietes
xcvi agnos lxxvii hircos pro peccato xii omnia in holocaustum
domino Dederunt autem edicta regis Satrapis qui erant
de conspectu regis et ducibus transflumen et elevaverunt populum et domum dei

VIIII Postquam autem hec completa sunt accesserunt ad me Dci [vij]
principes dicentes Non est separatus populus israel et
sacerdotes et levite a populis terrarum et de abhomina-
tionibus eorum Chananei videlicet Ethei et Pherezei et Iebu-
zei et moabitarum et amonitarum et egiptiorum et amma-
reorum Tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis uxo-
res et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum Manus
etiam principum et magistratuum fuerunt in transgressione hac prima
Cumque audissem sermonem istum scidi pallium meum et tunicam
et evulsi capillos capitis mei et barbe et sedi merens Con-
venerunt autem ad me omnes qui timebant verbum dei israel pro
transgressione eorum qui de captivitate venerant et ego sedebam
tristis usque ad sacrificium vespertinum et in sacrificio vespertino
surrexi de afflictione mea et scisso pallio et tunica curvavi

genua mea et expandi manus meas ad dominum deum meum
et dixi Domine deus meus confundor et erubesco levare fa
ciem meam ad te quoniam iniquitates nostre multiplicate sunt super caput
nostrum et delicta nostra creverunt usque ad celum a diebus patrum
nostrorum Sed et nos ipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc et propter iniqui
tates nostras traditi sumus ipsi et sacerdotes nostri et reges nostri in
manus regum terrarum et in gladium et in captivitatem et in ra
pinam et in confusionem vultus sicut et die hac Et nunc quasi
ad parum et ad momentum facta est deprecatio nostra apud dominum
deum nostrum ut dimitterentur nobis reliquie et daretur paxillus
in loco sancto eius et illuminaret oculos nostros et daret nobis
modicam vitam in servitute nostra Quia servi sumus et in ser
vitute nostra non dereliquit nos dominus deus noster Et inclinavit
super nos misericordiam coram rege persarum ut daret nobis vitam
et sublimaret domum dei nostri et extrueret solitudines
eius et daret nobis sepem in iuda et ierusalem Et nunc
quid dicemus domine deus noster post hec Quia dereliquimus man
data tua matrimonia que precepisti in manu servorum
tuorum dicens Terra ad quam vos ingredimini ut possideatis
eam terra immunda est iuxta immundiciam populorum ceterarumque terrarum
abhominacionibus eorum qui repleverunt eam ab ore usque ad
os in inquinacione sua Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum
et filias eorum ne accipiatis filiis vestris et ne queratis
pacem eorum et prosperitatem eorum usque in sempiternum ut conforte
mini et comedatis que bona sunt terre et heredes habeatis
filios vestros usque in seculum Et post omnia que venerunt super
nos in operibus nostris pessimis et in delicto nostro magno
quia tu deus noster liberasti nos de iniquitate nostra et dedisti nobis
salutem sicut est hodie Ut non converteremur et irrita face
remus mandata tua atque matrimonia iungeremus cum populis abhomina
cionum istarum Numquid iratus es nobis usque ad consummacionem
Ne dimitteres nobis reliquias et salutem Domine deus
israhel iustus es tu quoniam derelicti sumus qui salvaremur sicut die hac
Ecce coram te sumus in delicto nostro non enim stari potest coram te super hoc

IX

Sic ergo orante hesdra et implorante deum
et flente et iacente ante templum dei collectus

est ad eum de israel turba grandis nimis virorum et mulierum
et puerorum et flevit plebs multo fletu Et vidit Bethe-
mias filius yeyel de filiis elaz Et dixit Esdre Nos
prevaricati sumus in deum nostrum et duximus uxores alienige-
nas de gentibus terre Et nunc si prima est super hec in israel
preceptum faciamus fedus cum domino deo nostro et expellamus univer-
sas uxores et eos qui de hiis nati sunt iuxta voluntatem
domini et eorum qui timent precepta dei nostri secundum legem
fiat Surge tuum est decernere Nos enim erimus tecum confor-
tare et fac Surrexit ergo Esdras et adiuravit principes
sacerdotum et levitarum et omnem israel ut facerent secundum omnia
hec et iuraverunt Surrexit ergo Esdras ante domum dei
et abiit ad cubiculum Johannan filii Eliasip et ingressus
est illuc panem non comedit et aquam non bibit lugebat
enim transgressiones eorum qui de captivitate venerat Et missa
est vox eorum in iude et iherusalem omnibus filiis transmigrationis
ut congregarentur in iherusalem et omnis qui non veniret in II vel III
diebus iuxta consilium principum et seniorum auferet ab eo sub-
stantiam eius et ipse abiciet de cetu transmigrationis Convenerunt
igitur omnis viri iuda et beniamin in plurimis tribus
diebus ipse est mensis IX XX die mensis et sedit omnis
populus in platea domus domini trementes propter peccatum et pluvias
Et surrexit Esdras sacerdos et dixit ad eos Vos transgressi
estis et duxistis uxores alienigenas ut adderetis super delictum
israel Et nunc date confessionem domino deo israel patrum vestrorum
et facite placitum eius et separamini a populis terre et ab uxo-
ribus alienigenis Et respondit universa multitudo Dixit
que voce magna Juxta verbum tuum ad nos sic fiat Vere-
tamen quia populus multus est et tempus pluviale et non sufficiens
stare foris et non est opus diei unius vel duorum peccavimus enim
quippe peccatum nimis in sermone isto Constituant principes
in universa multitudine et omnes in civitatibus nostris qui du-
xerunt uxores alienigenas veniant in temporibus statutis Et
cum hiis seniores per civitates et iudices eorum donec aut solvant
iram dei nostri a nobis super peccato hoc Igitur Jonathan filius
azael et yaazia filius thecue steterunt super hoc et mosollam
et Sebathaym levites adiuverunt eos Fecerunt itaque sic
filii transmigrationis et abierunt Esdras sacerdos et viri principes

familiarum in domos patrum suorum et omnes per nomina sua Et
sederunt in die primo mensis x. ut quererent rem et consummati
sunt omnes viri qui duxerant uxores alienigenas usque
ad diem primam mensis primi Et inventi sunt de filiis sacerdotum
qui duxerunt uxores alienigenas de filiis Josue filii Josedech
et fratres eius maasia eliezer et Jarib et [godolia] gablia et
dederunt manus ut eicerent uxores suas et pro delicto suo arietem
de ovibus offerrent Et de filiis emmaravandin et zebedya
Et de filiis arym maasia et elya et [semeia] Semia yehiel et
[ozias] ozias Et de filiis fessur Elioenai maasia et hysmael
nathanael et [yozabeth] yozabel et Elyasa de filiis levitarum yozabeth
et semei et zeleya ipse est calita phataya juda et
eleazer Et de cantoribus elyasub Et de ianitoribus sellum
et thellem et urym Et ex israel de filiis pharees reemia
et ezya et melchia et miamin et melchia et banaya
Et de filiis elam mathania et zacharias et yhieli et ab-
di et [ierimoth] yesimoth et helie Et de filiis zethua [helioenai] helioe-
nai elyasub mathania et ierimuth et zabeth et aziza
Et de filiis [bebai] hebay johanan anania zabay athalia
Et de filiis bani mozollam et melluc et adaya et jasub
et saal et Ramoth Et de filiis phaeth moab edna
et [celal] thalay banaias et maasias mathanias beseleel
et bennui et manasses Et de filiis erem eliezar yesue
melchias semeyas symeon beniamyn masoch sama-
rias Et de filiis asom mathanai mathatha zabeth
et eliphelech ermay manasse semei De filiis bani maddi
amram et [huel] hurel banaas et badayas [celian] cheilam hama
marimuth et [eliasub] eliasib mathanias mathanai et yasi et
bennui semei et salmias et nathan et addayas methne
dabay zyzai sarai ezrel et seleman semerra sellum amaria
ioseph De filiis [nebim] nebin hayel mathanias zabed zabina
reddu et johel benaia Omnes hii acceperant alienigenas
Et fuerunt ex eis mulieres que pepererant filios

Incipit liber Neemie

Verba Neemie filii elchie Et factum est in mense
Casleu anno xx. et ego eram in Susis ca-
stro Et venit ad me Anani Anani unus

de fratribus meis ipse et viri iuda et interrogavi eos de iudeis
qui remanserant et supererant de captivitate et de ierusalem
Et dixerunt michi / qui remanserunt et relicti sunt de captivitate
ibi in provincia in afflictione magna sunt et in opprobrio
Et murus ierusalem dissipatus est / et porte eius combuste
sunt igni Cumque audissem verba huiuscemodi sedi et flevi
et luxi diebus multis Et ieiunabam et orabam ante faciem
dei celi et dixi Queso domine deus celi fortis magne atque
terribilis qui custodis pactum atque misericordiam cum hiis qui di-
ligunt te et custodiunt mandata tua / Fiat auris tua auscul-
tans et oculi tui aperti ut audias orationem servi tui qua ego
oro coram te hodie nocte et die pro filiis israel servis tuis
Et confiteor pro peccatis filiorum israel quibus peccaverunt tibi
Et ego et domus patris mei peccavimus Vanitate seducti sumus
et non custodivimus mandatum et cerimonias et iudicia que
precepisti moysi famulo tuo Memento verbi tui / quod mandasti
moysi servo tuo dicens Cum transgressi fueritis ego dispergam
vos in populos Et si reversi fueritis ad me ut custodiatis precepta
mea et faciatis ea Etiamsi abducti fueritis ad extrema ce-
li inde congregabo vos et inducam in locum quem elegi ut ha-
bitaret nomen meum ibi Et ipsi servi tui et populus tuus
quem redemisti in fortitudine magna / et in manu tua valida
Obsecro domine sit auris tua intendens ad orationem servi tui
et ad orationem servorum tuorum qui volunt timere nomen tuum / Et di-
rige servum tuum hodie et da ei misericordiam ante virum hunc / ego

II Factum est autem enim eram pincerna regis
in mense nysan anno xx artharxersis regis et
vinum erat ante eum / et levavi vinum et dedi regi
Et eram quasi languidus ante faciem regis Dixitque michi
rex Quare vultus tuus tristis est cum te egrotum non videam
Non est hoc frustra sed malum nescio quod in corde tuo est Et timui
valde nimis et dixi regi Rex in eternum vive Quare non me-
reat vultus meus / quia civitas sepulcrorum domus patris
mei deserta est / et porte eius combuste sunt igni Et ait michi
rex Pro qua re postulas et oravi deum celi / et dixi ad regem
Si videtur bonum regi et si placet servus tuus ante faciem tuam
ut mittas me in iudeam obsecro ad civitatem sepulcri patris mei
et edificabo eam Dixitque michi rex et regina que sedebat iuxta
eum Usque ad quod tempus erit iter tuum et quando reverteris
Et placuit ante vultum regis Et misit me et constitui ei

tempus et dixi regi Si regi videtur bonum epistolas det michi
ad duces regionis trans flumen ut traducant me donec
veniam in iudeam Et epistolam ad asaph custodem saltus regis
ut det michi ligna / et tegere possim portas turris domus
et muri civitatis et domum quam ingressus fuero Et dedit michi
rex iuxta manum dei mei bonam mecum Et veni ad duces
regionis transflumen / dedique eis epistolas regis Miserat autem
rex mecum principes militum et equites Et audierunt senaba-
llath horonites et Thobias servus amonites et contristati
sunt afflictione magna quod venisset homo qui quereret pro-
speritatem filiorum israel / et veni in iherusalem Et eram ibi tribus
diebus / et surrexi nocte ego et viri pauci mecum et non
indicavi cuiquam quid deus dedisset in corde meo ut facerem
in iherusalem et iumentum non erat mecum nisi animal cui insede-
bam Et egressus sum per portam vallis nocte / et ante fontem
draconis et ad portam stercoris et considerabam murum iherusalem dissi-
patum et portas eius consumptas igni et transivi ad portam
fontis / et aqueductum regis / non erat locus iumento cui
insedebam ut transiret Et ascendi per torrentem nocte et
considerabam murum et reversus veni ad portam vallis
et redii Magistratus autem nesciebant quo abyssem aut
quid ego facerem Sed et iudeis et sacerdotibus et optimatibus
et magistratibus et reliquis qui faciebant opus usque ad id
locorum nichil indicaveram / et dixi eis Vos nostis afflic-
tionem in qua sumus / quia iherusalem deserta est / et porte eius
consumpte sunt igni Venite et edificemus muros iherusalem
non simus ultra opprobrium Et indicavi eis manum dei mei
quod esset bona mecum / et verba regis que locutus est michi Et
aio Surgamus et edificemus / et confortate sunt manus eorum
in bono Audierunt autem sanaballath horonites et thobias
servus amonites et gozam arabs et subsannaverunt
nos et despexerunt dixeruntque Que nam est hec res quam
facitis Numquid contra regem vos rebellatis et reddidi eis ser-
monem dixique ad eos Deus celi ipse nos iuvat et nos
servi eius sumus Surgamus et edificemus / vobis autem non est
pars et iusticia et memoria in iherusalem Et c. iii

Et surrexit eliazib sacerdos magnus et fratres eius III
sacerdotes et edificaverunt portam gregis et ipsi sancti-
ficaverunt eam / et statuerunt valvas eius. et

usque ad turrim c cubitorum sanctificaverunt eam usque ad turrim
ananeel Et iuxta eum viri iericho edificaverunt Et iuxta
eos edificavit zachur filius amri Portam autem piscium
edificaverunt filii asnaa ipsi texerunt eam et statuerunt val
vas eius et seras et vectes / Et iuxta eos edificavit Mathu
muth filius urie filii accus Et iuxta eum edificavit mozollam
filius barachie filii mezebel Et iuxta eum edificavit sadoch
filius baana Et iuxta eum edificaverunt thecuenj (themeni) optima
tes eorum non supposuerunt colla sua in opere domini dei
sui et portam veterem edificavit iaiada filius phasea et
mozollam filius besoyda ipsi texerunt eam et statuerunt val
vas eius et seras et vectes Et iuxta eos edificaverunt mel
thias gabaonites et yadon meronatites viri de gabaon
et maspha pro duce qui erat trans flumen in regione Et iuxta
eum edificavit oziel filius araya aurifex Et iuxta eum
edificavit anani filius pigmentarii / et dimiserunt ierusalem
usque ad murum platee latioris Et iuxta eum edificavit ra
phaya filius hur princeps vici ierusalem Et iuxta eum edificavit
(yaicda) yeiada filius aramath contra domum suam Et iuxta eum edifi
cavit accus filius asebonye Mediam autem partem vici edifi
cavit melchias filius herem / et asub filius phetmoab
et turrem furnorum iuxta eum edificavit Sellum filius alces
princeps medie partis vici ierusalem / ipse et filii eius Et portam
vallis edificavit anunum (annetripim) et habitatores zence ipsi edi
ficaverunt eam et statuerunt valvas eius / et seras et vectes
eius et mille cubitos in muro usque ad portam sterquilinii (sterquilinii)
Edificavit melchias filius Rechab princeps vici beth a
tharem (bethacharen) ipse edificavit eam et statuit valvas eius et seras
et vectes eius / et portam fontis edificavit sellum filius
colozai princeps pagi maspha · ipse edificavit eam · et te
xit et statuit valvas eius et seras et vectes / et muros
piscine syloe in ortum regis · et usque ad gradus qui
descendunt de civitate David Post eum edificavit Neemias fi
lius azboth princeps dimidie partis bethsur usque contra
sepulcrum david · et usque ad piscinam que grandi opere
constructa est / et usque ad domum fortium Post eum edificaverunt
levite Et post eos reum filius bemni Post eum edificavit
Asebias princeps dimidie partis ceyle in vico suo Post
eum edificaverunt fratres eorum Bethim filius enadad princeps

secunde parti excelse. Et edificavit iuxta eum Azar filius Iosue princeps Maspha mensuram secundam contra ascensum anguli. Post eum in monte edificavit Baruch filius Zachai mensuram secundam ab angulo usque ad portam domus Elyasiph sacerdotis magni. Post eum edificavit Merimuth filius Urie filii Achur mensuram secundam a porta domus Elyasiph donec extenderetur domus Elyasiph. Post eum edificaverunt sacerdotes viri de campestribus Iordanis. Post eos edificavit Beniamyn et Azub contra domum suam. Post eum edificavit Bennui filius Hemadad mensuram secundam a domo Azarie usque ad flexuram et usque ad angulum. Palel filius Ozi contra flexuram et contra turrim que eminet de domo regis excelsa i. in atrio carceris. Post eum Phadaya filius Pheros. Nathinnei autem habitabant in Ophel contra portam aquarum ad orientem et turrim que prominebat. Post eos edificaverunt Thecueni mensuram secundam e regione a turre magna et eminenti usque ad murum templi. Sursum autem a porta equorum edificaverunt sacerdotes unusquisque contra domum suam. Post eos edificavit Sadoch filius Emmer contra domum suam. Et post eum edificavit Semeya filius Sechenie custos porte orientalis. Post eum edificavit Anania filius Selemie et Ammon filius Selon sextus mensuram secundam. Post eum edificavit Mosollam filius Barachie contra gazophilacium suum. Post eum edificavit Melchias filius aurificis usque ad domum Nathinneorum et scruta vendentium contra portam iudicialem et usque ad cenaculum anguli. Et inter cenaculum anguli et portam gregis edificaverunt artifices et negotiatores.

IIII

Factum est autem cum audisset Sanaballath quod edificaremus murum iratus est valde et motus nimis subsannavit Iudeos et dixit coram fratribus suis et frequentia Samaritanorum Quid Iudei faciunt imbecilles Num dimittent eos gentes Num sacrificabunt et complebunt in una die Numquid poterunt edificare lapides de acervis pulveris qui combusti sunt Sed et Thobias Amonites proximus suus ait Edificent si ascenderit vulpes transiliet murum eorum lapideum Et dixit

Neemias. Audi deus noster quia facti sumus despectio converte
opprobrium super caput eorum, et da eos in despectionem in terra
captivitatis. Ne operias iniquitatem eorum et peccata eorum coram
facie tua non deleantur quia irriserunt edificantes. Itaque
edificavimus murum et coniunximus totum usque ad partem dimidiam.
Et provocatum est cor populi ad operandum. Factum est autem cum audisset
Sanaballath et Thobias et Arabes et Amanites et Azotii
quod obducta esset cicatrix muri Ierusalem et quod cepissent interrupta
concludi irati sunt nimis et congregati sunt omnes pariter
ut venirent et pugnarent contra Ierusalem et molirentur insidias.
Et oravimus deum nostrum et posuimus custodes super murum
die ac nocte contra eos. Dixit autem Iudas debilitata est for-
titudo portantis et humus nimia est, et nos non poterimus
edificare murum. Et dixerunt hostes nostri. Nesciant et ignorent
donec veniamus in medium eorum et interficiamus eos et cessare
faciamus opus. Factum est autem venientibus Iudeis qui habita-
bant iuxta eos et dicentibus nobis per x vices ex omnibus
locis quibus venerant ad nos statui in loco post murum
per circuitum populum in ordine cum gladiis suis et lanceis
et arcubus. Prospexi atque surrexi, et aio ad optimates
et magistratus et ad reliquam partem vulgi. Nolite timere a facie
eorum. Domini magni et terribilis mementote et pugnate
pro fratribus vestris et filiabus vestris et uxoribus vestris et domibus
vestris. Factum est autem cum audissent inimici nostri nunciatum
esse nobis dissipavit deus consilium eorum, et reversi sumus
omnes ad muros unusquisque ad opus suum. Et factum
est a die illa media pars iuvenum faciebat opus et
pars media erat parata ad bellum et lancee et scuta et
arcus et lorice et principes post eos in omni loco domo Iu-
da edificantium in muro, et portantium onera et imponen-
tium una manu sua faciebat opus et altera tenebant
gladium. Edificantium enim unusquisque erat gladio accinctus
renes et edificabant et clangebant buccina iuxta me.
Et dixi ad optimates et ad magistratus et ad reliquam partem vulgi.
Opus grande est et latum, et nos separati sumus in muro pro-
cul alter ab altero. In loco quocumque audieritis clangorem
tube illuc concurrite ad nos, deus enim noster pugnabit pro nobis.

Et nos ipsi faciamus opus et media pars nostrum teneat
lanceas ab ascensu aurore donec egrediantur astra In tempore
quoque illo dixi populo unusquisque cum puero suo maneat in medio
Ierusalem et sint vices per noctem et diem ad operandum Ego autem et fratres
mei et custodes et pueri mei qui erant post me non deponebamus
vestimenta nostra unusquisque tantum nudabatur ad baptismum

V

Et factus est clamor populi et uxorum eius magnus
adversus fratres suos Iudeos quia erant qui dicerent filii
nostri et filie nostre multe sunt nimis accipiamus
pro precio eorum frumentum et comedamus et vivamus Et erant
qui dicerent agros nostros et vineas et domos nostras opponamus
et accipiamus frumentum in fame Et alii dicebant Mutuo su-
mamus pecunias in tributa regis demusque agros nostros et
vineas Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum sic carnes nostre sunt
Et sicut filii eorum ita et filii nostri Ecce nos subiugavimus fi-
lios et filias nostras et servierunt et de filiabus nostris sunt famule
nec habemus unde possint redimi et agros nostros et vineas
nostras alii possident Et iratus sum nimis cum audissem
clamorem eorum secundum verba hec Cogitavitque cor meum
et increpavi optimates et magistratus Et dixi eis usuras
ne singuli a fratribus exigitis Et congregavi adversum eos con-
cionem magnam et dixi eis Nos ut scitis redemimus fratres
nostros Iudeos qui venditi fuerant gentibus secundum possibilitatem
nostram Et vos igitur vendetis fratres vestros et redimemus eos
Et siluerunt nec invenerunt quid responderent Dixique ad eos
Non est bona res quam facitis Quare in timore dei nostri non
ambulatis ne exprobretur vobis a gentibus inimicis vestris
Et ego et fratres mei et pueri mei commodavimus plurimis pecu-
niam et frumentum non repetamus in commune illud es alienum
concedamus quod debent nobis Reddite eis hodie agros suos
et vineas suas oliveta sua et domos suas Quin potius
et centesimam pecunie frumenti vini et olei quam exigere solebatis
ab eis date pro illis Et dixerunt reddemus Et ab eis nichil queremus
Sicque faciemus ut loqueris Et vocavi sacerdotes et adiuravi eos
ut facerent iuxta quod dixeram Insuper excussi sinum meum Et di-
xi Sic excutiet deus omnem virum qui non compleverit ver-
bum istud de domo sua et de laboribus suis Sic excutiatur

Et vacuus fiat. Et dixit universa multitudo Amen
et laudaverunt deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum. A die
autem illa qua preceperat rex michi ut essem dux in terra Iu-
da ab anno xx usque ad annum xxxii Artaxerxis regis
per annos xii ego et fratres mei annonas que ducibus
debebantur non comedimus. Duces autem primi qui fuerunt
ante me gravaverunt populum et acceperunt ab eis in pane et
in vino et in pecunia quotidie syclos xl sed et ministri
eorum depresserunt populum. Ego autem non feci ita propter timorem
dei. Quin potius in opere muri edificavi, et agrum non
emi, et omnes pueri mei congregati ad opus erant. Iudei quoque
et magistratus centum l viri erant qui veniebant ad me de
gentibus que in circuitu nostro sunt in mensa mea erant. Para-
batur autem mihi per dies singulos bos unus, et arietes sex
electi, exceptis volatilibus, et inter dies x vina diversa et alia
multa tribuebam. Insuper et annonas ducatus mei non
quesivi. Valde enim erat attenuatus populus. Memento mei deus
meus in bonum secundum omnia que feci populo huic. c vi

VI Factum est autem cum audisset Sennaballath et
Thobias et Gozen Arabs et ceteri inimici nostri
quod edificassem ego murum et non esset in ipso residua
interruptio, usque ad tempus autem illud valvas non posueram
in portis, miserunt Sennaballath et Thobias et Gozem
Arabs ad me dicentes: Veni et percutiamus fedus in viculis
in campo uno. Ipsi autem cogitabant ut facerent michi malum. Misi er-
go ad eos nuncios dicens: Opus grande ego facio et non
possum descendere, ne forte negligatur cum descendero et
venero ad vos. Miserunt autem ad me secundum verbum hoc per
quatuor vices, et respondi eis iuxta sermonem priorem. Et misit
ad Sennaballath iuxta verbum prius quinta vice puerum suum
et epistola erat in manu sua scripta hoc modo: In gentibus au-
ditum est, et Gozem dixit, quod tu et Iudei cogitetis
rebellare et propterea edificatis murum et levare te vultis super
eos regem, propter quam causam et prophetas posuisti qui pre-
dicent de te in Ierusalem dicentes: Rex in Iudea est. Auditurus
est rex verba hec. Idcirco nunc veni et ineamus consilium

Pariter Et misi ad eos Non est factum secundum verba hec
que tu loqueris / de corde enim tuo tu componis hec Omnes
enim hij terrebant nos cogitantes quod cessarent manus nostre ab
opere et cessarent requiescerent Quamobrem magis confortavi
manus meas Et ingressus sum domum Samarie filij Dalye
filij Mathabeel secreto. Qui ait Tractemus nobiscum
in domo dei in medio templi et claudamus portas edis
Quia venturi sunt ut interficiant te / et nocte venturi sunt
ad occidendum te Et dixi Nunquid quisquam similis mei fugit / et quis
ut ego ingredietur templum et vivet Non ingrediar. Et intel-
lexi quod deus non misisset eum: sed quasi vaticinans locutus
esset ad me et Thobias et Sennaballath conduxissent
eum Acceperat enim pretium ut territus facerem et peccarem et ha-
berent malum quod exprobrarent michi Memento mei domine pro
Thobia et Sennaballath iuxta opera eorum talia Sed et No-
adie prophete et ceterorum prophetarum / qui terrebant me Comple-
tus autem murus xxv die mensis Elul lij diebus Factum est
autem Cum audissent omnes inimici ut timerent universe gentes
que erant in circuitu nostro et caderent intra semetipsos. Et
scirent quod a domino factum esset opus hoc Sed et in diebus illis
multe optimatum Iudeorum epistole mittebantur ad Thobiam
et a Thobia veniebant ad eos Multi enim erant in Iudea
habentes iuramentum eius: quia gener erat Sechenie filij
Orei Et Iohannan filius eius acceperat filiam Mozollam
filij Barachie Sed et laudabant eum coram me et verba mea
nunciabant ei Et Thobias litteras mittebat ut terreret me

VII

Postquam autem edificatus est murus et posui val-
vas et recensui ianitores et cantores et levitas
precepi Anani fratri meo Et Ananie principi
domus de Iherusalem ipse enim quasi vir verax et timens
deum plus ceteris videbatur: et dixi eis Non aperiantur
porte Iherusalem usque ad calorem solis Cumque adhuc assisterent
clause sunt porte et oppilate Et posui custodes de habitatoribus
Iherusalem singulos per vices suas / et unumquemque contra domum
suam Civitas autem erat lata nimis et grandis et populus

Parvus in medio eius / et non erant domus edificate Deus
autem dedit in corde meo / et congregavi optimates et magistratus
et vulgus ut recenserem eos / et inveni librum census eorum qui
ascenderant primum / et inventum est scriptum in eo Isti sunt
filii provincie qui ascenderunt de captivitate transmigrantium quos
transtulit Nabuchodonozor rex Babilonis / et reversi sunt in Iherusalem
et in Iudeam unusquisque in civitatem suam / qui venerant cum
Zorobabel Iosue Neemias Azarias Ieremias Naamma
Mardocheus Bethiar Mespharath Begway Baana Na-
vum Numerus virorum populi Israel filii Pharos ii milia c lxxii
filii Saphatie ccc ~~xl~~ lxxii filii Area dc lii filii Phaeth Mo-
ab filiorum Iesu et Ioab ii milia dccc xviii filii Elam mille
ducenti l iiii filii Zechua dccc xlv filii Zechai dcc lx filii Bam
dc xlviii filii Hebai dc xxviii filii Azgad ii milia ccc
xxii filii Azomecham dc lxvii filii Beguai ii milia lxvii
filii Addin dc lv filii Ater filii Ezechie xcviii filii Asem
ccc xxviii filii Bethsay ccc xxiiii filii Areph c xii ~~milia~~
filii Zabulon xcv viri Bethleem et Nethupha c lxxxviii viri
Anathoth c xxviii viri Bethamoth xlii viri Cariathiarim
zephira et Beroth dcc xliii viri Rama et Gabaa dc xxi
viri Machmas c xxii viri Bethel et Hay c xxiii viri
Nebo alterius lii viri Elam alterius mille cc l iiii filii Arem
ccc xx filii Iericho ccc xlv filii Iodid et Ono dcc
xxi filii Senaa iii milia dcccc xxx Sacerdotes filii Idaia in domo
Iosua dcccc lxxiii filii Emmer mille lii filii Phasur
mille cc xlvii filii Arem mille xvii Levite filii Iosue et
Cadmihel filiorum Oduia lxxiiii Cantores filii Asaph c xl
viii Ianitores filii Sellum filii Ather filii Telmon filii
Accub filii Atita filii Sobai c xxxviii Nathinnei filii
Soa filii Aspha filii Thebbaoth filii Ceros filii Siaa filii
Phadon filii Lebana filii Agaba filii Selmai filii Anan fi-
lii Geddel filii Gaer filii Raaia filii Rasin filii Nethuda
filii Iezem filii Aza filii Phasea filii Besai filii Mimin
filii Nephussim filii Bethue filii Achupha filii Assur
filii Besloth filii Meida filii Arsa filii Bercos filii Sisara
filii Thema filii Nasia filii Atipha filii Servorum Salomonis
filii Sothai filii Sophereth filii Pherida filii Iahala filii Del-
thon filii Ieddel filii Saphatia filii Athil filii Phecereth q[ui]

Erat ortus ex abam filio amon omnes Nathinnei et filii
servorum Salomonis ccc xcii hii sunt autem qui ascenderunt de the
melath thelarsa cherub addo et emmer, et non potuerunt
indicare domum patrum suorum et semen suum utrum ex Israel essent
filii dalaya filii thobya filii nechoda dc xl ii. Et de sacerdotibus
filii abya filii acchos filii bersellai qui accepit de filiabus ber
zellai galaaditis uxorem et vocatus est nomine eorum hii quesierunt
scripturam genealogie sue et non invenerunt et eiecti sunt
de sacerdotio / Dixitque eis atthersata ut non manducarent de
sanctis sanctorum donec surgeret sacerdos doctus et eruditus Omnis
multitudo quasi vir unus xl ii milia ccc lx absque servis
et ancillis eorum / qui erant vii milia ccc xxxvii et inter eos
cantores et cantatrices cc xl v. Cameli eorum cccc xxxv quoque
asini eorum sex milia dcc xx. Non nulli autem de principibus fami
liarum dederunt impensas in opus dei. Atthersata dedit
in thesaurum dragmas auri mille phialas l tunicas sacerdotales
d xxx. Et de principibus familiarum dederunt in thezaurum
operis auri dragmas xx milia et argenti mnas ii milia cc
Et quod dedit reliquus populus auri dragmas xx milia et argenti
mnas ii milia et tunicas sacerdotales lxvii. Habitaverunt autem
sacerdotes et levite et ianitores et cantores et reliquum vulgus
et Nathinnei et omnis Israel in civitatibus suis [illegible]

Et venerat mensis septimus Scenophegie sub Hesdra
et Neemia filii autem Israel erant in civitatibus suis
Congregatusque est omnis populus quasi vir unus ad plateam VIII
que est ante portam aquarum Et dixerunt Esdre scribe ut
afferret librum legis moysi quam preceperat dominus Israeli Attu
lit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum et
mulierum, qui poterant intelligere in die primo mensis septimi
et legit in eo aperte in platea que erat ante portam aquarum
a mane usque ad meridiem in conspectu virorum et mulierum et sa
pientium / et aures omnis populi erant erecte ad librum Stetit
autem Esdras scriba super gradum ligneum quem fecerat ad
loquendum, et steterunt iuxta eum mathathia et semeya et ania
et uria et helchia et maasia ad dexteram eius / et ad sinistram
phadaya misael et melchia et assum et aseph dana et
zacharia et mozollam Et aperuit hesdras librum coram omni
populo super universum quippe populum eminebat Et cum

Aperuisset eum stetit omnis populus et benedixit Hesdras domino deo
voce magna Et respondit omnis populus amen Amen eleuans manus
suas et incuruati sunt et adorauerunt dominum proni in terram
Porro iosue et bani et serebia et iamin accub sephai
odia maasia celitha et azarias iozabeth anam phallaia
leuite silentium faciebat in populo ad audiendam legem populus
autem stabat in gradu suo Et legerunt in libro legis dei distincte
et aperte ad intelligendum et intellexerunt cum legeretur Dixit autem
Neemias ipse est athersatha et esdras sacerdos et leuite inter
pretantes vniuerso populo Dies sanctificatus est domino deo nostro
Nolite lugere et nolite flere Flebat enim omnis populus cum audiret
verba legis Et dixit eis Ite comedite pinguia et bibite
mulsum et mittite partes eis qui non preparauerunt sibi Quia sanc
tus dies domini est fortitudo nostra Leuite autem silentium
faciebat in omni populo dicentes Tacete quia dies sanctus est et
nolite dolere Abijt itaque omnis populus ut comederet et biberet
et mitteret partes et faceret leticiam magnam quia intellexerant verba que docuerat eos

c. octavum als Et in die secundo congregati sunt principes familiarum
vniuersi populi sacerdotes et leuite ad esdram scribam ut
interpretaretur eis verba legis Et inuenerunt scriptum in lege
precepisse dominum in manu moysi ut habitent filij israel in thaber
naculis in die solempni mense septimo et ut predicent et diuulgent
vocem in vniuersis vrbibus suis et in iherusalem dicentes Egredimini
in montem et afferte frondes oliue et frondes ligni pulcherrimi
frondes mirti et ramos palmarum et frondes ligni nemorosi
et fiant thabernacula sicut scriptum est Et egressus est omnis populus
Et attulerunt Feceruntque sibi thabernacula vnusquisque in domate
suo et in atrijs suis et in atrijs domus dei et platea porte aque
et in platea porte effraym Fecit ergo vniuersa ecclesia eorum qui redierant
de captiuitate thabernacula et habitauerunt in thabernaculis Non enim
fecerant a diebus iosue filij nun filij israel usque ad diem illum
Et fuit leticia magna nimis Legit autem in libro legis dei
per singulos dies a die primo usque ad diem nouissimum Et fecerunt
solempnitatem septem diebus et in die octauo collectam iuxta ritum

In die autem vicesima quarta mensis huius filij israel in ieiunio et
in saccis et humus super eos et separatum est semen filiorum israel
IX ab omni filio alienigena et steterunt coram domino et confi
tebantur peccata sua et iniquitates patrum suorum Et consurrexerunt

Ad standum et legerunt in volumine legis domini dei sui quater
in die et quater in nocte confitebantur et laudabant dominum deum
suum. Surrexerunt autem super gradum levitarum Iesue et Bani
et clamaverunt voce magna ad dominum deum suum. Levite Et dixerunt
levite et Cedmihel Bonni Asebia Sarebia Arabia Odaia Se-
bnia Phathagia. Surgite et benedicite deo vestro ab eterno usque
in eternum. Et benedicant nomini glorie tue excelso in omni benedictione
et laude. Et dixit Esdras. Tu ipse domine solus tu fecisti
celum et terram et omnem exercitum eorum. Terram et universa que
in ea sunt maria et ea que in eis sunt. Et tu vivificas omnia
hec, et exercitus celi te adorat. Tu ipse domine deus qui elegisti
Abram. Et eduxisti eum de igne Caldeorum et posuisti nomen
eius Abraham et invenisti cor eius fidele coram te et percussisti
cum eo fedus. ut dares ei terram Chananei Hethei Amorrei et
Pherezei et Iebuzei et Gergezei ut dares semini eius et im-
plesti verba tua quoniam iustus es. Et vidisti afflictionem patrum
nostrorum in Egipto. clamoremque eorum audisti super mare rubrum
et dedisti signa in Egipto et portenta in Pharaone et universis servis
suis. et in omni populo terre illius. Cognovisti enim quia superbe
egerant contra Israel. Et fecisti tibi nomen sicut et in hac die. Mare
divisisti ante eos, et transierunt per medium maris in sicco. Perse-
cutores autem eorum proiecisti in profundum quasi lapidem in aquas va-
lidas et in columpna nubis ductor eorum fuisti per diem, et in
columpna ignis per noctem ut appareret eis in via per quam ingre-
derentur. Ad montem quoque Synai descendisti et locutus es cum eis
de celo. Et dedisti eis iudicia recta. et legem veritatis, et
cerimonias et precepta bona et sabbatum sanctificatum ostendisti
eis. Et mandata et cerimonias et legem precepisti eis in manu
Moysi servi tui. Panem quoque de celo dedisti eis in fame eorum.
Et aquam de petra eduxisti eis sicientibus et dixisti eis ut ingre-
derentur et possiderent terram super quam levasti manum tuam ut tra-
deres eis. Ipsi vero et patres nostri superbe egerunt, et induraverunt cer-
vices suas, et non audierunt mandata tua, non sunt recordati mi-
rabilium tuorum, que feceras eis et induraverunt cervices suas et
dederunt caput ut converterentur ad servitutem suam. Tu autem deus
propicius clemens et misericors longanimis et multe miserationis
et non dereliquisti eos. Et quidem cum fecissent sibi vitulum quasi

per contentionem conflatilem et dixissent iste est deus tuus qui eduxit
te de egipto fecerunt que blasfemias magnas Tu autem in misericordiis
tuis multis non dimisisti eos in deserto columna nubis non re
cessit ab eis per diem ut duceret eos in viam et columna ignis per
noctem ut ostenderet eis iter per quod ingrederentur et spiritum
tuum bonum dedisti eis qui doceret eos et manna tuum non
prohibuisti ab ore eorum et aquam dedisti eis in siti xl annis pa
visti eos in deserto nichil que eis defuit vestimenta eorum non
inveteraverunt et pedes eorum non sunt attriti et dedisti eis re
gna et populos et partitus es eis sortes et possederunt terram
Seon et terram regis Esebon et terram regis Basan et filios
eorum multiplicasti sicut stellas celi et adduxisti eos ad terram
de qua dixeras patribus eorum ut ingrederentur et possiderent
Et venerunt filii et possederunt terram et humiliasti coram eis
habitatores terre Chanaan et dedisti eos in manus eorum et re
ges eorum et populos terre ut facerent illis sicut placebat eis
Ceperunt que urbes munitas et humum pinguem et possederunt
domos plenas cunctis bonis cisternas ab aliis fabricatas vine
as et oliveta et ligna pomifera multa et comederunt et sa
turati sunt et impinguati sunt et abundaverunt diviciis in bo
nitate tua magna Provocaverunt autem te ad iracundiam
et recesserunt a te et proiecerunt legem post terga sua et prophetas
tuos occiderunt qui contestabantur eos ut reverterentur ad te fece
runt que blasfemias grandes et dedisti eos in manu hostium
suorum et affixerunt eos Et in tempore tribulationis sue clama
verunt ad te et tu de celo exaudisti eos Et secundum miserationes
tuas multas dedisti eis salvatores qui salvarent eos de
manu hostium suorum Cumque requievissent reversi sunt
ut facerent malum in conspectu tuo et dereliquisti eos in
manu inimicorum suorum et possederunt eos Conversi que sunt et cla
maverunt ad te Tu autem de celo exaudisti et liberasti eos in
misericordiis tuis multis temporibus et contestatus es eos ut rever
terentur ad legem tuam Ipsi vero superbe egerunt et non audie
runt mandata tua et in iudiciis tuis peccaverunt que qui
faciet homo vivet in eis Et dederunt humerum recedentem
et cervicem suam indurarunt et protraxisti super
eos annos multos et contestatus es eos in spiritu tuo per

manum prophetarum tuorum In misericordiis autem tuis plurimis
non fecisti eos in consumptionem nec dereliquisti eos quoniam
deus miseracionum et clemens tu es Nunc itaque deus
noster deus magne fortis et terribilis custodiens pactum et mi-
sericordiam ne avertas faciem tuam in omni labore qui invenit
nos, nos reges nostros et sacerdotes nostros et principes nostros
et prophetas eorum prophetas et omnem populum tuum a diebus regis assur
usque ad diem hanc Et tu iustus in omnibus que venerunt
super nos quia veritatem fecisti nobis Nos autem impie egimus
Reges nostri et principes nostri Sacerdotes nostri et patres nostri
non fecerunt legem tuam et non attenderunt mandata tua
et testimonia que testificatus es in eis Et ipsi in regnis suis
bonis et in bonitate tua multa quam dederas eis et in terra
latissima et pingui quam tradideras in conspectu eorum non ser-
vierunt tibi, nec reversi sunt a studiis suis pessimis Ecce
ipsi nos hodie servi tui sumus et terra quam dedisti patribus nostris
ut comederent panem eius et que bona sunt eius et nos
ipsi servi tui sumus in ea et fruges eius multiplicantur regibus
quos posuisti super nos propter peccata nostra et corporibus nostris do-
minantur et iumentis nostris secundum voluntatem suam et in tri-
bulacione magna sumus Super omnibus ergo hiis nos ipsi percutimus
fedus et scribimus et signant principes nostri levite nostri et sacerdotes
Signatores autem fuerunt Neemias / nostri
Athersata filius achelai et Sedechias Sarias
Azarias Ieremias Phessur Amaria Melchia Accus Sebe-
nia Melbatharem Meinnuth Obdias Daniel Genton
Baruch Mozollam Abia Miamim Mazia Belga Semeya
hii sacerdotes Porro levite Iosue filius azarie Bennui
De filiis Ennadab Cedmihel et fratres eorum Sechenia Odaia
Celitha Phalaya Anam Micha Roob Asebia Zachur Sere-
bias Sabania Odias Bani Baninu Capita populi Pharos
Phaeth moab Helam Zetubam Bonni Azgad Bebay Donay Bag-
guai Adin Ater Azothia Azur Asur Adonia Assum Be-
sai Ares Anathoth Nebya Methphia Mozollam
Azer Mezabel Sadoch Yeddua Phelthia Anania Ozee
Anania Asub Aloes Phalean Sobech Reum et Azebma

Nechsia Athaya Anam mellucharem baana et reliqui de populo
sacerdotes levite ianitores cantores nathinnei et omnes qui se
paraverant de populis terrarum ad legem dei uxores eorum et filii eorum
et filie eorum. et qui poterat sapere spondentes pro fratribus suis optimates eorum et qui veniebant ad pollicendum et iurandum ut ambu
larent in lege dei quam dederat in manu moysi servi sui ut
facerent et custodirent universa mandata domini dei nostri et iudi
cia eius et ceremonias eius. Et ut non daremus filias nostras
populo terre et filias eorum non acciperemus filiis nostris / populi quoque terre
qui importat venalia et omnia ad usum per diem sabbati ut
vendant non accipiemus ab eis in sabbatho et in die sanctificata
et dimittemus annum septimum et exactionem universe manus / et
statuemus super nos precepta ut demus tertiam partem sicli per annum
ad opus domus dei nostri. ad panes propositionis et ad sacrificium
sempiternum et in holocaustum sempiternum in sabbathis in kalendis
in solemnitatibus in sanctificatis / et pro peccato ut exoretur pro israel
et in omnem usum domus dei nostri. Sortes ergo misimus
super oblationem lignorum inter sacerdotes et levitas et populum
ut inferrentur in domum dei nostri per domos patrum nostrorum
per tempora a temporibus anno usque ad annum ut arderent super al
tare domini dei nostri sicut scriptum est in lege moysi ut affer
remus primogenita terre nostre. et primitiva universi fructus
omnis ligni ab anno in annum in domo domini et primitiva
filiorum nostrorum et pecorum nostrorum sicut scriptum est in lege et primitiva boum nostrorum / et ovium nostrarum. ut
offerrentur in domo dei nostri sacerdotibus qui ministrant in domo
dei nostri et primitias ciborum nostrorum et libaminum nostrorum et po
ma omnis ligni vindemie quoque et olei afferemus sacer
dotibus ad gazophilacium domini et decimam partem terre nostre
levitis. Ipsi levite decimas accipient ex omnibus civitatibus
operum nostrorum. Erit autem sacerdos filius aaron cum levitis in decimis
levitarum / et levite offerent decimam partem decime sue in domo
dei nostri. ad gazophilacium in domo thesauri. Ad gazophilacium
enim deportabunt filii israel et filii levi primitias frumenti vini
et olei. Et ibi erunt vasa sanctificata et sacerdotes et cantores et ianitores
et ministri et non dimittemus domum dei nostri

XI Habitaverunt autem principes populi in ierusalem optimates
absque sorte in medio habitabant. Reliqua vero populi

misit sortem vt tolleret vnam partem de decem qui habitaturi
essent in iherusalem ciuitate sancta / decem partes ipsis eligitur vt
habitet in ierusalem Cima vrbe sancta cet nouem partes in
ciuitatibus Benedixit autem populus omnibus viris qui sponte
obtulerant vt habitarent in ierusalem Hii sunt itaque principes prouin-
cie qui habitauerunt in ierusalem et in ciuitatibus iuda Habitauit
autem vnusquisque in possessione sua in vrbibus suis israel sacer-
dotes leuite Nathinnei et filii seruorum Salomonis Et in
ierusalem habitauerunt de filiis iuda et de filiis Beniamyn de
de filiis iuda athaias filius aziam filii zacharie filii
amarie filii saphatie filii malaleel de filiis phares a
masia filius Baruch filius zolozai filius ozia filius
adaya filius yozarib filius zacharie filius zalomites Omnes
filii phares qui habitauerunt in ierusalem ccc lx viii viri fortes
Hii sunt autem filii Beniamin Sellum filius mozollam filius
yoedi filius sadaya filius colaia filius maasia filius ethel
filius saya Et post eum gabai sellai c xxviii Et yohel filius
zechri prepositus eorum Et iudas filius semmia super ciuitates
secundus Et de sacerdotibus ydaya filius yoarib yachim saraya
filius helchie filius mozollam filius sadoch filius meraioth
filius achitob princeps domus dei Et fratres eorum facientes opera
templi dccc xxii Et adayas filius yeroam filius phelethi
filius amzi filius zacharie filius fessur filius melchie
et fratres eorum principes patrum cc xlii Et amazai filius aziel
filius azi filius mozollamoth filius semmer et fratres eorum po-
potentes nimis c xxviii Et prepositus eorum zebdiel filius po-
tentum Et de leuitis sethemia filius asub filius azarica fi-
lius azabia filius bonni filius sabathay et yozabed Et super
omnia opera que erant forinsecus in domo dei a principibus
leuitarum et mathania filius micha filius zebdai filius asaph
princeps ad laudandum et confitendum in oratione et bethechias secundus
de fratribus eius zabdia filius samma filius galal filius
yditum Omnes leuite in ciuitate sancta cc lxxxiiii Et ianitores
acub thelmon et fratres eorum qui custodiebant hostia c lxxii
Et reliqui ex israel sacerdotes et leuite in omnibus ciuitatibus iuda

Unusquisque in possessione sua. Et Nathinnei qui habitabant in
Ophel et Siatha et Gaspha de Nathinneis. Et episcopus levitarum
in Jerusalem Azi filius filii Bani filii Azabia filius Mathanie
filius Miche. De filiis Asaph cantores in ministerio domus Dei.
Preceptum quippe regis super eos erat et ordo in cantoribus per singulos
dies. Et Asphathaia filius Mozethel de filiis Zara filii Juda
in manu regis iuxta omne verbum populi et in domibus per omnes
regiones eorum. De Juda habitaverunt in Cariatharbe et in filiabus
eius et in Dybon et in filiabus eius et in Calceph et in
viculis eius, et in Jesue et in Molada et in Bethpheleth et
in Asersual et in Bersabee et in filiabus eius et in Sycelech et in
Mechonae et in filiabus eius et in Remmon et in Sara et in
Jarimuth Zanoa Odolla et in viculis earum Lachis et in regio-
nibus eius Azecha et filiabus eius. Et manserunt in Bersabee
usque ad vallem Ennon. Filii autem Beniamin a Geba Mechmas
et Aya et Bethel et filiabus eius Anathoth Nob Anania Asor
Rama Yethaym Adyd Seboym Nebessalech et Onam valle
artificum et de levitis portiones Jude et Beniamyn

XII Hii autem sunt sacerdotes et levite qui ascenderunt cum Zo-
robabel filio Salathiel et Josue Saraya Reemias
Hesdras Amaria Melluch Acchus Sechenia Reum
Merimuth Addo Gothon Miamin Abya Madgia
Belga Semeya et Joarib Ydaya Sellum Amoc Helcyia
Ydaya. Isti principes sacerdotum et fratres eorum in diebus Josue.
Porro levite Jesua Bennuy Cedymel Serebya Juda Matha-
nias super ymnos ipsi et fratres eorum in diebus Josue et Be-
zechie atque Orani et fratres eorum unusquisque in officio suo. Josue
autem genuit Joachim et Joachim genuit Eliasib et Eliasib genuit
Joyada et Joyada genuit Jonathan. Et Jonathan genuit Jeddaia.
In diebus autem Joachim erant sacerdotes et principes familiarum
Saraye Amarie, Jeremie Ananie, Esdre Mozollam, Amarie
Johannan, Milico Jonathan, Sebenie Jozephat, Edna
Maraioth Helchie, Addaye Zacharie, Genthon Mozollam, Abie
Zechri, Miamin et Moadie, Felthi Belgé, Semmia Semeie,
Jonathan Joarib, Mathanai Ydaye, Ozi Sellaie, Cellai
Emethebor, Elchie Ezebie, Ydaye Nathanael. Levite in diebus

Elyasym et yoyada et onam et yedna scripti principes fami-
liarum et sacerdotes in regno darii persae. filii levi principes fa-
miliarum scripti in libro dierum et usque ad dies jonathan filii eli-
asib. Et principes levitarum esebya serebya et josue filius cedi-
mel et fratres eorum per vices suas ut laudarent et confiterentur iuxta
preceptum regis david viri dei et observarent eque per ordinem. Ma-
thania et bethechia et obedya mosollam thelmon achub custo-
des portarum et vestibulorum ante portas. hii in diebus yoachim
filii yosue filii yosedech et in diebus neemie ducis et esdre
sacerdotis scribeque. c. xiii

XIII

In dedicatione autem muri jerusalem requisierunt levitas
de omnibus locis suis ut adducerent eos in jerusalem et facerent de-
dicationem in leticia in actione gratiarum et in cantico et in cym-
balis et in psalteriis et in cytharis. Congregati sunt autem
filii cantorum et de campestribus circa jerusalem et de villis Ne-
thophati et de domo galgal et de regionibus gabaa
et azmaveth. Quoniam villas edificaverunt sibi cantores in
circuitu jerusalem. Et mundati sunt sacerdotes et levite et munda-
verunt populum et portas et murum. Ascendere autem feci principes
juda super murum et statui per duos magnos choros lau-
dantium. Et yerunt ad dexteram super murum ad portam
sterquilinii. Et ivit post eos ozaias et pars media prin-
cipum iuda. et azarias et esdras et mosollam juda et
Beniamin et semeya et jeremia. Et de filiis sacerdotum in
tubis zacharias filius jonathan filius semeie filius
mathanie filius michaye filius zaccur filius asaph
Et fratres eius semeya et azabel galalai maai nathanael
et juda et anani in vasis cantici david viri dei. et esdras
scriba ante eos in porta fontis. Et contra eos ascenderunt in
gradibus civitatis david in ascensu muri super domum david
et usque ad portam aquarum ad orientem. Et chorus secundus gratias
referentium ibat ex adverso et ego post eum et media pars populi et
super murum et super turrim furnorum et usque ad murum latissimum
et super portam effraym et super portam antiquam et super por-
tam piscium et turrim ananeel et turrim hemath et usque
ad portam gregis et steterunt in porta custodie. Steteruntque duo

Chori laudantium in domo dei et ego et dimidia pars magi
stratuum mecum et sacerdotes elyachim maasias miamin
michea elioenai zacharia amania in tubis et maasia et
semeia et eleazar et azi et iohannan et melchia et elam
et clare cecinerunt cantores Et ezraia prepositus et immolaverunt
in die illa victimas magnas et letati sunt / Deus enim leti
ficaverat eos leticia magna Sed et uxores eorum et liberi ga
visi sunt / et audita est leticia Iherusalem procul. c xiiii
XIIII Recensuerunt quoque in die illa viros super gazo
phylatia thezauri ad libamina et ad primitias et ad
decimas ut introferrent per eos principes civitatis in de
core gratiarum actiones sacerdotes et levitas quia letatus est Iuda
in sacerdotibus et levitis astantibus Et custodierunt observationem
dei sui et observationem expiationis et cantores et ianitores
iuxta preceptum david et Salomonis filii eius Quia in diebus
david et asaph ab exordio erant principes constituti cantorum
in carmine laudantium et confitentium deo Et omnis Israel in
diebus zorobabel. et in diebus Neemie dabant partes
cantoribus et ianitoribus per dies singulos et sanctificabant le
vitas. et levite sanctificabant filios Aaron etc.
In die autem illo lectum est in volumine moysi audiente populo
et inventum est scriptum in eo Quod non debeant introire amoni
XV tes et moabites ecclesiam dei usque in eternum / eo quod non occur
rerint filiis Israel cum pane et aqua et conduxerint adversum
eos Balaam ad maledicendum eis. et convertit deus noster male
dictionem eius in benedictionem Factum est autem cum audissent legem
separaverunt alienigenam et super hoc erat eliasib sacerdos qui
fuerat prepositus in gazophilacio domus dei nostri / et proximus
Thobie Fecit ergo sibi gazophilatium grande / et ibi erant an
te eum reponentes munera et thus et vasa et decimam frumenti
et vini et olei partes levitarum et cantorum et ianitorum et pri
micias sacerdotales In omnibus autem hiis non fui in Iherusalem / quia
in anno xxxii Artharxersis regis Babilonis veni ad regem
et intellexi malum quod fecerat eliasib Thobie ut faceret ei the
saurum in vestibulis domus dei et malum michi visum est
valde et proieci vasa domus Thobie foras de gazophilacio
precepique et mundaverunt gazophilatium / et retuli ibi vasa domus
dei sacrificium et thus Et cognovi quod partes levitarum non
fuissent date et fugisset unusquisque in regionem suam de le
vitis et cantoribus et de hiis qui ministrabant / et egi causam

adversus magistratus et dixi quare dereliquimus domum dei et con
gregavi eos et feci stare in statu suo. Et omnis iuda
apportabat decimam frumenti et olei in horrea et consti
tuimus super horrea selemiam sacerdotem et sadoch scribam
et phadayam de levitis et iuxta eos anan filium zachur
filium mathanie quoniam fideles probati sunt et ipsis credite
sunt partes fratrum suorum. Memento mei deus meus pro hoc
et ne deleas miserationes meas quas feci in domo dei mei
In diebus illis vidi et in cerimoniis eius xiii
in iuda calcantes torcularia in sabbato portantes acervos
super asinos vinum et uvas et ficus et omne onus et infe
rentes ierusalem in die sabbati et contestatus sum eos ut in
die qua vendere liceat venderent. Et tyrii habitave
runt in ea inferentes pisces et omnia venalia et vende
bant in sabbatis filiis iuda et ierusalem et obiurgavi optima
tes iuda et dixi eis quae est haec res mala quam vos
facitis facere et profanatis diem sabbati. Numquid non hec
fecerunt patres nostri et adduxit deus noster super nos omne
malum hoc et super civitatem hanc et vos additis iracundiam
super israel violando sabbatum. Factum est autem cum quievissent
porte ierusalem die sabbati dixi claudite ianuas et clau
serunt ianuas. Et precepi ut aperirent eas usque post
sabbatum. Et de pueris meis constitui super portas ut
nullus inferret onus in die sabbati. Et manserunt negotiatores
et vendentes universa venalia foris ierusalem semel et bis.
Et contestatus sum eos et dixi eis quare manetis e regione
muri. Si secundo hoc feceritis manum mittam in vos. Itaque
ex tempore illo non venerunt in sabbato. Dixi quoque levitis ut
mundarentur et venirent ad custodiendas portas et sanctificandum
diem sabbati. Et pro hoc ergo memento mei deus meus et parce
mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. Sed et in diebus illis vidi
iudeos ducentes uxores azotidas ammonitidas et mo
abitidas et filii eorum ex media parte loquebantur azotice et
nesciebant loqui iudaice. Et loquebantur iuxta linguam populi
et populi. Et obiurgavi eos et maledixi. Et cecidi ex eis
viros et decalvavi eos et adiuravi in domino ut non
darent filias filiis eorum et non acciperent de filiabus eorum

filios suos et pro vobismetipsis dicens. Numquid non in huiuscemodi re peccavit
Salomon rex Israel et certe in multis gentibus non erat rex similis ei
et dilectus deo suo erat et posuit eum deus suus regem
super omnem Israel et ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alieni-
gene. Numquid et nos inobedientes faciemus omne peccatum
grande hoc ut prevaricemur in domino deo nostro et ducamus uxores
peregrinas. De filiis autem Ioiada filii Eliasib sacerdotis magni gener
erat Sanaballath Oronites quem fugavi a me. Recordare
domine deus meus adversus eos qui polluunt sacerdotium et ius
sacerdotale et leviticum. Igitur mundavi eos ab omnibus alienigenis
et constitui sacerdotum ordines et levitarum unumquemque in ministerio
suo. Et oblationem lignorum in temporibus constitutis et in primitiis. Me-
mento mei deus meus in bonum. Amen. incipit secundus liber esdre

Incipit secundus liber Hesdre

Et fecit Iosias pascha in Ierusalem domino
et immolavit phase XIIII luna primi mensis
statuens sacerdotes per vices diurnas stolis a-
mictos in templo domini. Et dixit levitis
sacris suis Israel ut sanctificarent se domino
in positione sancte arche domini in domo quam
edificavit Salomon filius David rex. Non erit vobis tollere
super humeros eam et nunc deservite domino deo vestro et curam
agite gentis illius Israel ex parte secundum pagos et tribus
vestras secundum scripturam David regis Israel. Et secundum magnificentiam
Salomonis filii eius omnes in templo et secundum particulam princi-
patus paternam vestram eorum qui stant in conspectu fratrum filiorum
Israel immolate pascha et sacrificia parate fratribus vestris. Et fa-
cite secundum preceptum domini quod datum est Moysi. Et donavit
Iosias in plebem que inventa est oves agnorum et edorum
et caprarum XXX milia vitulos tria milia. Hec de regalibus
data sunt secundum promissionem populo et sacerdotibus in pascha
oves numero duo milia et vitulos C. Et Ieconias et Semeias et
Nathanael fratres eius et Azarias et Oziel et Coraba in pha-
se oves V milia dederunt vitulos quingentos. Et cum hec fierent
eleganter steterunt sacerdotes et levite habentes azyma per tribus
et secundum partes principatus patrum in conspectu populi offerebant
domino secundum ea que in libro Moysi scripta sunt et assabant
phase igni prout oportebat et hostias coxerunt in lebetibus et

ollis cum benivolencia et attulerunt omnibus qui erant de plebe /
et post hec paraverunt sibi et sacerdotibus Sacerdotes enim offerebant
adipes usque finita esset hora Et levite paraverunt sibi et fra-
tribus suis filiis aaron Et sanctificatores psalmos offerebant
secundum ordinem et preceptum david Et asaph et zacharias et
yedunnis qui erant et hostiarii per singulas ianuas / ita ut
non preteriretur unusquisque sua officia cum eorum paraverunt
illis / et asummatum sunt que pertinebat ad sacrificium domini In
illa die egerunt phase et offerebant hostias super domum sacri-
ficiorum secundum preceptum regis Josie Et egerunt filii israel qui inven-
ti sunt in tempore illo phase et diem festum azimorum per dies
septem Et non est celebratum phase tale in israel a diebus
Samuelis prophete Et omnes reges israel non celebraverunt tale
pascha Quale egit Josias et sacerdotes et levite et iudei
et omnis israel qui inventi sunt in comedracione Octimus primo
anno regnante Jozias celebratum est phase Et directa sunt opera
Josie in aspectu domini dei sui in corde pleno meticula Et
que erant illud quidem scripta sunt in prioribus temporibus de eis qui pecca-
verunt quique irreligiosi fuerunt in domino pre omni gente
et qui non quesierunt verba domini super israel Et post omnem
actum hunc Josie ascendit pharao rex egipti veniens obiicere
in cartamis super euffraten Et venit obviam illi pharao
Jozias Et misit rex egipti ad iosiam dicens Quid michi
et tibi est Et descende et non est reversus iosias super currum
sed oppugnare eum cepit non attendens verbum domini ex ore pro-
phete Sed astitit ad eum bellum in campo maceda Et desce-
derunt principes ad regem Josiam Et dixit rex pueris suis
amovete me a prelio infirmatus sum enim valde Et statim amo-
verunt eum pueri eius de acie et ascendit super currum se-
cundarium suum / et pervenit Iherusalem vita functus est / et sepultus
est in paterno sepulcro Et in tota iudea lugebant iosiam Et qui
psallebant cum uxoribus lamentabantur eum usque in hunc diem
Et datum est sicut in omni gente israel / Hec autem scripta sunt
in libro historiarum iude regum et in singula gesta actus
Josie eius gloria et intellectus eius in lege domini et que non sunt
scripta in libro regum israel et iuda Et assumentes qui erant
de gente ieconiam filium eius constituerunt regem pro patre
suo cum esset annorum xxiii Et regnavit super israel mensibus

...bus et amovit eum rex egipti ne regnaret in Jerusalem et
mulctavit gentem argenti talenta c. Et auri talentum unum
Et constituit rex egipti Joachim fratrem eius regem Juda
et Jerusalem et alligavit magistratus Joachim Zaracele fratrem
suum et apprehendens reduxit egipto. Annorum erat Joachi
xxv cum regnaret in terra Juda et Jerusalem et fecit malum in con-
spectu domini. Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babilonis
et alligans eum in aereo circulo vinculo perduxit in Babilo-
niam et sacra vasa domini accepit Nabuchodonosor et tulit et consecra-
vit in templo suo in Babilonia. Nam de immunditia illius
et irreligiositate scriptum est in libro temporum regum. Et regnavit
Joachim filius eius pro eo. Cum autem constitutus est, erat
annorum xviii. Regnavit autem menses tres et dies x in Jerusalem.
Et fecit malum in conspectu domini. Et post annum mittens Nabuchodonosor
transmigravit eum in Babiloniam simul cum sacris vasis domini. Et
constituit Sedechiam regem Juda et Jerusalem. Cum esset annorum
xxi. Regnavit autem annis xi. Et fecit malum in conspectu
domini et non est veritus in verbis que dicta sunt a Jeremia
propheta ex ore domini. Et adiuratus a rege Nabuchodonosor periurans
discessit. Et indurata cervice sua et corde suo transgressus est
legitima dei Israel. Et duces populi domini multa inique gesse-
runt et impie egerunt super omnes immunditias gentium
et polluerunt templum domini quod sanctum erat in Jerusalem. Et misit
deus patrum suorum per angelum suum revocare eos propter quod
parcebat illis et tabernaculo suo. Ipsi vero subsannabant et in
angelis suis. Et qua die locutus est dominus erant illudentes
prophetis eius qui usque ad iracundiam concitatus est super gentem
suam propter quod ascendere reges Caldeorum. Hi occiderunt iuvenes
eorum in gladio in circuitu sancti templi eorum, et non pepercerunt
iuveni eorum et virgini et seni et adolescenti. Sed omnes tra-
diti sunt in manus ipsorum, et omnia sacra domini et regales
apothecas resumentes tulerunt in Babiloniam et incenderunt
domum domini et demoliebantur muros Jerusalem et turres eius incen-
derunt igne et consummaverunt omnia holocausta eius ad nichilum
redegerunt, et reliquos a gladio in Babiloniam duxerunt, et erant
servi illis usque dum regnarent Perse in repletionem verbi domini
in ore Jeremie, quousque benigne ageret terra sabbata sua
omni tempore desertionis sue sabbatizat in applicatione annorum septuaginta

Regnante autem Cyro rege persarum in consummatione II
verbi domini in ore jeremie suscitavit dominus spiritum
Cyri regis persarum et predicavit in toto regno suo
simul per scripturas dicens hec dicit Cyrus rex persarum Me constituit
regem orbis terrarum dominus israel dominus excelsus et significavit michi
edificare ei domum in iherusalem que est in iudea Si quis est de gente vestra
dominus ipsius sit cum eo ascendat in iherusalem Quotquot ergo circa loca
habitant adiuvent eum qui sunt in loco ipso in auro et argento
in dacionibus cum equis et iumentis cum aliis que secundum vota
apponuntur in templum domini quod est in iherusalem Et stantes principes
patrum pagorum et tribuum iude et tribu beniamin et sacerdotes
et levite quos concitavit dominus ascendere et edificare domum domini
que est in iherusalem et qui circa eos erant adiuverunt eos
in omni argento et auro et iumentis et votis quamplurimis multi
quorum sensus excitatus est Et rex Cyrus protulit vasa sacra
domini que transtulit nabuchodonosor de iherusalem et consecravit ea in suo
ydolo Et proferens ea Cirus rex persarum tradidit mitridato qui
erat super thezauros eius per hunc autem tradita sunt Salmana
zoro presidi iudee horum autem hic numerus libatoria argentea duo
milia quadringenta cathisse argentee xxx phiale auree xxx Item
argentee ii milia quadringente et alia vasa mille Omnia autem vasa
aurea et argentea v milia quadringenta lxx et revocata sunt
Salmanazaro simul cum hiis qui de captivitate babilonie ve
nerant in iherusalem In artharxersis autem regis persarum temporibus
scripserunt ei de hiis qui habitabant in iudea et in ierusalem
balsamus et mitridates et sabellius et rathimus balthemus
samalius scriba et reliqui inhabitantes samariam et ceteris
locis subscriptam epistolam Regi arthaxersi Domine pueri tui
rathimus ab accedentibus et sabellius scriba et reliqui curie
tue iudices in celem syriam et phenicem Et nunc notum
sit domino regi quoniam iudei qui ascenderunt a vobis ad nos venientes
in iherusalem civitatem refugam et pessimam edificant fora eius
et statuerunt muros et templum suscitant Si ergo civitas ista et
muri suscitati fuerint tributum non sustinebunt pendere sed etiam
regibus resistent Et quia id agitur circa templum recte habere ar
bitrati sumus non despicere hoc ipsum sed notum facere domino regi
ut si videbitur regi queratur in libris patrum tuorum et invenies
in admonitionibus de hiis et scies quia civitas ista fuit

II Refugia et reges et civitates concucientes, et inde refuge et
prelia committentes in ea ab eterno, ob quam causam civitas ista deserta
est. Nunc ergo notum facimus domine rex quoniam si civitas ista edificata fuerit
et eius muri erecti fuerint, descensus tibi non erit in Coelem
Syriam et Phenicen. Tunc rescripsit rex Rathumo qui scribebat acci-
dentia et Balthemmo et Sabellio scribe et ceteris constitutis et ha-
bitantibus in Syria et Phenice ea que scripta sunt: Legi epistolam quam
misistis ad me. Precepi ergo inquiri et inventum est quoniam civitas illa est
ab evo regibus resistens, et homines refuge et prelia in ea efficientes,
et reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes et tributa exigentes
et Coelem Syriam et Phenicen. Nunc ergo precepi prohibere homines
illos edificare civitatem. Et prohibere neque ultra hec fiat, sed nec
procedat in plurimum ex quo sunt malicie ita ut regibus molestia.

III Nunc recitatis his que a rege Artaxerxe imperatore
scripta fuerant, Balthemmus et Sabellius scriba et qui
cum his constituti erant, iungentes festinanter venerunt
in Ierusalem cum equitatu et turba et agmine, ceperunt edifican-
tes prohibere. Et vacabant edificatione templi in Ierusalem usque secundo
anno regni Darii regis Persarum. Rex Darius fecit cenam magnam
omnibus vernaculis suis et omnibus magistratibus Medie et Persidis et omnibus
purpuratis et pretoribus et consulibus et prefectis sub illo, ab India usque
Ethiopiam centum viginti septem provinciis. Et cum manducassent et bi-
bissent et saciati recedebant, tunc Darius rex ascendit in
cubiculo suo et dormivit et expergefactus est. Tunc illi tres
iuvenes custodes corporis qui custodiebant corpus regis dixe-
runt alter alteri: Dicamus unusquisque sermonem qui prevaleat, et cuiuscumque
apparuerit sermo sapientior altero, dabit illi Darius rex dona
magna, purpura cooperiri et in auro bibere, et super aurum dor-
mire, et currum aureum et cidarim byssinam et torquem circa collum.
Et secundus sedebit a Dario propter sapientiam suam et cognatus
Darii vocabitur. Tunc scribentes singuli sermonem suum posuerunt sub
cervical Darii regis et dixerunt: Cum surrexerit rex dabunt
illi scripta sua, et quemcumque iudicaverit rex et tres magistratus
Persidis quia verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est.
Unus scripsit: Forte est vinum. Alter scripsit: Fortior est rex. Tercius
scripsit: Fortiores sunt mulieres, super omnia autem vincit veritas.
Et cum surrexisset rex, et acceperunt scripta sua et dederunt illi
et legit. Et mittens vocavit omnes magistratus Persarum et Medorum

et purpuratos et praetores et praefectos et sederunt in consilio et lecta est
scripta coram ipsis Et dixit Vocate adolescentes et ipsi indi-
cabunt verba sua et vocati sunt et introierunt et dixit illis indica-
te illis nobis de hiis que scripta sunt Et cepit prior qui dixerat
de fortitudine vini et dixit viri quam praevalet vinum omnibus hominibus
qui bibunt illud seducit mentem Item regis et orphani facit
mentem vanam Item servi ac liberi pauperis et divitis et omnem
mentem convertit in securitatem et iocunditatem et non meminit
omnem tristiciam et debitum et omnia praecordia facit honesta et
non meminit regem nec magistratum et omnia per talenta facit lo-
qui et non meminerunt cum biberint amiciciam nec fraternitatem
sed post non multum sumunt gladios et cum a vino surrexerint
et surrexerint non meminerunt que gesserunt omnes praevalet
vinum qui sic cogitat facere et tacuit hoc dicto etc.

Et inchoavit sequens dicere qui dixit de fortitudine
regis O viri Nonne praevalent homines qui terram et IIII
mare obtinent et omnia que in eis sunt Rex vero
super omnia praevalet et dominatur eorum et omne quodcumque dixerit
illis faciunt et si miserit illos ad bellatores vadunt et demoli-
unt montes et muros et turres iugulantur et iugulant ad regis
verbum quod non praetereunt Nam si vicerint afferunt regi omnia
quecumque praedati fuerint semper et alia omnia quotquot non mi-
litant sed nec pugnant sed colligunt terram Rursum cum
fuerint metentes afferunt tributa regi et ipse vero solus et
si dixerit occidere occidunt dixit remittere remittunt dixit per-
cutere percutiunt Dixit exterminare exterminant dixit edificare edi-
ficant dixit excidere excidunt dixit plantare plantant
Et omnis plebs et virtutes eum obaudiunt et super hec ipse re-
cumbit et dormit et bibit Hii custodiunt in circuitu eum Et non
possunt ire singuli et facere opera sua Sed nec inobaudien-
tes sunt ei viri Quomodo non praecellit rex qui sic diffamatur
et tacuit Tercius qui dixerat de mulieribus et veritate hic est
zorobabel qui cepit loqui viri quidem non magnus rex et multi
homines nec vinum praecellit Quis est ergo qui dominatur eorum
Nonne mulieres genuerunt regem et omnem populum qui do-
minatur mari et terre et ex illis nati sunt et ipse educa-
verunt eos qui plantaverunt vineas ex quibus vinum fit et ipse

Faciunt stolas hominum omnium / et ipse faciunt gloriam hominibus et non possunt
homines separari a mulieribus. Si congregaverint aurum
et argentum et omnem rem preciosam / et viderint mulierem unam
bono habitu et bona specie omnia hec relinquentes in eam intendunt
et aperto ore conspiciunt / et eam alliciunt magis quam aurum et
argentum et omnem rem preciosam homo patrem suum relinquit qui e-
nutrivit illum et suam regionem et ad mulierem se coniungit / et cum muliere
remittit animam et neque patrem meminit neque regionem. Et
hinc oportet nos scire / quoniam mulieres dominantur vestri. Nonne doletis
et accipit homo gladium suum et vadit in via facere furta et ho-
micidia et mare navigare et flumina et leones videt et in
tenebris ingreditur. Et cum furtum fecerit et fraudes et rapinas
amabili sue affert. Et iterum diligit homo suam uxorem magis
quam patrem et matrem. Et multi dementes facti sunt propter suas
uxores et servi facti sunt propter illas / et multi perierunt et iugulati sunt
et peccaverunt propter mulieres. Et nunc credite michi quoniam magnus est rex
in potestate sua quoniam omnes regiones verentur tangere eum. Videbam
tamen Appemen filiam Bezacis mirifici concubinam regis sedentem
iuxta regem ad dexteram et auferentem dyadema de capite eius
et imponentem sibi / et palmis cedebat regem de sinistra manu
et super hoc aperto ore intuebatur eam. Et si arriserit videt illam
si contra indignata fuerit sibi blanditur donec reconcilietur in graciam.
O viri quomodo non sunt fortes mulieres. Magna est terra excelsum
est celum qui ista agunt. Et tunc rex et purpurati intuebant
in alterum. Et inchoavit loqui de veritate. O viri nonne for-
tes sunt mulieres. Magna est terra et excelsum est celum et ve-
lox cursus solis. Convertit in giro celum ad locum suum in una
die. Nonne magnificus est qui hec facit / et veritas magna et
fortior pre omnibus. Omnis terra veritatem invocat. Celum etiam ipsam
benedicit / et omnia opera moventur et tremunt eam / et non est
cum ea quicquam iniquum. Iniquus rex iniquae mulieres et iniqui
omnes filii hominum / et iniqua omnia illorum opera / et non est in ipsis
veritas / et in sua iniquitate peribunt et veritas manet et invalescit
in eternum / et vivit et obtinet in secula seculorum. Nec est apud
eam accipere personas / neque differentias. Sed que iusta sunt facit omnibus
iniustis ac malignis / et omnes benignantur in operibus eius
et non est in iudicio eius iniquum. Et fortitudo et regnum et

Potestas et maiestas omnium evorum. Benedictus deus veritatis
Et desiit loquendo. Et omnis populus clamaverunt et dixerunt
Magna est veritas et prevalet. Tunc rex ait illi pete si quid
vis amplius quam scripta sunt. Et dabo tibi secundum quod inventus
es sapientior proximis. Et proximus michi sedebis et cognatus
meus vocaberis. Tunc ait regi Memor esto voti. Nunc vovi-
sti edificare Ierusalem remittere que separavit Cyrus in die
qua regnum accepisti. Et omnia vasa que accepta sunt
ex Ierusalem remittere que separavit Cyrus cum intravit Ba-
biloniam et voluit ea remittere ibi. Et tu voluisti edi-
ficare templum / quod incenderunt Ydumei / quando exterminata
est Iudea a Caldeis. Et nunc est quod postulo domine et quod
peto hec est maiestas a te. ut postulo ut facias votum quod
vovisti regi celi ore tuo. Tunc surgens Darius rex oscu-
latus est illum. Et scripsit epistolas ad omnes dispensatores
et prefectos et purpuratos, et deducerent eum et omnes di-
spensatores qui cum illo erant, omnes ascendentes edificare
Ierusalem. Et omnibus prefectis qui erant in Syria et Phenice et
in Libano scripsit epistolas ut traherent ligna cedrina a Libano
in Ierusalem ut edificarent cum eis civitatem. Et scripsit omnibus
Iudeis qui ascendebant a regno in Iudeam pro libertate
omnem potentem et ingratum et prefectum supervenire ad ianu-
as ipsorum / et omnem regionem quam obtinuerant esse immunem
as. Et Ydumei relinquunt castella que obtinent Iudeorum. Et
in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti
usque dum peredificaretur / et super sacrarium holocaustomata c-
sollare cotidie sicut habent preceptum / alia talenta
x. offerre per singulos annos / et omnibus qui procedunt a Ba-
bilonia condere civitatem ut esset libertas tam ipsis quam filiis
eorum / et omnibus sacerdotibus qui procedunt. Scripsit autem et
quantitatem et sacram stolam qua deserviunt. Et levitis scripsit
dare precepta usque in diem qua consummabitur domus
et Ierusalem construetur. et omnibus custodientibus civitatem. scripsit
dare eis sortes et stipendia. Et dimisit omnia vasa que
separaverat rex Cyrus a Babilonia. Et omnia quecumque

Dixit Cyrus ipse precepit fieri et mitti Ierusalem Et cum processisset
ille adolescens elevans faciem in Ierusalem benedixit regem celi
et dixit abs te est victoria et abs te est sapientia et claritas et ego
sum tuus servus Benedictus es domine qui dedisti mihi sapientiam
et tibi confiteor domine patrum nostrorum Et accepit epistolas et profectus
est in Babiloniam et venit et nunciavit fratribus suis omnibus qui fuerant
in Babilonia Et benedixerunt dominum patrum suorum quoniam dedit illis
remissionem et refrigerium ut ascenderent et edificarent Ierusalem et
templum ubi nominatum est nomen eius in ipso Et exultaverunt cum mu=

V

Post hec autem electi sunt ut (sicis et leticia diebus septem
ascenderent principes pagorum per domos paternas suas
et uxores eorum / et filii et filie eorum servi et ancille eorum
et pecora illorum Et Darius rex misit una cum illis equites mille
donec deducerent eos in Ierusalem cum pace et cum musicis et cum tym-
panis et tibiis Et omnes fratres erant ludentes et fecit eos
ascendere simul cum eis Et hec sunt nomina eorum qui ascenderunt
per pagos suos in tribus et in parte principatus eorum Sacerdotes
filii Phinees filii Aaron Iesus filius Iosedech Ioa-
chim filius Zorobabel filii Salathiel de domo David ex
progenie David Phares tribu autem Iuda qui locutus est sub Da-
rio rege Persarum sermones mirificos In secundo anno regni ipsius
mense Nysan primo Sunt autem hii qui ex Iuda ascenderunt
de captivitate transmigrationis / quos transmigravit Nabuchodonosor rex
Babilonie in Babilonem et reversus est in Ierusalem et in reliquam
partem Iudee unusquisque in civitatem suam / qui venerunt cum
Zorobabel et Iesu Neemias / Areores / Elymeo Innamie
Mardocheo Beelsuro Methphatoton Elyoro / Eboma unus
de principibus eorum et numerus ab gentibus eorum et prepositi eorum
filii Phares ii milia c lxxii filii Ares tria milia lvi filii Fe-
mo c xlii In filiis Iesu et Ioabes mille ccc ii filii Demu
ii milia ccc lxx filii Thoroba c v filii Bamma c lxviii filii
Hebath cccc iii filii Acab ccc xxvii filii Than xxxvii
filii Tosoar ii milia lxvii filii Adinn ccc lxi filii Azeroth c
viii filii Cassu et Zelab c vii filii Ozorok ccc xxxix filii
Iebarbone c xxxii filii Ananie c xxx filii Azom filii
Masar Marsac ccc xxii filii Zabonis c v filii Zepho-
lemon c xxiii filii Nepebai l v filii Sebonatis c lviii

Filii ezathanius c.xxxvii filii Oreator patros qui et mcadi-
tes et modie ccc.xxii qui ex grama et gabaa c.xxi. viri
ex beſſelon et baage lxv. viri ex baſtaro c.xxii viri ex
bethonobes lv. filii liptis cl. filii laborum ccc.lvii filii
Sychem ccc.lxx. filii ſuadon et chomus ccc.lxxv in filii
Eritus yaij xlv. filii anuiliis anaas ccc.lxx ſacerdotes filii
Iedeus filii vthem filii chaſib ccc.lxxii filii emerus et
xxvii leuite filii Ieſu moadiel et bannus et ſerebias et
Idoyas lxxiiii. Omnes numero a xii anno xxx an ccc.lxii
filii et filie et uxores omnis computatio xl.m.ccc.xlii. filii
ſacerdotum qui pſallebant in templo filii aſaph c.xxviii hoſtiarii
vero filii Ezenen filii azer filii amon filii accuba toba
filii Thobi c.xxxix. Sacerdotes miniſtrantes in templo filii Sel
filii Gaſſyba filii Tobleth filii Carie filii zu filii ellu filii
labana filii armatha filii actub filii vthi filii cetha filii
agab filii obay filii anam filii channa filii geddu filii
han filii radin filii de Samun filii nethaba filii caſeba
filii gaze filii ozin filii Synoc filii acten filii baſten
filii aſiana filii manel. filii naſim filii accufir filii ag-
giſta filii azia filii fanem filii phaſalnon filii meeda
filii phuſa filii careth filii bachus filii tarce filii thoſt
filii naſibth filii aguſti filii pedon filii ſalon filii emes
filii azophoth filii pharida filii cela celi filii ſeddon filii
gaddael filii ſethei ſephei filii agna filii ſacareth filii
Sabathan filii ſaroneth filii maſie filii hamie filii ſa-
ſin filii addus filii ſuba filii hema filii Rabotis filii
phaſphat filii malmon Omnes ſacro miniſtres et pueri
Salon ccc.lxxxii hii ſunt filii qui aſcenderunt a thelmel
et therſas principes eorum Carmellam et Careth et non po-
terant edicere ciuitates ſuas et progenies quemadmodum ſunt
ex iſrael filii dalam filii tuban filii nethodaiti Et ex ſa-
cerdotibus qui fungebant ſacerdotio et non ſunt inuenti filii
obya filii othiſa filii addin qui accepit unam uxorem
ex phargelen filiabus et vocati ſunt nomine eius Et horum
queſita eſt generis ſcriptura in pedatura et non eſt inuenta
et prohibiti ſunt ſacerdotio fungi Et dixit illis Neemias et
aſtatas ne participarent ſancta donec exurgat pontifex doctus
in oſtenſionem et veritatem Omnis autem iſrael erat xii milia

Exceptis servis et ancillis xlii m ccc lx servi horum et ancille
septem milia ccc xxxvii cantores et cantatrices cc lxv Ca
meli cccc xxxv Equi septem milia Et de prepositis ipsis p
patrum dum venirent in templum dei quod erat in ierusalem vene
runt suscitare templum in loco suo secundum suam voluntatem et
dari in templi thezaurum operis sacrum auri mnas lxi m
et stolas sacerdotales c Et inhabitaverunt sacerdotes et levite
et qui operabant ex plebe in ierusalem et in regione et sacri can
tores et hostiarii et omnis israel in regionibus suis Instante
autem septimo mense Cumque erant filii israel videlicet in rebus
suis convenerunt unanimes in atrium quod erat ad ianuam
orientalem Et stantes ihesus filius Iosedech et fratres eius sa
cerdotes et zorobabel filius Salathiel et huius fratres parave
runt offerre super illud holocaustomata secundum quod in libro moy
si hominis dei precepta sunt et convenerunt ad eum ex aliis nationibus
terre et erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terre
et offerebant hostias et holocaustomata domino matutina et ege
runt scenophegiam et diem sollempnem Et sicut scriptum est
in lege et sacrificia cottidie sicut oportebat et post hec ob
lationes institutas et hostias sabbatorum et neomeniarum et
dierum solempnium omnium sanctificatorum Et quotquot vovebant
domino a neomenia vii mensis ceperunt hostias offerre
domino et templum domini nondum erat edificatum Et dederunt
pecuniam lapidariis et fabris et potum et pabula cum gaudio
et dederunt tarca sydoniis et tyriis et ut transveherent illis
de libano trabes cedrinas et ferrent rates in ioppe por
tum secundum decretum quod scriptum erat eis a cyro persarum rege
Et in secundo anno venientes in templum dei in ierusalem mense secundo
inchoavit zorobabel filius salathiel et ihesus filius Iosedech et
fratres ipsorum et sacerdotes et levite et omnes qui advenerant de
captivitate in ierusalem fundamentum templi dei novissimo mensis
secundi anni cum venissent in iudeam et ierusalem Et statuerunt le
vitas a xx annis super opera domini Et stetit ihesus et filii
eius et cum eo omnes levite conspiratores et doctores legis
et facientes opera in domo domini Et steterunt sacerdotes habentes
cymbala collaudantes dominum et benedicentes secundum david re
gem israel Et cantabant canticum domino quoniam dulcedo eius
et honor in secula seculorum Israel et omnis populus tuba cecinerit
et exclamavit voce magna collaudantes dominum in suscitatione

domus domini. Et venerunt et sacerdotibus et levitis et presidentibus
secundum pagos senioribus qui viderant priorem domum et ad huius
edificationem cum clamore et planctu magno et multi cum tubis
et gaudio magno in tantum et propter ut populus non audiret tubas propter
planctum populi. Tuba enim erat tuba canens magnifice ita ut
longe audiretur. Et audierunt inimici tribus iude et benia
min et venerunt scire que esset vox tubarum. Et cognoverunt
quoniam qui erant captivitatis edificant templum domino deo israel
Et accedentes ad zorobabel et ihesum et prepositos pagorum et
dixerunt eis Edificabimus una vobiscum. Similiter enim audimus deum
vestrum et ipsi paravimus immolare a diebus Asbasareth regis assiriorum
qui nos transmigravit hinc. Et dixit illis zorobabel et ihesus
et principes pagorum israel. Non est nobis et vobis edificare domum
dei nostri. Nos enim soli edificabimus domum dei nostri secundum ea que
precepit cyrus rex persarum. Gentes autem terre incubantes hiis qui
sunt in iudea et levantes opus edificationis et insidias
et populum adducentes prohibebant eos edificare et aggressiones
operantes impedierunt ne consummaretur edificium omni tempore vite
cyri regis persarum et protraxerunt structuram per biennium usque
In secundo anno regni darii prophetavit Ad darii regnum — VI
aggeus et zacharias filius addo prophete apud iudeam
et in ierusalem in nomine domini dei israel super eos. Tunc
stans zorobabel filius salathiel et ihesus filius iosedech
inchoaverunt edificare domum dei que est in ierusalem cum adessent
eis prophete domini et adiuvarent eos. In illo tempore venit ad eos
Sisennes subregulus Syrie et phenices et satrabones et
sodales eius et dixerunt eis Quo precipiente vobis domum
hanc edificatis et tectum istud et alia omnia perficitis. et qui
sunt institores et qui hec edificant. Et habuerunt gratiam visitatione
facta super eos qui erant captivitatis a domino seniores iudeorum
et non sunt impediti edificare donec significaretur dario
de omnibus istis et responsum acciperent. Exemplum epistole quam
miserunt dario Sisennes subregulus Syrie et phenices et
Satrabozanes et sodales eius in syria et phenice presides.
Regi dario salutem. Omnia nota sint domino regi Quoniam cum
venissemus in regionem iudee et intrassemus in ierusalem invenimus edificantes
domum dei magnam et templum ex lapidibus politis magnis et

preciosis materys in parietibus et opera illa instanter fieri et suffra
gari et prosperari in manibus eorum et in omni gloria cum diligentissime
perfici. Tunc interrogavimus seniores dicentes Quis permittente vobis
edificare domum istam et opera hec fundamenta fieri Tunc interroga
vimus eos ut notum faceremus tibi homines et prepositos et nomina
scriptura prepositorum postulavimus illos Et illi responderunt nobis dicentes
Nos sumus servi domini qui fecit celum et terram et edificabatur
hec domus ante istos annos multos a rege israel magno et
fortissimo et consummata est Et quia patres nostri exacerbantes erant
et peccaverunt in deum israel qui tradidit eos Nabuchodonosor regi
Caldeorum et domum istam destruentes incenderunt et po
pulum captivum duxerunt in Babiloniam Tunc primo anno regnante
Cyro rege Babilonie scripsit Cyrus rex domum hanc edificare
et illa sacra vasa aurea et argentea que extulerat Nabu
chodonozor de domo que est in Jerusalem et consecraverat in suo
templo Rursus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat
in Babilonia et tradita sunt Zorobabel et Salmanazaro
sub regulo et preceptum est eis ut afferrent hec vasa et repo
nerent in templo quod erat in Jerusalem et templum ipsum dei edifi
carent in loco suo Tunc Salamanazarus subiecit fundamenta
domus domini que est in Jerusalem et ex inde usque nunc edificatur
et non accepit consummationem Nunc ergo si iudicatur a nobis o rex
perquiratur in regalibus bibliotecis Cyri regis que sunt
in Babilonia Et si inventum fuerit consilio regis Cyri cepta esse
structura domus domini que est in Jerusalem et iudicabitur a domino
rege nostro scribat de hiis nobis Tunc rex Darius precepit
inquiri in bibliotecis et inventum est in Ecbathanis oppido
quod est in media regione locus unus in quo erant scri
pta ista Anno primo regnante Cyro Rex Cyrus precepit
domum domini que est in Jerusalem edificare ubi incendebatur ig
ne assiduo cuius altitudo sit cubitorum decem latitudo cubitorum
lx quadratam lapidibus politis tribus et meniano ligno
eiusdem regionis et meniano uno novo et impendia dari
de domo Cyri regis Vasa domus domini tam aurea quam ar
gentea que extulerat Nabuchodonozor in domum que est in Jerusalem
ubi erant posita ut ponantur illic Et precepit curam agere
Sisennam subregulum Syrie et Phenicem et Satrabozanam
et sodales eius et qui ordinati erant in Syria et Phenice

procul ut abstineant se ab eodem loco. Et ego quoque precepi in totum
edificari et prospici ut adiuvarent eos qui sunt ex captivitate Iudeorum
donec consummetur templum domus Domini, et ab occupatione tributorum
Syrie Coeles et Phenicis diligenter quantitatem dari his hominibus
ad sacrificium Domini Zorobabel prefecto, et tauros et arietes et
similiter autem et frumentum et sal et vinum et oleum instanter per singulos
annos prout sacerdotes qui sunt in Ierusalem dictaverint consumi co-
tidie sine ulla dilatione ut offerantur libationes Deo summo pro
rege et pueris eius ut orent pro ipsorum vita. Et denunciavit ut
quicumque aliquid transgressi fuerint ex his que scripta sunt aut spe-
reverint accipiatur lignum de suis propriis et suspendatur, et bo-
na ipsorum regi ascribantur. Propterea et Dominus cuius nomen invocatum est
ibi exterminet omnem regem et gentem qui manum suam extendet
prohibere aut malignari domum Domini illam que est in Ierusalem.
Ego Darius decrevi quam diligentissime secundum hec fieri.

Tunc Sisennes subregulus Coelesyrie et IIII
Phenicis et Satrabuzanes et sodales obsecuti
his que a Dario rege decreta erant insistebant
sacris operibus diligentissime cooperantes cum senioribus Iudeorum
principibus. Et prosperata sunt sacra opera prophetantibus Aggeo
et Zacharia prophetis. Et consummaverunt omnia per preceptum
Domini Dei Israel. Et ex consilio Cyri et Darii et Artaxerxis
regum Persarum, et consummata est domus nostra usque ad tertiam et vicesimam
diem mensis Adar sexto anno Darii regis. Et fecerunt filii Israel
et sacerdotes et levite et ceteri qui erant ex captivitate qui appositi
sunt secundum ea que scripta sunt in libro Moysi. Et obtulerunt
in edificatione templi Domini tauros centum arietes ducentos
agnos quadringenta et edos propter universi Israel duodecim numero
tribuum Israel, et steterunt sacerdotes et levite amicti stolis per
tribus et super opera Domini Dei Israel secundum librum Moysi, et ho-
stiarii per singulas ianuas. Et egerunt filii Israel cum his qui
erant ex captivitate illud phase xiiii luna mensis primi, cum
sanctificati sunt sacerdotes et levite, et omnes filii captivitatis non
sunt simul sanctificati, quoniam levite simul sanctificati sunt. Et immo-
laverunt phase universi filiis captivitatis et fratribus suis sacerdotibus
et sibimet ipsis. Et manducaverunt filii Israel qui erant ex captivitate
omnes qui remanserant ab omnibus execrationibus gentium terre querentes

domini. Et celebraverunt diem festum azimorum vii diebus exultantes
in conspectu domini quoniam convertit consilium regis assiriorum in eis con
fortare manus eorum ad opera domini dei israel. Et post hec regnante
arthaxerse persarum rege accessit esdras filius azarie filii
elchie filii Salome filii Saddoc filii achitob filii ameri
filii azael filii botte filii abisue filii phinees filii elea
zar filii aaron primi sacerdotis. hic hesdras descendit de
Babilonia cum esset scriba et ingeniosus in lege moysi que
data est a domino deo israel. Et dedit ei rex gloriam cum invenisset
gratiam in omni dignitate et desiderio in conspectu eius. Et ascen
derunt cum ipso ex filiis israel et sacerdotibus et levitis et sacris
cantoribus templi et hostiariis et servis templi in iherusalem.

VIII Anno vii regnante arthaxerse in v mense hic annus
septimus est regni. Exeuntes enim de babilonia novilunio
v mensis venerunt iherusalem iuxta prosperitatem itineris a domino ipsis. In his enim esdras magnam
disciplinam obtinebat ut nichil pretermitteret eorum que essent
ex lege domini et preceptis edocendo universum israel omnem iusticiam
et iudicium. Accedentes autem qui scribebant scripta arthaxersis
regis tradiderunt scriptum quod obvenerat ab arthaxerse rege ad esdram
sacerdotem et lectorem legis domini cuius exemplum subiectum est. Rex
arthaxerses esdre sacerdoti et lectori legis domini salutem. Huma
nius ego iudicans et ad beneficia precepi eis qui desiderant
ex gente iudeorum sua sponte et ex sacerdotibus et levitis qui sunt
in regno meo comitari tecum in iherusalem. Si qui ergo cupiunt tecum
tecum conveniant et proficiscantur sicut placuit mihi et vii amicis meis
consiliariis ut visitent ea que aguntur secundum iudeam et iherusalem ob
servantes sicut habes in lege domini et ferant munera domino deo
israel que ego vovi et amici iherusalem. et omne aurum et ar
gentum quod inventum fuerit in regione Babilonie domino in iherusalem
cum illo quod donatum pro ipsa gente in templo domini eorum quod est
in iherusalem ut colligant hoc aurum et argentum et ad thauros et
arietes et agnos et edos et que hiis sunt congruentia ut
offerant hostias domino super altare domini ipsorum quod est in iherusalem
et omnia quecumque volueris cum fratribus tuis facere auro et argento

Perfice pro voluntate secundum preceptum domini dei tui Et sacrosancta vasa
que data sunt tibi ad opera domus domini dei tui que est in Ierusalem et
cetera quecumque tibi subvenerint ad opera templi dei tui dabis de
regali gazophilacio Cum volueris cum fratribus tuis facere auro et
argento perfice secundum voluntatem domini Et ego Arthaxersos
precepi custodibus thezaurorum Syrie et Phenicis ut quecumque
scripserit Esdras sacerdos et lector legis domini diligenter dent
ei usque ad argenti talenta c similiter et auri usque ad frumenti
modios c et vini amphoras c et alia quecumque abundant
sine taxatione omnia secundum legem domini fiant deo altissimo
Ne forte consurgat ira in regno regis et filiorum eius Vobis
autem dicitur ut omnibus sacerdotibus et levitis et sacris cantoribus
et servis templi et scribis templi nullum tributum neque ulla
indictio irrogetur Nec habeat quisquam potestatem obicere eis quicquam
Tu autem Esdras secundum sapientiam dei constitue iudices et ar
bitros in tota Syria et Phenice et omnes qui legem dei
tui noverint doce ut quicumque transgressi fuerint legem diligenter
plectantur sive morte sive cruciatu sive cum multatione
pecunie vel abductione Et dixit Esdras scriba Benedictus
dominus patrum nostrorum qui dedit hanc voluntatem in cor regis
clarificare domum suam que est in Ierusalem et me honorificavit
in conspectu regis et consiliatorum et amicorum eius et purpuratorum
eius Et ego constans animo factus sum secundum opitulationem domini
dei mei et congregavi ex Israel viros ut simul ascenderent mecum
Et hii sunt prepositi secundum patrias suas et principatus porciona
les eorum qui mecum ascenderunt de Babilonia in regno Artha
xersis Ex filiis Phares Gersomus Ex filiis Ezemaruth A
menis filiorum David Acthus filius Sechenie Ex filiis Phares Za
chalas et cum eo recensi sunt viri cl Ex filiis ductoris Moabilio
Zarahel Et cum ipso viri ccl Ex filiis Zathuel Iecomas Zeche
oli et cum eo viri ccl Ex filiis Salamasiar Gotholie et cum eo
viri lxx Ex filiis Zaphatie Zarias Michel et cum ipso viri
lxxx Ex filiis Iobiedias Iezeli et cum ipso viri ccxii Ex filiis
Banie Salmoth filius Iosaphie et cum ipso viri clx Ex filiis
Beel Zacharias Bobai et cum ipso viri ccxiii Ex filiis Asath

Johannes achate et cum ipso viri c x. Ex filiis Adonicam qui po-
sterius et hec sunt nomina eorum elyphalam filius gebel et semeas
et cum eo viri lxx. Et congregavi eos ad flumen qui dicitur Thya et
metati sumus illic diebus tribus et recognovi eos. Et ex filiis sacerdotum
et levitarum non inveni illic. Et misi ad eleazarum et ecelom
et masman et emalaban et naaran et samea et Ioribum na-
than et ennagam zachariam et mosollam ipsos ductores et peritos
et dixi eis ut venirent ad luddeum qui erat apud locum gazophi-
lacii et mandavi eis ut dicerent luddeo et fratribus eius et
illis qui erant in gazophilacio ut mitterent nobis eos qui sacerdotio
fungerentur in domo domini dei nostri. Et adduxerunt nobis secundum
manum validam dei nostri viros peritos ex filiis moolli filii levi filii
Israel sebebyam et filios et fratres qui erant xviii. Asebyam et
Annuum ex filiis filiorum chananai et filii eorum viri xx. Et ex hiis
qui in templo serviebant quos dedit David et ipsi principes ad operationem
levitis templo servientium cc. xx. Omnia nomina signata sunt in scrip-
turis. Et vovi illic ieiunium iuvenibus in conspectu domini ut
quererem ab eo iter bonum nobis et qui nobiscum erant ex filiis et
pecoribus propter insidias. Et verebar enim petere a rege pedites
et equites in comitatum tutele gratia contra adversarios nostros. Diximus
enim regi quia virtus dei erit cum eis qui inquirunt eum in omni
affectu. Et iterum deprecati sumus dominum deum nostrum secundum
hec que et propicium habuimus et prosperos facti sumus deo nostro. Et se-
paravi ex plebis prepositis et sacerdotibus templi viros xii. Sedebyam
et azaniam. Et cum eis ex fratribus viros x. Et appendi eis
argentum et aurum et vasa sacerdotalia domus domini dei nostri,
que donaverat rex et consiliarii eius et principes et omnis
Israel. Et cum appendissem tradidi argenti talenta c l. Et va-
sa argentea talentorum c et auri talenta c. et vasorum aureorum
septies xx. et vasa erea de bono eramento splendentia
xii auri speciem reddentia. Et dixi eis. Et vos sancti estis domino
et vasa sunt sancta et aurum et argentum, votum est domino
deo patrum nostrorum. Vigilate et custodite donec tradatis ea
plebis prepositis et sacerdotibus et levitis et principibus civitatum Israel
in Jerusalem in pastoforio domus dei nostri. Et hii qui susceperunt
sacerdotes et levite aurum et argentum et vasa que erant
in Jerusalem intulerunt in templum domini. Et promovimus a flumine
in Jerusalem

Tertia die xii mensis primi usque quo venimus in Hierusalem Et cum facta
fuisset tertius dies, Quarta autem die ponderatum aurum et ar-
gentum traditum est in domo domini dei nostri Marimoth filio Iori
sacerdoti et cum ipso erat Eleazar filius Phinees Et erant
cum ipsis Iosabdus filius Iesu et Medias et Banni filius
levite ad numerum et ad pondus universa Et scriptum est pondus
ipsorum eadem hora Qui autem venerunt ex captivitate obtulerunt sacri-
ficium domino israel Thauros xii pro omni israel arietes lxxxvi
agnos lxxii hircos pro peccato xii et pro salute vaccas xii omnia
in sacrificium domini Et relegerunt precepta regis regalibus dispen-
satoribus et prefectis regulis Coelen Syrie et Phenicis Et hono-
rificaverunt gentem et templum domini Et consummatis hijs accesserunt
ad me prepositi dicentes Non segregaverunt genus israel principes
et sacerdotes et levite et alienigene gentes et nationes
terre immundicias suas et Chananeis et Etheis et Pherezeis
et Iebuzeis et Moabitis et Egipcijs et Ydumeis convene-
runt enim cum filiabus eorum et ipsi et filij eorum Et commixtum est
semen sanctum alienigenis gentibus terre participes erant pre-
positi et magistratus iniquitatibus huius ab inicio regni Et
mox ut audivi ista scidi vestimenta et sacram tunicam et lace-
rans capillos capitis et barbam sedi dolens et mestus
Et tunc venerunt ad me quotquot tunc movebantur in verbo domini
dei israel me lugente super iniquitatem istam et sedebam tristis
usque ad sacrificium vespertinum Et surgens a ieiunio conscissa
habens vestimenta et sacram tunicam ingeniculatus et extendens
manus ad dominum dicebam Domine confusus sum et reveritus
sum ante faciem tuam Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita
nostra et insipientie nostre exaltate sunt usque ad celos Quoniam
a temporibus patrum nostrorum sumus in peccato magno usque ad diem
hunc Et propter peccata nostra et patrum nostrorum traditi sumus cum
fratribus et cum sacerdotibus nostris et regibus terre in gladium
et captivitatem et depredationem cum confusione usque in hodiernum
diem Et nunc quantum est quod contigit nobis misericordia abs te domine
deus derelinque nobis radicem et nomen in loco sanctifi-
cationis tue, detegere luminare nostrum in domo domini dei
nostri / dare nobis escam in tempore servitutis nostre, et cum
serviremus non sumus derelicti a domino deo nostro sed constituit

nos in gratia ponens nobis reges persarum dare cibum et clarificare
templum domini dei nostri et edificare deserta syon dare nobis
stabilitatem in iudea et iherusalem Et nunc quid dicimus domine habentes
hec Transgressi enim sumus tua precepta tua que dedisti in manibus
puerorum tuorum prophetarum dicens Quoniam terra in quam introistis pos-
sidere hereditatem eius terra polluta est coinquinationibus alienigenarum
terre et immundicie eorum repleverunt eam tota immundicia sua
Et nunc filias vestras non coniungetis filiis eorum et filias eorum non
accipietis filiis vestris et non inquiretis pacem habere cum illis omni
tempore ut invalescentes manducetis optima terre et hereditatem
distribuatis filiis vestris usque in evum Et que contingunt nobis omnia
fiunt propter opera nostra maligna et magna peccata nostra Et dedisti
nobis talem radicem Et rursum reversi sumus transgredi legitima
tua ut commisceremur immundicie alienigenarum gentium terre
huius Nonne irasceris nobis perdere nos quoadusque non relinquatur
radix et nomen nostrum domine deus israel verax es Derelicta est
enim radix usque in hodiernum diem Ecce nunc sumus in conspectu
tuo in iniquitatibus nostris Non est enim adhuc stare ante hec Et
cum adorans confiteretur esdras flens humi prostratus ante templum
congregati sunt ad eum ab iherusalem turba magna valde viri
et mulieres et iuvenes et iuvencule fletus enim erat ma-
gnus in ipsa multitudine Et cum clamasset Iechonias iheheli
ex filiis israel Dixit Esdras Nos in dominum peccavimus et colloca-
vimus nobis in matrimonio mulieres alienigenas ex gentibus terre
Et nunc est super omnem israel In his ergo sit iusiurandum a domino
expellere omnes uxores nostras que ex alienigenis sunt cum filiis
earum sicut tibi decretum est a maioribus secundum legem domini
Exurgens applica ad te enim spectat hoc negocium et nos tecum
sumus viriliter fac Exurgens esdras adiuravit principes sacerdotum
et levitas et omnem israel facere secundum omnia hec Et iuraverunt Et
exurgens esdras ante atrium templi abiit in pastoforium Iona-
the filii nasabi et hospitatus illic non gustavit panem neque
aquam bibit super iniquitates multitudinis Et facta est predicatio in
omni Iudea et iherusalem omnibus qui erant ex captivitate congregari in ie-
rusalem Et quicumque non occurrerit biduo vel triduo die secundum
iudicatum assidentium seniorum tollentur facultates sue et ipse
alienus iudicabitur a multitudine captivitatis Et congregati sunt

omnes qui erant de tribu iuda et beniamin in tribus diebus in ihe
rusalem hic mensis est nonus xx dies mensis Et sedit omnis multi
tudo in area templi trementes propter hyemem presentem et
Exurgens hesdras dixit illis Vos inique fecistis col IX
locando vobis in matrimonium uxores alienigenas
ut adderetis ad peccata israel et nunc date confessionem et ma
gnificenciam deo domino patrum nostrorum et facite voluntatem ipsius
et discedite a gentibus terre et ab uxoribus alienigenis Et cla
mavit omnis multitudo et dixerunt voce magna Sicut di
xisti faciemus Sed multitudo magna est et tempus hybernum
et non possumus in subdiali stare et hoc opus non est nobis
unius diei neque bidui amplius in his peccavimus Stent prepositi
multitudinis et omnes qui nobiscum inhabitant Et quotquot habent
apud se uxores alienigenas et assistant accepto tempore omni
loco presbyteri et iudices quousque solvant iram domini negocii
huius Ionathas autem filius ezeli et ozias thecani susceperunt
secundum hec et bozoramus et levis et sabbatheus simul cooptati sunt
cum illis et steterunt secundum hec omnia omnes qui erant ex captivitate
Et elegit sibi viros esdras sacerdos principes magnos de patribus
eorum secundum nomina Et consederunt in neomenia mensis decimi ex
aminare negocium huius et determinatum est de viris qui habebant
alienigenas usque ad neomeniam primi mensis Et inventi sunt
ex sacerdotibus permixti qui habebant alienigenas uxores ex filiis
iesu filii iosedech et fratribus eius maseas et eleazarus et ioribus
et ioadeus et iniecerunt manus ut expellerent uxores suas
et ad litandum in exoratione arietem pro ignorancia sua Et ex
filiis semeri maseas esez et iohebeth azarias Et ex fi
liis phosore limosias hismeems et nathanee iussio
redeus et talsas Et ex levitis iosabeus et semeis et colli
us et callias et phacteas et colnas et elionas Et ex sacris
cantoribus eliasub sachur Et ex ostiariis salimus et tolbanes
Et ex israel ex filiis fozos et remias et iezias et melchi
as et michelus et eleazarus et iemebias et bannas Et ex
filiis iolamam chanias et zacharias iezrelus et iobdius
et ierimoth et elias Et ex filiis zathoim eliadas eliasi
mus et othias et iarimoth et zabdis et thebedias

Et ex filiis bobei johannes et amanias et zabdias et emiris
Et ex filiis banni elamnus et malluchus et yeddeus et ya
sub et assabus et yerimoth Et ex filiis addin maathus et
moosias et talema et manas et basias et mathanias et
bezeel et bonus et manasses Et ex filiis huae nomar et
asseas melchias et sameas et symon beniamin et mal
thus et marras Et ex filiis azom carraneus mathanias
et bang et eliphelath et manasses et semei Et ex filiis
banni yemias et moodias et abirammis et iohel et ba
neas et polias et ionas et marimoth et elyasib et ma
thaneus et elyasib et ozias et dulius samedius zam
breis et yozepha Et ex filiis nobe ydelus et mathanias
et sabadus et sethedda sedim et yessa baneas Omnes isti
coniunxerant sibi uxores alienigenas et dimiserunt eas cum
filiis Et habitaverunt sacerdotes et levite et qui erant ex israel
in iherusalem et in tota regione prima novilunio mensis septimi
et erant filii israel in commorationibus suis Et congregata est omnis
multitudo simul in aream que est ante porticum porte sacre Et di
xerunt esdre pontifici ut afferret legem moysi que tradita
est a domino deo israel Et attulit esdras pontifex legem domini multi
tudini eorum a viro usque ad mulierem et omnibus sacerdotibus audire
legem novilunio mensis septimi Et legebant in area que est
ante sacram portam templi a prima luce usque ad vesperam coram
viris et mulieribus et dederunt omnes sensum ad legem Et stetit
esdras sacerdos et lector legis super ligneum tribunalis quod fab
ricatum erat et steterunt ad eum mathanias et samus et ana
nias azarias urias ezechias balsamus ad dexteram et ad
sinistram phaldeus misael malachias abusthas sabus na
badias et zacharias Et assumpsit esdras librum coram omni
multitudine presidebat enim in gloria in conspectu omnium Et cum
absolvisset omnes recti steterunt Et benedixit esdras dominum
altissimum deum sabbaoth omnipotentem Et respondit omnis populus
amen Et levantes sursum manibus procidentes adoraverunt
in terram dominum Iesus et bananeus et saradias et yadinus
et accubus et sabbatheus et calites et azarias et yorady
et ananias et philias levite qui docebant legem domini
et in multitudine legebant legem domini Et preferebat

singulos eos qui intelligebant lectionem. Et dixit Attharates
Esdre pontifici et lectori et levitis qui docebant multitudinem
dicens: Dies hic sanctus est domino. Et omnes flebant cum audi-
ssent legem. Digressi ergo manducate pinguissima queque
et bibite dulcia queque et mittite munera hiis qui non habent.
Sanctus enim est hic dies domini. Et nolite mesti esse. Dominus
enim clarificabit vos. Et levite denuntiabant in publico dicen-
tes: Dies hic sanctus est. Nolite mesti esse. Et abierunt
omnes manducare et bibere et epulari et dare munera hiis
qui non habebant ut epularentur. Magnifice enim sunt exal-
tati verbis quibus edocti sunt. Et congregati sunt universi
in Iherusalem celebrare letitiam secundum testamentum domini dei Israel.

Incipit prologus in libro Thobie

Chromatio et Heliodoro episcopis
Hieronimus presbiter in domino salutem.
Mirari non desino exactionis vestre insta-
ntiam. Exigitis enim ut librum chaldeo sermone
conscriptum ad latinum stilum traham, librum
utique Thobie quem Hebrei de catalogo
divinarum scripturarum secantes hiis que
agiographa nominantur memorarunt. Feci satis desiderio vestro,
non tamen studio meo. Arguunt enim nos Hebreorum studia et
imputant nobis contra suum canonem latinis auribus transferre.
Sed melius esse iudicans Phariseorum displicere iudicio displi-
cere iudicio. Et episcoporum iussionibus deservire institi ut potui.
Et quia vicina est Chaldeorum lingua sermoni hebraico, ve-
triusque lingue peritissimum loquacem reperiens unius diei laborem
arripui. Et quicquid ille mihi hebraicis verbis expressit,
hoc ego accito notario sermonibus latinis exposui. Et orationibus
vestris mercedem huius operis recompensabo cum gratum vobis
dico me quod iubere estis dignati complesse.

Incipit liber Thobie

Thobias ex tribu et civitate Neptalim que
est in superioribus partibus Galilee super Naason
post viam que ducit ad occidentem in sini-
stro habens civitatem Sephet, cum captus
esset in diebus Salmanazar regis
Assyriorum in captivitate tamen positus

viam veritatis non deseruit ita ut omnia que habere poterat
quotidie captivis et fratribus qui erant ex genere suo impertiret
Cumque esset iunior omnibus in tribu Neptalim nichil tamen
puerile gessit in opere Denique cum irent omnes ad vitulos
aureos quos Jeroboam fecit rex Israel hic solus fugiebat
consortia omnium Et pergebat in Jerusalem in templum domini et ibi ado-
rabat dominum deum Israel omnia primitiva sua et decimas fideliter
offerens Ita ut in tercio anno proselitis et advenis ministraret
omnem decimationem Hec et hiis similia secundum legem dei celi puer-
ulus observabat Cum vero factus fuisset vir accepit uxorem
Annam de tribu sua genuitque ex ea filium nomen suum im-
ponens ei quem ab infancia sua timere deum docuit et ab-
stinere ab omni peccato Igitur cum per captivitatem devenisset cum uxore
sua et filio in civitatem Ninive cum omni tribu sua et
omnes ederent ex cibis gentilium iste custodivit animam suam
et nunquam contaminatus est in escis eorum Et quia memor
fuit domini in toto corde suo dedit illi deus graciam in con-
spectu Salmanazar regis Et dedit illi potestatem quocumque
vellet ire habens libertatem quecumque facere voluisset pergebat
ergo per omnes qui erant in captivitate et monita salutis
dabat eis Cum autem pervenisset in Rages civitatem medorum
Et ex hiis quibus honoratus fuerat a rege habuisset decem
talenta argenti et cum in multa turba generis sui Gabe-
lum egentem videret qui erat ex tribu eius sub cyrogra-
pho dedit ei memoratum pondus argenti Post multum vero
temporis mortuo Salmanazar rege cum regnaret Senna-
cherib filius eius pro eo et filios Israel exosos haberet
in conspectu suo Thobias quotidie pergens per omnem cognationem
suam consolabatur eos dividebatque unicuique prout pote-
rat de facultatibus suis Esurientes alebat Nudis vesti-
menta prebebat Mortuis ac occisis sepulturam sollicitus exhi-
bebat Denique cum reversus esset rex Sennacherib fugiens
a Judea plagam quam circa eum fecerat deus propter blasfemiam suam
et iratus multos occideret ex filiis Israel Tobias sepeliebat
corpora eorum At ubi nunciatum est regi iussit eum occidi
et tulit omnem substanciam eius Thobias vero cum filio

suo, et cum uxore sua fugiens nudus latuit quia multi
diligebant eum. Post dies vero xlv occiderunt regem filii eius
ipsius. Et reversus est Thobias in domum suam omnisque substan-
Post hec vero cum esset dies ¶ sua restituta est ei II
festus domini et factum esset prandium bonum in
Thobie domo. dixit filio suo Vade et adduc
aliquos de tribu nostra timentes deum et epulentur
nobiscum. Cumque abysset, nunciavit ei unum ex filiis
Israel iugulatum in platea iacere. Statimque exiliens de accu-
bitu suo relinquens prandium ieiunus pervenit ad corpus
Tollensque illud portavit ad domum suam occulte ut dum
sol occubuisset caute sepeliret eum. Cumque occultasset illud
~~sermonem quod dixit~~ corpus manducavit panem cum luctu
et tremore memorans illud sermonem quod dixit dominus per Amos
Amos prophetam. Dies festi vestri convertentur in luctum et la-
mentationem. Cum vero sol occubuisset abiit et sepelivit eum
arguebant eum cum omnes proximi sui dicentes. Iam hu-
ius rei causa iussus interfici es. Et vix effugisti mortis
imperium et iterum sepelis mortuos. Sed Thobias plus
timens deum quam regem rapiebat corpora occisorum et occul-
tabat in domo sua et in mediis noctibus sepeliebat
ea. Contigit autem ut quadam die fatigatus a sepultura veniens
domum iactasset se iuxta parietem et obdormisset. Et ex nido
hyrundinum dormienti illi calida stercora inciderent super
oculos suos fieretque cecus. Hanc autem temptationem ideo permisit
dominus evenire illi ut posteris daretur exemplum pacientie
eius sicut et sancti Iob. Nam cum semper ab infancia sua
timuerit deum et mandata eius custodierit, et non est contris-
tatus contra deum, quod plaga cecitatis evenerit ei, sed immobilis
in dei timore permansit gratias agens deo omnibus diebus
vite sue. Nam sicut beato Iob insultabant reges. Ita isti
parentes et cognati eius irridebant vitam eius, dicentes
Ubi est spes tua pro qua elemosinas et sepulturas faciebas
Thobias vero increpabat eos dicens. Nolite ita loqui quia
filii sanctorum sumus et vitam illam quam deus daturus est hiis

quia fidem suam iniquam mutaret ab eo. Anna vero uxor eius ibat
ad textrinum opus quottidie et de labore manuum suarum
victum quem consequi poterat deferebat. Unde factum est ut
edulum caprarum accipiens detulisset domum cuius cum vocem balantis
vir eius audisset dixit videte ne forte furtivus sit sed reddite
eum dominis suis quia non licet nobis edere de furto aliquid
aut contingere. Ad hec uxor eius irata respondit Manifeste vana
facta est spes tua. et elemosine tue modo apparuerunt. Atque hiis
et aliis huiuscemodi verbis exprobrabat eum.

III Tunc Thobyas ingemuit et cepit orare cum lacrimis
dicens. Iustus es domine. et omnia iudicia tua iusta
sunt et omnes vie tue misericordia et veritas et iudicium
Et nunc domine memento mei ne vindictam sumas de peccatis meis
Neque reminiscaris delicta mea vel parentum meorum. Quoniam
non obedivimus preceptis tuis. et traditi sumus in direptionem
et captivitatem et mortem et in fabulam et in improperium omnibus
nationibus in quibus dispersisti nos. Et nunc domine magna iudi-
cia tua quia non egimus secundum precepta tua et non ambulavimus
sinceriter coram te. Et nunc domine deus secundum voluntatem tuam fac
mecum misericordiam et precipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim
mihi mori magis quam vivere. Eadem itaque die contigit ut
Sara filia Raguelis in Rages civitate Medorum et ipsa audi-
ret improperium ab una ex ancillis patris sui. quoniam tradita fu-
erat septem viris et demonium nomine Asmodeus occiderat eos
mox ut ingressi fuissent ad eam. Ergo cum pro culpa sua incre-
paret puellam respondit ei dicens. Amodo ex te non videamus
filium aut puellam filiam super terram interfectrix virorum tuorum
Numquid et occidere me vis sicut et occidisti vii viros. Ad hanc
vocem perrexit ad superius cubiculum domus sue et
tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit
Sed in oratione persistens cum lacrimis deprecabatur deum ut ab
isto improperio liberaret eam. Factum est autem die tercia dum
compleret orationem benedicens dominum dixit Benedictum est
nomen tuum domine deus patrum nostrorum qui cum iratus fueris
misericordiam facies. et in tempore tribulacionis peccata dimittis hiis qui
invocant te. Ad te domine faciem meam converto. ad te oculos

meos ergo peto domine ut de vinculo improperii huius absol
vas me aut certe desuper terram eripies me. Tu scis domine
quia numquam concupivi virum et mundam servavi animam meam ab omni
concupiscentia. Numquam cum ludentibus miscui me neque cum hiis
qui in levitate ambulant participem me prebui. Virum autem cum
timore tuo non cum libidine mea consensi suscipere. Et aut e
go indigna fui illis aut illi forsan michi non fuerunt
digni. Quia forsitan viro alii servasti me. Non est enim
in hominis potestate consilium tuum. Hoc autem habet pro certo omnis
qui colit te quod vita eius si in probatione fuerit coro
nabitur. Si autem in tribulatione fuerit liberabitur. Et si in cor
reptione fuit ad misericordiam tuam licebit venire. Quia post tempestatem
tranquillum facis et post lacrimationem et fletum exultationem infundis.
Sit nomen tuum deus israel benedictum in secula. In illo tempore
exaudite sunt preces amborum in conspectu glorie summi dei.
Et missus est angelus domini sanctus Raphael ut cura
ret eos ambos quorum uno tempore sunt orationes in conspectu domini
recitate

IIII

Igitur cum Thobyas putaret suam orationem
exaudiri ut mori potuisset vocavit ad se Thobyam
filium suum dixitque ei Audi fili mi verba oris mei
et ea in corde tuo quasi fundamenta construe. Cum acceperit
deus animam meam corpus meum sepeli et honorem
habebis matri tue omnibus diebus vite tue. Memor enim esse
debes que et quanta sit passa pericula propter te in utero
suo. Cum autem et ipsa compleverit tempus vite sue sepe
lies eam circa me. Omnibus enim diebus vite tue in mente
habeto deum et cave ne aliquando peccato consencias et pretermittas
precepta dei mei. Ex substancia tua fac elemosinam et
noli autem faciem tuam avertere ab ullo paupere. Ita enim fiat
ut nec a te avertetur facies domini. Quomodo potueris ita
esto misericors. Si multum tibi fuerit habundanter tribue. Si
exiguum tibi fuerit hoc ipsum etiam exiguum libenter imper
tiri stude. Premium enim bonum tibi thezaurizas in die
necessitatis. Quoniam elemosina ab omni peccato et a morte liberat
et non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna
erit coram summo deo elemosina omnibus facientibus eam

Attende tibi fili mi ab omni fornicatione et preter uxorem tuam
numquam patiaris crimen scire Superbiam numquam in tuo sensu
aut in tuo verbo dominari permittas in ipsa enim initium sumpsit
omnis perditio Quicumque tibi operatus aliquid fuerit statim mercedem
eius ei restitue et mercenarii tui merces apud te omnino non
remaneat Quod ab alio oderis fieri tibi vide ne aliquando
alteri facias Panem tuum cum esurientibus et egenis comede et de
vestimentis tuis nudos tege Panem tuum et vinum tuum super sepul-
turam iusti constitue et noli ex eo manducare et bibere cum
peccatoribus Consilium semper a sapiente perquire Omni tempore
benedic deum et pete ab eo ut vias tuas dirigat et omnia
consilia tua in ipso permaneant Indico etiam tibi fili mi
dedisse me x talenta argenti dum adhuc infantulus esses
Gabelo in Rages civitate Medorum et chirographum eius apud
me habeo Et ideo perquire quomodo ad eum pervenias et recipias
ab eo supra memoratum pondus argenti et restitues ei chiro-
graphum suum Noli timere fili mi pauperem quidem vitam gerimus
sed multa bona habebimus si timuerimus deum et recesserimus
Tunc Respondit ab omni peccato et fecerimus bene
V Thobyas patri suo Et dixit Omnia que precepisti
michi pater faciam Quomodo autem pecuniam inquiram ignoro
Ille me nescit et ego illum ignoro Quod signum dabo ei Sed
neque viam per quam pergatur illuc aliquando cognovi Et pater
suus respondit illi et dixit Chirographum quidem illius apud
me habeo quod dum illi ostenderis statim restituet pecuniam Sed
perge nunc et inquire tibi aliquem virum fidelem qui eat tecum sal-
va mercede sua dum adhuc vivo ut recipias eam Tunc egressus
Thobyas invenit iuvenem stantem splendidum precinctum et quasi
paratum ad ambulandum et ignorans quod angelus dei esset Sa-
lutavit eum et dixit Unde te habemus bone iuvenis Et ille
respondit Ex filiis Israel Dixit ei Nosti viam que ducit in re-
gionem Medorum Cui respondit Novi et omnia itinera eius fre-
quenter ambulavi Et mansi apud Gabelum fratrem nostrum
qui moratur in Rages civitate Medorum que posita est in monte
Ecbathanis Cui Thobyas ait Sustine me obsecro donec hec
ipsa denunciem patri meo Tunc que admiratus pater rogat
ut introiret ad eum Ingressus itaque salutavit eum et dixit
Gaudium tibi semper sit Et Thobyas ait Quale gaudium
michi erit qui in tenebris sedeo et lumen celi non video

Cui ait iuvenis forti animo esto / in proximo est ut a domi
no cureris. Dixit itaque illi Thobias Numquid poteris perducere
filium meum ad gabelum in rages civitatem medorum. et cum redieris
restituam tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus Ego ducam
et reducam eum sanum ad te. Cui respondit Thobias Rogo te indica
michi de qua domo aut de qua tribu es tu. Cui Raphael
angelus dixit Genus queris mercenarii an ipsum mercenarium
qui cum filio tuo eat. Sed ne forte sollicitum te reddam Ego
sum azarias anamie magni filius. Et Thobias respondit
ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris quia voluerim
cognoscere genus tuum. Dixit illi angelus Ego sanum ducam et
sanum tibi reducam filium tuum. Respondens autem Thobyas ait Bene
ambuletis et sit dominus in itinere vestro et angelus eius comitetur
vobiscum. Tunc paratis omnibus que erant necessaria in via portanda
fecit Thobias vale patri suo et matri sue et ambulaverunt
ambo simul. Cumque profecti essent. cepit flere mater sua et dicere
Baculum senectutis nostre tulisti et transmisisti a nobis. Numquam
fuisset ipsa pecunia pro qua misisti eum. sufficiebat nobis
paupertas nostra. et divicias computabamus hoc quod filium nostrum
videbamus. Dixitque ei Thobyas Noli flere salvus perveniet
filius noster et salvus revertetur ad nos. et oculi tui videbunt
ipsum. Credo enim quod angelus dei bonus comitetur ei et bene
disponet omnia que circa eum geruntur. ita ut cum gaudio re
vertatur ad nos. Ad hanc vocem cessavit mater eius flere

VI

Profectus est autem Thobyas et canis secutus Et tamen
est eum et mansit prima mansione iuxta fluvium
tygris et exivit ut lavaret pedes suos. Et ecce
piscis immanis exivit ad devorandum eum / quem expavescens
Thobyas exclamavit voce voce magna dicens Domine inva
dit me. Et dixit angelus apprehende branchiam eius et trahe
eum ad te. Quod cum fecisset attraxit eum in siccum et palpitare
cepit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus Exentera hunc
piscem et cor eius et fel et iecur repone tibi. Sunt
enim hec necessaria ad medicamenta utiliter. Quod cum fecisset
assavit carnes eius et secum sustulerunt in via cetera sa
lierunt que sufficerent eis in via quousque pervenirent
ad Rages civitatem medorum. Tunc interrogavit Thobias
angelum et dixit ei Obsecro te frater azaria ut dicas michi

Quod remedium habebunt ista que de pisce fuare iussisti Respondens
quod angelus dixit ei Cordis eius particulam si super carbones
ponas fumus eius extricat omne genus demoniorum sive a viro
sive a muliere ita ut non accedant ultra ad eos et fel valet ad
ungendos oculos in quibus fuit albugo et sanabuntur Et dixit
ei Thobias ubi vis ut maneamus Respondens autem angelus dixit Est
hic Raguel vir propinquus de tribu tua et hic habet filiam nomine Saram
sed neque masculum neque feminam ullam aliam habet preter eam tibi
debetur omnis substantia eius ~~et dabit tibi eam~~ accipe uxorem pete
ergo eam a patre eius et dabit eam tibi uxorem Tunc respondit
Thobias et dixit Audivi quod tradita est viris septem et mortui
sunt sed et hoc audivi quod demonium occidit eos Timeo ergo ne
forte mihi hec eveniant Et cum unicus sim parentibus meis de-
ponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos Tunc angelus Rapha-
el dixit ei Audi me et ostendam tibi qui sunt quibus prevalere
demonium in eos qui coniugia ita suscipiunt ut deum a se et
a mente sua excludant Et sue libidini ita vacant sicut
equus et mulus quibus non est intellectus habet super eos potestatem
demonium Tu autem cum acceperis eam ingressus cubiculum per
tres dies continens esto ab ea et nec aliud nisi orationibus
vacabis cum ea Ipsa autem nocte incensio iecoris piscis fugabitur
demonium Secunda vero nocte in copulatione sanctorum patriarcharum
admitteris Tertia vero nocte benedictionem consequeris ut filii
ex vobis generentur incolumes Transacta autem nocte tertia accipies
virginem cum timore domini et amore filiorum magis quam libidinis
ductus ut in semine Abrahe benedictionem consequaris

VII Ingressi sunt autem ad Raguelem et suscepit eos Raguel cum
gaudio Intuensque Thobiam Raguel dixit Anne uxori
sue Quam similis est iuvenis iste consobrino meo Et cum
hec dixisset ait Unde estis iuvenes fratres mei At illi dixerunt
Ex tribu Neptalim sumus ex captivitate Ninive Dixit illis Ra-
guel Nostis Tobiam fratrem meum Quem dixerunt Novimus
Cumque multa bona loqueretur de eo Dixit angelus ad Raguelem
Thobias de quo interrogas pater huius est Et misit se Raguel
et cum lacrimis osculatus eum est Et plorans super collum eius
dixit Benedictio sit tibi fili mi quia boni et optimi viri es
filius Et Anna uxor eius et Sara filia ipsorum lacrimate sunt
Postquam autem locuti sunt precepit Raguel occidi arietem et

Parari prandium. Cumque hortaretur eos discumbere ad prandium thobi-
as ait Hic ego hodie non manducabo neque bibam nisi
prius confirmes et promittes michi dare Saram filiam tuam Quo
audito verbo raguel expavit sciens quid evenerit illis vii
viris et timere cepit ne forte huic similiter accideret Et cum
nutaret et non daret petenti ullum responsum Dixit ei angelus
Noli timere dare eam isti quoniam huic timenti deum debetur
coniunx filia tua propterea alius non potuit habere eam illam Tunc
dixit Raguel Non dubito quod deus lacrimas et preces me-
as in conspectu suo admiserit Et credo quoniam fecit vos ideo
dominus venire ad me ut ista coniungeretur cognacioni sue
secundum legem moysi Et nunc nolite dubium gerere quod eam
tibi tradam Et apprehendens dexteram filie sue dextere
Thobye tradidit dicens Deus abraham et deus ysaac et
deus Jacob sit vobiscum et ipse coniungat vos impleatque
benedictionem suam in vobis Et accepta carta fecerunt
conscriptionem coniugii Et post hec epulati sunt benedicentes
deum Vocavitque Raguel ad se annam uxorem suam et
precepit ei ut prepararet ei alterum cubiculum et introduxit
in eum saram filiam suam et lacrimata est Dixitque ei Forti
animo esto filia Dominus celi det tibi gaudium pro tedio quod
perpessa es Postquam vero cenaverunt introduxerunt iuvenem ad eam

Recordatus itaque Thobias sermonum angeli protulit VIII
de cassidili suo partem iecoris et posuit eam super
carbones vivos Tunc Raphael angelus apprehen-
dit demonium et religavit eum in deserto superioris
egipti Tunc hortatus est virginem thobyas dixitque ei Sara
surge et deprecemur hodie deum et cras et secundum cras quia
his tribus noctibus iungimur deo Tercia autem transacta nocte
in nostro erimus coniugio Filii quippe sanctorum sumus et non possumus
ego et tu iungi sicut et gentes que ignorant deum Surgen-
tes autem pariter instanter orabant ambo simul ut sanitas da-
retur eis Dixitque Thobyas Domine deus patrum nostrorum bene-
dicant te celi et terra mare et fontes et flumina et omnis
creatura tua que in eis est Tu fecisti adam de limo terre de-
disti que ei adiutorium evam Et nunc domine tu scis quia non luxu-
rie causa accipio sororem meam sed sola posteritatis dilectione

in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum. Dixit quoque: Itaque Sara
miserere nobis domine miserere nobis et consenescamus ambo
pariter sani. Et factum est circa pullorum cantum accersiri iussit Ra-
guel servos suos et abierunt cum eo ut foderent sepulcrum. Timebat
enim ne similiter evenire ei quod et ceteris aliis viris qui ingressi sunt
ad eam. Cumque parassent fossam. Reversus Raguel ad uxorem suam
dixit ei: Mitte unam ex ancillis tuis ut videat si mortuus est
et sepeliam eum antequam illucescat. Et misit unam ex ancillis su-
is. Que ingressa cubiculum reperit eos salvos et incolumes secum
pariter dormientes. Et reversa nuntiavit bonum nuntium. Et benedixerunt
Raguel videlicet et Anna uxor eius deum et dixerunt: Benedicimus
te deus Israel quia non contigit nobis quemadmodum putabamus.
Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam. Et exclusisti a nobis per-
sequentem nos inimicum. Misertus autem duobus unicis. Fac eos domine in bene-
dicere te plenius et sacrificium laudis tue tibi et sue sanitatis
offerre ut cognoscat universitas gentium quia tu es deus solus
in universa terra. Statimque precepit servis suis Raguel ut re-
plerent terra fossam quam fecerant priusquam illucesceret. Uxori autem
sue dixit ut instrueret convivium et pararet omnia que in cibos
erant iter agentibus necessaria. Duas quoque pingues vaccas et quattuor
arietes occidi fecit et parari epulas omnibus vicinis suis. Et
adiuravit Raguel Thobiam ut duas ebdomadas moraretur
apud eum. De omnibus autem que possidebat Raguel dedit dimi-
diam partem Thobie et fecit hanc scripturam ut pars dimidia
que supererat post obitum eorum Thobie dominio deveniret.

IX

Tunc vocavit ad se Thobyas angelum quem quidem hominem
estimabat. dixitque ei: Azaria frater peto ut auscultes
verba mea. Si me ipsum tradam tibi servum non ero
condignus providentie tue. Tamen obsecro te ut assumas tecum animalia
sive servitia et vadas ad Gabelum in Rages civitatem medorum
reddasque ei cyrographum suum et recipias ab eo pecuniam. Rogesque
eum ut veniret ad nuptias meas. Scis enim ipse quia numerat
dies pater meus. et si tardavero una die plus contristabitur
anima eius. Et certe vides quomodo Raguel coniuravit me cuius
adiuramentum spernere non possum. Tunc Raphael assumens
iiiior ex servis Raguelis et duos camelos in Rages civitate
medorum perrexit et invenit Gabelum. deditque ei cyrographum
suum. et recepit ab eo omnem pecuniam. Indicavitque ei de Thobia

filio Thobie omnia que gesta sunt fecit eum cum secum veniret ad nu-
ptias. Cumque ingressus esset domum raguelis invenit thobiam
discumbentem et exiliens osculati sunt adinvicem et flevit
Gabelus Benedixitque deum et dixit Benedicat te dominus
deus israhel quia filius es optimi viri et iusti et timentis
deum et elemosinas facientis et dicatur benedictio super uxorem
tuam, et super parentes vestros, et videatis filios vestros et filios
filiorum vestrorum usque in tertiam et quartam generationem et sit semen
vestrum benedictum a deo israhel qui regnat in secula seculorum Cumque
omnes dixissent amen accesserunt ad convivium sed et cum timore
domini nuptiarum convivium exercebant ::

Cum vero moras faceret Thobias causa nuptiarum sollicitus
erat pater eius Thobyas dicens putas quare moratur
filius meus. aut quare detentus est ibi, putas ne
Gabelus mortuus est et nemo illi reddat pecuniam Cepit at
contristari nimis ipse et Anna uxor eius cum eo, et ceperunt
ambo simul flere, eo quod die statuto minime reverteretur filius eorum
ad eos. flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrimis atque
dicebat Heu me fili mi. ut quid te misimus peregrinari lumen
oculorum nostrorum baculum senectutis nostre. solacium vite. spem
posteritatis nostre, omnia simul in te uno habentes. te non de-
buimus dimittere a nobis Cui dicebat thobyas Tace et
noli turbari. sanus est filius noster satis fidelis est vir cum
quo misimus eum Illa autem nullo modo consolari poterat
Sed cotidie exiliens circumspiciebat et circuibat vias omnes per
quas spes remeandi videbatur. ut procul videret eum si fieri
posset venientem At vero raguel dicebat ad generum suum
Mane hic et ego mittam nuncios salutis de te ad tobyam
patrem tuum Cui thobias dixit Ego novi quia pater meus
et mater mea numerant dies et cruciatur spiritus eorum in
ipsis Cumque verbis multis rogaret thobiam raguel, et ille
eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram et
dimidiam partem substantie omnis in pueris et puellis in pecudibus
et camelis in vaccis et pecunia multa Et salvum atque gau-
dentem dimisit eum a se dicens Angelus domini sanctus sit in iti-
nere vestro perducat vos incolumes Et inveniatis omnia recta

cta parentes viros et videant oculi mei filios tuos priusquam
moriar Et apprehendentes eam dimiserunt honorare soceros
diligere maritum regere familiam gubernare domum et seipsam
XI Cumque reverterentur ad Carram irreprehensibilem exhibere
que est in medio itineris contra Niniven xi die Dixitque
angelus Thobyas frater scis quemadmodum patrem tuum
Si placet itaque tibi precedamus et lento gradu sequantur iter no-
strum familie simul cum coniuge tua et cum animalibus Cumque hoc
placuisset ut irent Dixit Raphael ad Thobyam Tolle tecum
ex felle piscis erit enim necessarium Tulit itaque Thobias ex felle
illo et abierunt Anna autem sedebat secus viam cotidie in
supercilio montis unde respicere poterat de longinquo et dum ex eodem
loco specularetur adventum eius Vidit a longe et illico
cognovit filium suum venientem Currensque nuntiavit viro suo
dicens Ecce venit filius tuus Dixit Raphael ad Thobiam
At ubi introieris domum tuam statim adora dominum deum tuum
et gratias agens ei accede ad patrem tuum et osculare eum Statimque
lini super oculos eius ex felle isto piscis quod portas tecum
Scias enim quoniam mox aperientur oculi eius et videbit pater
tuus lumen celi et in aspectu tuo gaudebit Tunc precucurrit
canis qui simul fuerat in via et quasi nuntius blandimento sue
caude gaudebat et consurgens cecus pater cepit offendens
pedibus currere et data manu puero occurrit obviam filio
suo et suscipiens osculatus est eum cum uxore sua et ceperunt
ambo flere cum gaudio Cumque adorassent deum et gratias
egissent consederunt Tunc sumens Thobias de felle piscis
linivit oculos patris sui Et sustinuit quasi dimidiam fere ho-
ram et cepit albugo ex oculis eius quasi membrana ovi egredi
Quam apprehendens Thobyas traxit ab oculis eius statimque visum
recepit Et glorificabant ipse videlicet et uxor eius et omnes qui sciebant
Dicebatque Thobyas Benedico te deus Israel quia tu castigasti
me et tu salvasti me Ecce video Thobyam filium meum In-
gressa est etiam post vii dies Sara uxor filii eius et omnis fami-
lie et pecora sana et cameli et pecunia magna nimis uxoris
Sed et alia pecunia quam receperat a Gabelo et narravit parentibus

sius omnia beneficia dei que fecisset circa eum per hominem qui eum
duxerat. Venerunt Achior et Nabath consobrini Thobye
gaudentes ad Thobyam congratulantes et de omnibus bonis que
circa illum ostenderat deus et vii dies epulantes cum gaudio
Tunc vocavit ad se Thobyas magno gavisi sunt
filium suum. Dixitque ei Quid possumus dare viro isti
sancto qui tecum venit. Respondensque Thobyas patri XII
suo Pater quam mercedem dabimus ei aut quid dignum poterit esse
beneficiis eius. me duxit et reduxit sanum. pecuniam
ipse a Gabelo suscepit uxorem ipse me habere fecit et de
monium ab ea ipse compescuit Gaudium parentibus eius
fecit meipsum a devoratione piscis eripuit Te quoque vide
re lumen celi fecit Et bonis omnibus per eum repleti sumus Quid
illi ad hec dignum poterimus dare Sed peto te pater mi ut ro
ges eum si forte dignabitur medietatem de omnibus que
allata sunt sibi assumere Et vocantes eum pater scilicet et fi
lius tulerunt eum in partem et rogare eum ceperunt ut di
gnaretur dimidiam partem omnium que tulerant acceptam
habere Tunc dixit eis occulte Benedicite deum celi et coram
omnibus viventibus confitemini illi quia fecit vobiscum misericordiam
suam Etenim sacramentum regis abscondere bonum est opera
autem dei revelare et confiteri honorificum est Bona est oratio
cum ieiunio et elemosina magis quam thezauros auri condere
Quia elemosina a morte liberat et ipsa est que purgat
peccata et facit invenire vitam eternam Qui autem faciunt
peccatum et iniquitatem hostes sunt anime sue Manifesto ergo vobis
veritatem et non abscondam a vobis occultum sermonem Quando orabas
cum lacrimis et sepeliebas mortuos et derelinquebas pran
dium tuum et mortuos per diem abscondebas in domo tua
et in nocte sepeliebas Ego obtuli orationem tuam domino Et quia
acceptus eras deo necesse fuit ut temptatio probaret te Et nunc
misit me dominus ut curarem te et Saram uxorem filii
tui a demonio liberarem Ego enim sum Raphael
angelus unus ex vii qui astamus ante dominum Cumque hec
audissent turbati sunt et ceciderunt super faciem suam Dixitque

Beatus ... in 1 parte ... ad ... comedere ... loquendo non est angelus
comestio importat superpositum cibi convertibilis in substantiam comedentis ... angelus
cibus non convertebatur sed resolvebatur in ... tamen ... habebat corpus ...
posset alii ... vera comestio ... angelus ...
assumpto ... corporis illud ... posset alimentum ... non fuit vera comestio

sed figurativa spiritualis comestionis unde hec dicit Etenim cum essem vobiscum in etc.

eis angelus. Pax vobis Nolite timere. Etenim cum essem vobis-
cum per voluntatem dei videbar quidem vobiscum manducare et bibe-
re ego autem cibo invisibili et potu qui ab hominibus videri non potest
utor. Tempus est ergo ut revertar ad illum qui me misit. Vos autem
benedicite deum et enarrate omnia mirabilia eius. Ipsum bene-
dicite et cantate illi. Et cum hec dixisset ab aspectu eorum ablatus
est / et ultra videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem
benedixerunt deum / et exurgentes narraverunt omnia mirabilia eius

XIII

Aperiens autem Thobyas senior os suum benedixit dominum
et dixit Magnus es domine in eternum et omnia secula regnum
tuum / quoniam tu flagellas et salvas deducis ad inferos
et reducis / et non est qui effugiat manum tuam. Confitemini domino
filii Israel et in conspectu gentium laudate eum. Quoniam ideo dis-
persit vos inter gentes que ignorant eum ut vos enarretis
mirabilia eius / et faciatis scire eos / quia non est alius deus omnipotens
preter eum. Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras / et ipse salvabit
nos propter misericordiam suam. Aspicite ergo que fecit nobiscum et cum
timore et tremore confitemini illi / regemque seculorum exaltate
in operibus vestris. Ego autem in terra captivitatis mee confitebor illi quoniam
ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem. Convertimini itaque
peccatores / et facite iusticiam coram domino deo. Credentes quod faciet
vobiscum misericordiam suam. Ego autem et anima mea in eo letabimur.
Benedicite deo omnes electi eius agite dies letitie et confitemini
illi. Jerusalem civitas dei castigavit te dominus in operibus manuum
tuarum. Confitere deo in bonis tuis / et benedic deum seculorum / ut
revocet ad te omnes captivos / et gaudeas in omnia secula seculorum.
Ut reedificet in te tabernaculum suum. Luce splendida
fulgebis / et omnes fines terre adorabunt te. Nationes ex
longinquo ad te venient et munera deferentes adorabunt
dominum in te / et terram tuam in sanctificationem habebunt. Nomen enim
magnum invocabunt in te. Maledicti erunt qui contempserint te / et
condempnati erunt qui blasphemaverint te. Benedicti quoque erunt qui
edificaverint te. Tu autem letaberis in filiis tuis / quoniam omnes bene-
dicentur / et congregabuntur ad dominum. Beati omnes qui di-
ligunt te / et qui gaudent super pace tua. Anima mea bene-
dic dominum / quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam a cunctis tribulationibus
eius dominus deus noster. Beatus ero si fuerint reliquie seminis mei

Ad videndum claritatem Iherusalem. Porte Iherusalem ex saphiro
et smaragdo edificabuntur et ex lapide precioso omnis circuitus [illegible]
murorum eius. Ex lapide candido et mundo omnes platee eius
sternentur. Et per vicos eius alleluia cantabitur. Benedictus dominus qui ex-
altavit eam ut sit regnum eius in secula seculorum super eam amen

Et consummati sunt sermones Thobie. Et postquam
illuminatus est Thobias vixit annis xl duobus. Et vidit
filios nepotum filiorum. Completis itaque centum duo- XIIII
bus annis sepultus est honorifice in Ninive. Quin-
quaginta namque sex annorum lumine amisit oculorum. Sexagena-
rius vero recepit. Reliquum vero vite sue in gaudio fuit. Et cum bono
profectu timoris dei perrexit in pace. In hora autem mortis sue
vocavit ad se filium suum Thobiam et vii iuvenes filios
eius nepotes suos. Dixitque eis: Prope erit interitus Ninive
non enim excidit verbum dei. Et fratres vestri qui dispersi sunt
de terra Israel revertentur ad eam. Omnis enim terra eius desolata
deserta replebitur et domus dei que in ea succensa est reedi-
ficabitur. Illuc revertentur omnes timentes deum et relinquent
gentes ydola sua. et venient in Iherusalem et inhabitabunt eam.
Et gaudebunt in ea omnes reges terre adorantes regem
Israel. Audite ergo filii mei patrem vestrum. Servite domino
in timore et veritate et inquirite ut faciatis que placita sunt
illi. Et filiis vestris mandate ut faciant iusticias et elemosi-
nas ut sint memores dei et benedicant deum in omni
tempore in veritate et in tota virtute sua. Nunc ergo filii audite
me et nolite timere manere hic. Sed quocumque die sepelie-
ritis matrem vestram circa me in uno sepulcro ex eo diri-
gite gressus vestros ut exeatis hinc. Video enim quia iniquitas
eius finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris eius
Thobias abscessit ex Ninive cum uxore sua et filiis et filiorum
filiis. Et reversus est ad soceros suos. Invenitque eos inco-
lumes in senectute bona et curam eorum gessit. Et ipse clausit
eorum oculos. Et omnem hereditatem domus Raguel ipse percepit
Viditque quintam generationem filios filiorum suorum. Et completis annis
xc. ix. in timore domini cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem
cognatio eius. et omnis generatio eius in vita bona et in sancta

Comixtione permansit ita ut accepti essent tam deo quam
hominibus et cunctis habitantibus terram

Incipit prologus in librum Judith

Apud hebreos liber Judith inter agyogra-
pha legitur cuius auctoritas ad roboran-
da illa que in intentionem veniunt
minus ydonea iudicatur. Caldeo tamen
sermone Caldeo tamen sermone conscriptus
inter hystorias computatur. Sed quia hunc
librum Synodus nicena in numero sanctarum
scripturarum legitur computasse adquievi
postulationi vestre immo exactioni et sepositis occupationibus quibus
vehementer arctabamur huic unam lucubratiunculam dedi
magis sensum ex sensu quam ex verbo verbum transferens. multorum
codicum varietate viciosissima amputavi sola ea que intelli-
gentia integra in verbis caldeis invenire potui latinis ex-
pressi. accipite Judith viduam castitatis exemplum et trium-
phali laude perpetuis eam preconiis declarate. hanc enim non
solum feminis sed et viris imitabilem dedit qui castitatis eius
remunerator virtutem ei talem tribuit ut invictum ab omnibus
hominibus vinceret et insuperabilem superaret

Liber Judith

Arphaxath itaque rex Medorum
subiugaverat multas gentes imperio
suo et ipse edificavit civitatem potentissimam
quam appellavit ecbathanis ex lapidibus
quadratis et sectis fecit muros eius in al-
titudine cubitorum lxx et in latitudine cu-
bitorum xxx. Turres vero posuit in altitudine
eius cubitorum centum per quadrum vero earum
latus utrumque vicenorum pedum spacio tende-
batur. Posuitque portas eius in altitudine turrium et gloria-
batur quasi potens in potentia exercitus sui et in gloria
quadrigarum suarum. Anno igitur xii regni sui Nabuchodonosor rex
assyriorum qui regnabat in Ninive civitate pugnavit contra arpha-
xath et obtinuit eum in campo Exioth regis Elycorum. Tunc
magno qui appellatur Ragau circa eufraten et tygrim et io-
sadan in campo erioth regis elycorum. Tunc exaltatum est
regnum Nabuchodonosor. Et cor eius elevatum est. Et misit ad

omnes qui habitabant in Cilicia et Damasco et Libano / et ad
gentes que a Carmelo sunt et Cedar et inhabitantes Galileam / et
in campo magno Esdrelon Et ad omnes qui erant in Samaria /
et trans flumen Iordanem usque Iherusalem et omnem terram Yesse quousque
perveniatur ad montes Ethyopie ad hos omnes misit nuncios Na-
buchodonosor rex Assiriorum. qui omnes uno animo contradixerunt et
remiserunt eos vacuos. ac sine honore abiecerunt Tunc indignatus
Nabuchodonosor rex adversus omnem terram illam iuravit per thronum suum et re-
gnum quod defenderet se de omnibus regionibus et nationibus

Anno xiii Nabuchodonosor regis xxii die primi mensis factum
c ii est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assiriorum ut de- II
fenderet se Vocavitque ad se omnes maiores natu
omnesque duces bellatores suos / et habuit cum eis misterium consilii
sui. Dixitque cogitationem suam in eo esse ut omnem terram suo sub-
iugaret imperio Quod dictum cum placuisset omnibus Vocavit Nabuchodonosor
rex Holofernem principem milicie sue et dixit ei Egredere
adversus omne regnum occidentis et contra eos precipue qui contempserunt
imperium meum Non parcet oculus tuus ulli regno Omnemque ur-
bem munitam subiugabis mihi Tunc Holofernes vocavit duces
et magistratus virtutis Assiriorum et dinumeravit viros in expeditionem
sicut precepit ei rex cxx milia peditum pugnatorum et equi-
tes xii milia. Omnemque expeditionem suam preire fecit in multitu-
dine innumerabilium camelorum cum hiis que exercitibus sufficerent
copiose Boumque armenta gregesque ovium quorum non erat
numerus frumentum ex omni Syria in transitu suo comparari consti-
tuit Aurum vero et argentum de domo regis Assiriorum assu-
psit multum nimis Et profectus est ipse et omnis exercitus cum
quadrigis et equitibus et sagittariis / qui cooperuerunt
faciem terre sicut locuste Cumque pertransisset fines terre Assiriorum
venit ad montes magnos Ange qui sunt a sinistro Cilicie
ascenditque omnia castella eorum et obtinuit omnem munitionem
Effregit autem civitatem opulentissimam Melothi predavitque
omnes filios Tharsis et filios Israel qui erant contra faciem deserti
Et ad austrum terre Zelon Et transivit Eufraten Et venit
in Mesopotamiam / et fregit omnes civitates excelsas que erant
ibi a torrente Mambre usque quo perveniatur ad mare Et
occupavit terminos eius a Cilicia usque ad fines Iapheth

Qui sunt ad austrum Abduxitque omnes filios Madian et pre-
davit omnem locupletationem eorum / omnesque resistentes sibi occi-
dit in ore gladii Et post descendit in campos Damasci in diebus
messis Et succendit omnia sata Omnesque arbores ac vineas
fecit incidi et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram
Tunc miserunt omnes legatos universarum urbium et pro-
III vinciarum reges ac principes Syrie scilicet Mezopotamie
Sobal et Libye atque Cylicie / qui venientes ad Holo-
fernem dixerunt Desinat indignatio tua super nos Melius est
enim ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno et subditi simus
tibi / quam morientes in interitu nostro ipsi servitutis nostre dampna
patiamur Omnis civitas nostra Omnis possessio Omnes montes
et colles et campi et armenta boum greges ovium caprarumque
equorum camelorumque et universe facultates nostre atque familie
in conspectu tuo sunt Sint omnia sub lege tua Nos etiam et filii
nostri servi tui sumus Veni nobis dominus pacificus et utere
servicio nostro sicut placuerit tibi Tunc descendit de montibus
cum equitibus et virtute magna Et obtinuit omnem civitatem / et omnem
inhabitantem terram / De universis autem urbibus assumpsit auxi-
lio viros fortes et electos ad bellum Tantusque metus pro-
vinciis illis incubuit / ut universarum urbium habitatores
principes et honorati simul cum populis exirent in obviam ve-
nienti excipientes eum cum coronis et lampadibus ducentes
choros cum tybiis et tympanis Nec tamen ista facientes
ferocitatem pectoris eius mitigare potuerunt Nam et civi-
tates eorum destruxit et lucos eorum excidit Preceperat
enim illi Nabuchodonosor ut omnes deos terre exterminaret
ut ipse solus deus diceretur ab hiis nationibus que potuissent
Olofernis potencia subiugari Pertransiens autem Syri-
am Sobal et omnem Apamiam Omnemque Mezopotha-
miam venit ad ydumeos in terra Gabaa acceptisque civitates
eorum Et sedit ibi per xxx dies In quibus diebus ad-
unari adunari precepit exercitum universum virtutis sue
Tunc audientes filii Israhel hec qui habitabant
in terra Juda timuerunt valde a facie eius Tre-
mor etiam et horror invasit sensus eorum Ne hoc
IIII faceret Jerusalem et templo domini quod fecerat ceteris

Ciuitatibus et templis eorum Et miserunt in omnem samariam
per circuitum usque hiericho Et preoccupaverunt omnes vertices
montium et muros circumdederunt vicos suos et congregaverunt
frumenta in preparationem pugne Sacerdos etiam Eliachim scri
psit ad universos qui erant contra esdrelon que est contra faciem
magni campi iuxta dothaym Et universis per quos transitus esse pote
rat ut obtinerent ascensus montium per quos via esse pote
rat ad iherusalem Et illic custodirent ubi angustum iter esse pote
rat inter montes Et fecerunt filii israel secundum quod constituerat
eis sacerdos domini eliachim Et clamavit omnis populus ad dominum
instantia magna et humiliaverunt animas suas in ieiuniis ipsi et
mulieres eorum Et induerunt se sacerdotes ciliciis Et infantes
prostraverunt contra faciem templi domini et altare domini operuerunt
cilicio et clamaverunt ad dominum deum israel unanimiter ne darentur
in predam infantes eorum et uxores eorum in divisionem et ci
vitates eorum in exterminium et sancta eorum in pollutionem
Tunc eliachim sacerdos domini magnus circuivit omnem israel
allocutusque est eos dicens Scitote quoniam exaudiet dominus preces
vestras si manentes permanseritis in ieiuniis et orationibus in con
spectu domini Memores estote moysi servi domini qui amalech
confidentem in virtute sua et in potentia sua et in exercitu
suo et in clipeis suis et in curribus suis et in equitibus
suis Non ferro pugnando sed precibus sanctis orando deiecit Et
prostrati erunt universi hostes israel Et perseverantes in hoc
opere quod cepistis Ad hanc exhortationem eius deum
precantes permanebant in conspectu domini ita ut etiam
hii qui holocausta domino offerebant precincti ciliciis offerrent
sacrificia domino et erat cinis super capita eorum et ex toto cor
de suo omnes orabant deum ut visitaret populum suum israel

iiii v. Nunciatum est autem holoferni principi militie assiriorum V
quod filii israel prepararent se ad resistendum ac montium
itinera conclusissent et furore nimio exarsit in
iracundia magna Vocavitque omnes principes moab et
duces amon Et dixit eis Dicite mihi quis sit populus iste
qui montana obsidet aut que sint civitates et quales et
quante sint civitates eorum que etiam sit virtus eorum aut que sit

multitudo eorum vel quis rex militie eorum est / cur pre omnibus
qui habitant in oriente isti contempserunt me et non exierunt
obviam nobis ut susciperent nos cum pace Tunc achior dux
omnium filiorum amon respondens ait Si digneris audire domi-
ne mi dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto qui in mon-
tanis habitat et non egredietur verbum falsum de ore meo /
Populus iste ex progenie Caldeorum est Hic primum in mezopota-
mia habitavit qui noluerunt sequi deos patrum suorum qui erant
in terra Caldeorum Deserentes itaque cerimonias patrum suorum que
in multitudine deorum erant Unum deum celi coluerunt qui precepit eis
ut exirent inde et habitarent in carran Cumque operuisset
omnem terram fames descenderunt in egiptum Illicque per cccc
annos sic multiplicati sunt / ut dinumerari non eorum exercitus
non posset Cumque gravasset eos rex egipti atque in edificationibus
urbium suarum in luto et latere subiugasset eos clamaverunt
ad dominum suum et percussit totam egiptum plagis variis Cum-
que eiecissent eos egipcii a se et cessasset plaga ab eis et
iterum vellet eos capere et ad suum servicium revocare fugi-
entibus hiis deus celi mare aperuit / ita ut hinc inde aque
quasi muri solidarentur ut isti pede sicco fundum maris per-
ambulando transirent In quo loco dum innumerabilis exercitus
egiptiorum eos persequeretur ita aquis coopertus est / ita ut non
remaneret vel unus qui factum posteris nunciaret Egressi
etiam mare rubrum deserta syna montis occupaverunt in quibus
numquam homo potuit habitare vel filius hominis requievit
Ibi fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum per annos
xl annonam de celo consecuti sunt Ubicumque ingressi
sunt sine arcu et sagitta et absque scuto et gladio deus
eorum pugnavit pro eis et vicit Et non fuit qui insultaret
populo isti nisi quando recesserunt a cultura domini dei sui quoci-
enscumque autem preter ipsum deum suum alterum coluerunt dati sunt
in predam et in gladium et in opprobrium Quocienscumque autem
penituerunt se recessisse a cultura dei sui deus celi dedit
eis virtutem resistendi Denique chananeum regem et iebu-
zeum et pherezeum et etheum eveum et amorreum et omnes
potentes in ezebon prostraverunt / et terras eorum et civitates
eorum ipsi possederunt / et usque dum peccarent in conspectu

Dei sui erant cum illis bona Deus enim illorum odit iniquitatem Nam et
omnes ante hos annos cum recessissent a via quam dederat illis deus
ut ambularent in ea exterminati sunt preliis a multis nationibus
Et plurimi eorum captivi ducti sunt ad terram non suam Nuper autem
reversi ad dominum deum suum ex dispersione qua dispersi fuerant aduna-
ti sunt Et ascenderunt montana hec omnia et iterum possident
Jerusalem ubi sunt sancta eorum Nunc ergo domine mi perquire si est
aliqua iniquitas eorum in conspectu dei eorum et ascendamus
ad illos quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi et subiugati
erunt potentie tue Si autem non est offensio populi huius coram deo
suo non poterimus resistere illis quoniam deus eorum defendet adiuvet eos
Et erimus opprobrium universe terre Et factum est cum cessasset loqui
achior hec verba irati sunt omnes magnates holofernis et cogita-
bant eum interficere dicentes ad alterutrum Quis est iste qui filios
israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor et exercitibus suis homines
inermes et sine virtute et sine peritia artis pugne Ut ergo agnoscat
achior quia fallit nos ascendamus in montana et cum capti fue-
rint potentes eorum Tunc cum eisdem gladio transverberabitur Ut sciat omnis
gens quoniam Nabuchodonosor deus est terre et preter ipsum alter non est

Factum est cum cessasset loqui indignatus holofernes vehe-
menter dixit ad achior Quoniam prophetasti nobis dicens
quod gens israel defendatur a deo suo Ut ostendam tibi
quoniam non est deus nisi Nabuchodonosor cum percusserimus eos VI
omnes sicut hominem unum tunc et ipse cum eis assiriorum gladio
interibis et omnis israel tecum perditione disperiet Et probabis quoniam
Nabuchodonosor dominus sit universe terre Tunc gladius militie mee
transibit per latera tua et confixus cades inter vulneratos israel
Et non respirabis ultra donec extermineris cum illis Porro autem si pro-
phetiam tuam veram existimas Non concidat vultus tuus et
pallor qui faciem tuam obtinuit discedat a te Si verba mea
putas impleri non posse Ut autem noveris quia simul cum illis
experieris Ecce ex hac hora illorum populo sociaberis ut cum
dignas gladii mei penas exceperint ipse simul ultioni
subiaceas Tunc holofernes precepit servis suis ut comprehenderent
achior et ducerent eum in bethuliam et traderent eum in manus
filiorum israel Et accipientes eum servi holofernis profecti sunt

per campestria / sed cum appropinquassent ad montana egressi sunt contra
eos fundibularij. Illi autem divertentes a latere montis ligaverunt
Achior ad arborem manibus et pedibus / et sic vinctum de restibus
dimiserunt eum / et reversi sunt ad dominum suum. Porro filij Israel
descendentes de Bethulia venerunt ad eum. Quem solventes
duxerunt ad Bethuliam atque in medium populi illum statuentes
percunctati sunt quid rerum esset quod illum vinctum Assirij reli-
quissent. In diebus illis erant illic principes Ozias filius Mi-
cha de tribu Symeon et Charmi qui et Gothoniel. In medio
itaque seniorum in conspectu omnium dixit Achior omnia que locutus
fuerat ipse interrogatus ab Holoferne et qualiter populus Holofernis
voluisset propter hoc verbum interficere eum. Et quemadmodum ille Holo-
fernes iratus / iussisset eum Israelitis hac de causa tradi ut dum
vicerit filios Israel / tunc ipsum Achior diversis iubeat suppli-
ciis interire, propter hoc quod dixisset deus celi defensor illorum
est. Cumque universa Achior exposuisset / omnis populus cecidit in
faciem adorantes dominum et communi lamentatione et fle-
tu unanimes preces suas effuderunt domino dicentes. Domine
deus celi et terre intuere superbiam illorum / et respice ad nostram
humilitatem et faciem sanctorum tuorum attende / et ostende quoniam non
derelinquis presumentes de te / et presumentes de se et de vir-
tute sua gloriantes humilias. Finito itaque fletu et per totam
diem oratione populorum completa consolati sunt Achior dicentes
Deus patrum nostrorum cuius tu virtutem predicasti ipse remunerator
tibi hanc dabit vicissitudinem ut eorum tu magis videas
interitum. Cum vero dominus deus noster dederit hanc libertatem servis
suis, sit et deus tecum in medio nostri, ut sicut placuit tibi
ita et tu cum tuis omnibus conversare. Tunc Ozias finito
consilio suscepit eum in domum suam / et fecit cenam magnam
Et vocatis omnibus presbiteris simul expleto ieiunio refecerunt
Cum postea vero convocatus omnis populus per totam noctem in-
tra ecclesiam oraverunt petentes auxilium a deo Israel
VIII Holofernes autem altera die precepit exercitibus suis
ut ascenderent contra Bethuliam. Erant autem
pedites bellatorum centum viginti milia. Et equites
xxii milia. preter preparationes virorum illorum quos

occupaverat captivitas / et adducti fuerant de provinciis et
urbibus universe iuventutis et omnes pariter paraverunt se ad pu-
gnam contra filios Israel Et venerunt per crepidinem montis usque ad
apicem qui respicit Dothaym a loco qui respicit Belma usque
Chelmon qui est contra Esdrelon Filii autem Israel ut viderunt multi-
tudinem illorum prostraverunt se super terram mittentes cinerem super
capita sua unanimes orantes ut deus Israel misericordiam suam
ostenderet super populum suum Et assumentes arma bellica sede-
runt per loca que angusti itineris tramitem dirigunt inter montuo-
sa / et erant custodientes ea tota die et nocte Porro Holo-
fernes dum circuit per girum reperit quod fons qui influebat
aque ductum illorum a parte australi extra civitatem dirigi / et inci-
di precepit aque ductum Erant tamen non longe a muris fontes ex quibus
furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius quam
ad potandum Sed filii Ammon et Moab accesserunt ad Holo-
fernem dicentes Filii Israel non in lancea nec in sagitta con-
fidunt. sed montes defendunt illos / et muniunt illos col-
les in precipitio constituti Ut ergo sine congressione pugne po-
ssis eos superare pone custodes fontium ut non hauriant
aquas / et sine gladio interficies eos / vel certe fatigati tra-
dent civitatem suam / quam putant in montibus positam superari non
posse Et placuerunt hec verba coram Holoferne et coram omnibus
satellitibus eius et constituit per girum centenarios per singulos
fontes Cumque ista custodia per dies viginti fuisset expleta defe-
cerunt cisterne et collectiones aquarum omnibus inhabitantibus
Bethuliam ita ut non esset intra civitatem unde satiarentur vel
una die quoniam ad mensuram dabatur populis aqua cottidie Tunc
ad Oziam congregati omnes viri femineque iuvenes et parvuli
omnes simul una voce dixerunt Iudicet deus inter nos et te
quoniam fecisti in nos mala nolens loqui pacifice cum Assyriis
et propter hoc vendidit nos deus in manibus eorum / et ideo non
est qui adiuvet cum prosternamur ante oculos eorum in siti et in
perditione magna Et nunc congregate universos qui in civitate sunt
ut sponte tradamus nos omnes / populo Holofernis Melius est
enim ut captivi benedicamus dominum viventes quam moriamur / et

Simus opprobrium omni carni, cum videamus uxores nostras et infantes
nostros mori ante oculos nostros. Contestamur hodie celum et
terram et deum patrum nostrorum qui ulciscitur nos secundum peccata nostra
ut iam tradatis civitatem militie Holofernis. ut sit finis noster
brevis in ore gladii qui longior efficitur in ariditate sitis. Et
cum hec dixissent factus est fletus et ululatus magnus in ecclesia
magna omnibus, et per multas horas uno ore clamaverunt
ad deum dicentes Peccavimus cum patribus nostris iniuste egimus
iniquitatem fecimus. Tu quia pius es miserere nostri et in tuo fla-
gello vindica iniquitates nostras. Et noli tradere confitentes
te populo qui ignorat te ut non dicant inter gentes ubi est deus
eorum. Et cum fatigati his clamoribus et his fletibus lassati
siluissent. Exurgens Ozias infusus lacrimis dixit Equo
animo estote fratres et hos quinque dies expectemus misericordiam a domino
Forsitan enim indignationem suam abscindet et dabit gloriam nomini
suo. Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutorium
faciemus hec verba que locuti estis

VIII Et factum est cum audisset hec verba Judith vidua que
erat filia Merari filii Ador filii Iozeph filii
Ozie filii Elai filii Iamnor filii Gedeon filii
Raphoym filii Achitop filii Melchie filii Enan filii
Mathanie filii Salathiel filii Symeon filii Ruben. Et
vir eius fuit Manasses qui mortuus est in diebus messis
ordeacee, instabat enim super alligantes manipulos in cam-
po, et venit estus super caput eius, et mortuus est in Bethulia
civitate sua, et sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem
Judith relicta vidua viri eius iam annis tribus et mensibus
sex, et in superioribus domus sue cubiculum secretum sibi fecit
in quo cum puellis suis clausa morabatur, et habens super lumbos
suos cilicium ieiunabat omnibus diebus vite sue, preter sabbata
et neomenias et festa domus Israel. Erat autem eleganti aspectu
nimis. Cui vir suus reliquerat divitias multas et familiam
copiosam et possessiones armentis boum et gregibus ovium plenas
et hec erat in omnibus famosissima, quia timebat dominum valde
nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Hec itaque cum audisset

Quoniam ozias promisisset quod transacto v. die traderet civitatem, misit
ad presbiteros Chambri et Charim / Et venerunt ad illam Et dixit
illis Quod est hoc verbum in quo consensit ozias ut tradet civitatem
assyriis Si intra v. dies non venit adiutorium nobis Et qui estis
vos qui temptatis dominum Non est iste sermo qui misericordiam provocet
Sed potius qui iram excitet et furorem accendit Posuistis vos
tempus miserationis domini Et in arbitrio vestro diem constituistis ei Sed
quia patiens est dominus in hoc ipso peniteamus / et indulgentiam eius cum
lacrimis postulemus Non enim quasi homo sic deus comminabitur neque sicut
filius hominis ad iracundiam inflammabitur Et ideo humiliemus illi animas
nostras / et in spiritu contrito et humiliato serviamus Et dicamus flentes
domino ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam
Et sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum Ita etiam de nostra
humilitate gloriemur Quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum qui
dereliquerunt deum suum et adoraverunt deos alienos pro quo scelere
dati sunt in gladium et in rapinam et in confusionem inimicis suis
Nos autem alterum deum nescimus preter ipsum Expectemus humiles con-
solationem eius / et exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum
nostrorum / et humiliabit omnes gentes quecumque insurgunt contra nos
/ et faciet illas sine honore dominus deus noster Et nunc fratres quoniam
vos qui estis presbiteri in populo dei ex vobis pendet anima
illorum ad eloquium vestrum corda illorum erigite / ut memores sint
quia temptati sunt patres nostri ut probarentur / si vere colerent deum
suum Memores esse debent quomodo pater noster Abraham tentatus
est / et per multas tribulationes probatus amicus dei effectus est Sic
Isaac sic Iacob sic Moyses et omnes qui placuerunt deo per
multas tribulationes transierunt fideles Illi autem tentationes
non susceperunt cum timore domini / et impatientiam suam / et im-
properium murmurationis sue contra dominum protulerunt exterminati sunt
ab exterminatore et a serpentibus perierunt Et nos ergo non ulciscamur
nos pro hiis que patimur / sed reputantes peccatis nostris hec ipsa
supplicia minora esse flagella domini / quibus quasi servi
corripimur ad emendationem et non ad perditionem nostram evenisse
credamus Et dixerunt illi ozias et presbiteri omnia que locuta
es vera sunt / et non est in sermonibus tuis ulla reprehensio

Nunc ergo ora pro nobis / quoniam tu mulier sancta es / et timens deum
Et dixit illis Judith Sicut quod loqui potui dei esse cogno
scitis · ita quod facere disposui probate si ex deo est / et orate
ut firmum faciat consilium meum deus Stabitis vos ad portam
nocte ista et ego exeam cum abra mea Et orate / ut sicut
dixistis in diebus quinque respiciat dominus populum suum Israel
Vos autem nolo ut scrutemini actum meum / et usque dum
renunciem vobis / nichil aliud fiat nisi oratio pro me ad
dominum deum nostrum Et dixit ad eam ozias princeps Jude Vade
in pace et dominus sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum

IX Quibus abscedentibus Judith / et revertentes abierunt
ingressa est oratorium suum / et induens se cilicio
posuit cinerem super caput suum / et prosternens se coram
domino / clamavit ad dominum dicens Domine deus patris mei Sy
meon qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum
qui violatores extiterunt in coinquinatione sua / et de
nudaverunt femur virginis in confusionem Et dedisti mulieres
eorum in predam filias eorum in captivitatem et omnem predam in
divisionem servis tuis / qui zelaverunt zelum tuum Subveni
queso domine deus meus michi vidue Omnes enim que tue
facta sunt Tu enim fecisti priora / et illa post illa cogitasti Et
hoc factum est quod ipse voluisti Omnes enim vie tue parate sunt
voluntati / et tua iudicia in tua providencia posuisti Respice
castra assyriorum nunc sicut tunc castra egyptiorum videre dignatus es
/ cum post servos tuos armati currebant confidentes in quadrigis
et in equitatu suo / et in multitudine bellatorum Sed aspexisti
super castra eorum / et tenebre fatigaverunt eos tenuit pe
des eorum abyssus / et aque operuerunt eos Sic fiant et isti domine
qui confidunt in multitudine sua / et in curribus suis et in contis
et in sagittis suis et in lanceis gloriantur Et nesciunt quia tu
ipse es dominus deus noster / qui conteris bella ab inicio et
dominus nomen est illi tibi Erige brachium tuum sicut ab inicio /
et allide virtutem illorum in virtute tua / cadat virtus eorum in ira
cundia tua / qui promittunt se violare sancta tua / et polluere tabernacu
lum nominis tui et deicere gladio suo cornu altaris tui / Fac
domine ut gladio proprio superbia eius amputetur / Capiatur

Capiatur laqueo oculorum suorum in me, et percuties eum ex labiis ca-
ritatis mee. Da michi in animo constanciam ut contempnam illum
et virtutem eius ut evertam illum. Erit enim memoriale nominis
tui cum manus femine deiecerit eum. Non enim in multitudine
est virtus tua domine neque in equorum viribus voluntas tua
nec superbi placuerunt tibi ab inicio sed humilium et mansuetorum
semper tibi placuit deprecatio. Deus celorum, creator aquarum
et dominus tocius creature exaudi me miseram deprecantem, et
de tua misericordia presumentem. Memento domine testamenti tui, et da
verbum in ore meo, et in corde meo consilium corrobora
ut domus tua in sanctificatione permaneat et omnes gentes
agnoscant quoniam tu es deus, et non est alius preter te.
Factum est autem cum cessasset clamare ad dominum surrexit
de loco in quo iacuerat prostrata ad dominum. Vocavit-
que abram suam et descendit in domum suam abstu-
lit a se cilicium, et exuit se indumentis viduitatis
sue et lavit corpus suum, et unxit se mirra optima et
discriminavit crinem capitis sui, et imposuit mitram super
caput suum et induit se vestimentis iocunditatis sue. Indu-
itque se sandalia pedibus suis assumpsitque dextralia et lilia
et inaures et anulos, et omnibus ornamentis suis ornavit
se. Cui etiam dominus contulit splendorem, quia omnis ista com-
posicio non ex libidine pendebat. Et ideo dominus hanc in il-
pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis
appareret. Imposuit itaque abre sue ascopam vini et vas
olei et polentam et lampades et panes et caseum, et
profecta est. Cumque venissent ad portam civitatis invenerunt Oziam
expectantem et presbiteros civitatis. Qui cum vidissent eam stu-
pentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. Nichil tamen
interrogantes eam dimiserunt transire dicentes. Deus patrum
nostrorum det tibi graciam, et omne consilium cordis tui sua virtute
corroboret, et glorietur super te Jherusalem, et sit nomen tuum in
numero sanctorum et iustorum. Et dixerunt hii qui illic erant omnes una
voce fiat fiat. Judith vero orans dominum transivit per portas ipsa
et abra eius. Factum est autem cum descenderet montem circa ortum
diei occurrerunt ei exploratores assyriorum, et tenuerunt eam
dicentes. Unde venis aut quo vadis. Que respondit filia sum

Hebreorum. Ideo ego fugi a facie eorum quoniam futurum agnovi quod de-
tur vobis in depredationem pro eo quod contempnentes vos noluerunt
ultro tradere seipsos ut invenirent misericordiam in conspectu vestro. Hac
de causa cogitavi mecum dicens. Vadam ad faciem principis
Holofernis ut indicem ei secreta illorum et ostendam illi quo
aditu possit obtinere illos ita ut non cadat vir unus de
exercitu eius. Et cum audissent viri illi verba eius considerabant
faciem eius et erat in oculis eorum stupor quoniam pulchritudinem eius
mirabantur nimis et dixerunt ad eam. Conservasti animam tuam
eo quod tale repperisti consilium ut descenderes ad dominum nostrum. Hoc
autem scias quoniam cum steteris in conspectu eius bene tibi faciet
et eris gratissima in corde eius. Duxeruntque illam ad ta-
bernaculum Holofernis et annunciaverunt eam. Cumque intrasset ante faciem
eius statim captus est in suis oculis Holofernes. Dixeruntque
ad illum satellites eius. Quis contempnat populum Hebreorum
qui tam decoras mulieres habent ut non pro hiis merito contra eos
pugnare debeamus. Videns itaque Judith Holofernem sedentem
in canapeo quod erat ex purpura et auro et smaragdo
et lapidibus preciosissimis intextum et cum in faciem eius inten-
disset adoravit eum prosternens se super terram et levaverunt
eam servi Holofernis iubente domino suo.

XI Tunc Holofernes dixit ei. Equo animo esto et noli
pavere in corde tuo quoniam ego numquam nocui viro
qui voluit servire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus
si non contempsisset me non allevassem lanceam meam super
eum. Nunc autem dic michi qua ex causa recessisti ab eis
et placuit tibi ut venires ad nos. Et dixit Judith. Su-
me verba ancille tue. Quoniam si tu secuta fueris verba
ancille tue perfectam rem faciet dominus tecum. Vivit enim
Nabuchodonosor rex terre et virtus eius vivit que est in te ad
correptionem omnium animarum errancium quoniam non solum homines homines
serviunt illi per te sed et bestie agri obtemperant illi. Nun-
ciatur enim animi tui industria universis gentibus et indicatum
est omni seculo quoniam tu solus bonus et potens es in omni
regno eius et disciplina tua omnibus provinciis predicatur.
Nec hoc latet quod locutus est Achior nec illud ignoratur
quod ei iusseris evenire. Constat enim deum nostrum sic

peccatis offensus ut mandavit per prophetas suos ad populum et tradet
eum propter peccata sua Et quoniam sciunt se offendisse dominum deum suum filii
Israel tremor eius super ipsos est Insuper et fames invasit eos
et ab ariditate aque iam inter mortuos computantur Denique hoc ordinant
ut interficiant pecora sua et sanguinem eorum bibant et sancta domini dei sui
que precepit deus non contingi in frumento vino et oleo hec cogita-
verunt impendere et volunt consumere que nec manibus deberent
tangere Ergo quoniam hec faciunt certum est quod in perditionem dabuntur Quod
ego ancilla tua cognoscens fugi ab illis Et misit me dominus
hec ipsa nunciare tibi Ego enim ancilla tua deum colo etiam nunc
et vivet apud te et exiet ancilla tua et adorabit deum et dicet
michi quando reddet eis peccatum suum et veniens nunciabo tibi ita
ut ego adducam te per medium Jherusalem et habebis omnem populum
Israel sicut oves quibus non est pastor Et non latrabit vel unus
canis contra te Quoniam hec dicta sunt michi per providentiam dei Et
quoniam iratus est eis deus hec ipsa missa sum nunciare tibi Pla-
cuerunt autem omnia verba hec coram Holoferne et coram pueris suis
Et mirabantur ad sapientiam eius et dicebant alter ad alterum
Non est talis mulier super terram in aspectu in pulchritudine et in
sensu verborum Et dixit Holofernes ad illam Bene fecit deus qui
misit te ante populum ut des illum tu in manibus nostris Et quoniam
bona est promissio tua si fecerit michi deus tuus hoc erit et meus
deus et tu in domo Nabuchodonosor magna eris Et nomen tuum no-
Tunc iussit eam introire Nominabitur in universa terra XII
ubi repositi erant thesauri eius et iussit illic ma-
nere eam et constituit quid daretur illi de convivio
suo Cui respondit Judith et dixit Nunc non potero manducare ex
his que michi precipis tribui ne veniat super me offensio ex
his autem que mecum attuli manducabo Cui Holofernes ait
Si defecerint tibi ista que tecum attulisti quid faciemus tibi
Cui dixit Judith Vivit anima tua domine quoniam non expendet
hec omnia ancilla tua donec faciat deus in manu mea hec que
cogitavi Et induxerunt eam servi eius in tabernaculum quod pre-
ceperat et petiit dum introiret ut daretur ei copia nocte et
ante lucem egrediendi foras ad orationem et deprecandi dominum Et pre-
cepit cubiculariis suis ut sicut placeret illi exiret et introiret
ad adorandum deum suum per triduum Et exibat nocte in vallem

Bethulie et baptisabat se in fonte aque Et ut ascendebat orabat
dominum deum israel ut dirigeret viam eius ad liberacionem populi sui / et
introiens munda manebat in tabernaculo quousque acciperet escam
suam in vesperam Et factum est quarto die holofernes fecit cenam ma-
gnam servis suis / et dixit ad vagao eunuchum Vade et suade
hebream illam ut sponte consenciat habitare mecum. fedum est
enim apud assyrios si femina irrideat virum agendo / ut im-
munis ab eo transeat Tunc introivit vagao ad iudith et dixit
Non vereatur bona puella intrare ad dominum meum ut honorificetur
ante faciem eius et manducet cum eo / et bibat vinum in io-
cunditate Cui iudith respondit Que ego sum ut contradicam domino
meo / omne quod erit ante oculos eius bonum et optimum faciam
Quicquid autem placuit / hoc erit michi optimum omnibus diebus
vite mee Et surrexit / et ornavit se vestimentis suis / et
ingressa stetit ante faciem eius Cor autem holofernis concussum
est / erat enim ardens in concupiscencia eius Et dixit ei
holofernes Bibe vinum et accumbe in iocunditate / quoniam
invenisti graciam coram me Et dixit iudith Bibam domine
quoniam magnificata est anima mea hodie pre omnibus diebus vite mee
Et accepit et manducavit / et bibit coram eo / ea que prepara-
verat sibi ancilla eius Et iocundus factus est holofernes ad
eam Bibitque vinum magis multum nimis / quantum una die
nunquam biberat omnibus diebus vite sue in vita sua
XIII Ut autem sero factum est festinaverunt servi illius ad ho-
spicia sua et conclusit vagao hostia cubiculi
et abiit Erant enim omnes fatigati a vino Erat
que iudith sola in cubiculo Porro holofernes iacebat in lectulo
nimia ebrietate sopitus Dixitque iudith puelle sue ut astaret
foris ante hostium cubiculi et observaret Stetitque iudith ante
lectulum orans cum lacrimis et labiorum motu in silencio dicens
Confirma me domine deus israel / et respice in hac hora ad opera manuum
mearum ut sicut promisisti hierusalem civitatem tuam erigas Et hoc
quod credens per te posse fieri cogitavi perficiam Et cum hoc dixisset
accessit ad columpnam / que erat ad caput lectuli eius / et pu-
gionem eius qui in ea ligatus pendebat exsolvit Cumque
evaginasset illud apprehendit comam capitis eius Et ait
Confirma me deus israel in hac hora Et percussit bis in cervicem eius
et abscidit caput eius Et abstulit canopeum eius a colum-
nis / et avolvit corpus eius truncum / et post pusillum

cipivit / et tradidit caput holofernis ancille sue / et iussit ut
mitteret illud in peram suam Et exierunt due secundum consuetudinem
suam quasi ad orationem / et transierunt castra Et girantes valle / vene-
runt ad portam civitatis Et dixit judith longe custodibus / aperite
portas / quoniam nobiscum est deus / qui fecit virtutem magnam in israhel
Et factum est cum audissent viri vocem eius / vocaverunt presbiteros
civitatis / et occurrerunt ad eam omnes a minimo usque ad maximum /
quoniam sperabant eam non esse venturam et accendentes luminaria
convenerunt circa eam universi Illa autem ascendens in eminenciorem
locum / iussit fieri silentium Cumque omnes tacuissent dixit judith
Laudate dominum deum nostrum / qui non deseruit sperantes in se
Et in me ancilla adimplevit misericordiam suam / quam promisit
domui israhel Et interfecit in manu mea hostem populi sui in hac
nocte Et proferens de pera caput holofernis ostendit illis dicens
Ecce caput holofernis principis milicie assiriorum Et ecce
canopeum illius in quo recumbebat in ebrietate sua ubi et
per manum femine percussit illum dominus deus noster Vivit autem ipse
dominus deus meus / quoniam custodivit me angelus eius et hinc euntem
et ibi commorantem et inde huc revertentem / et non permisit me
dominus ancillam suam coinquinari Sed sine pollucione peccati revocavit
me / vobis gaudentem in victoria sua / in evasione mea / in liberacione
vestra Confitemini illi omnes / quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius
Universi autem adorantes dominum dixerunt ad eam Benedixit te dominus
in virtute sua / quia per te ad nichilum redegit inimicos nostros Porro
ozias princeps populi israhel dixit ad eam Benedicta es tu filia
a domino deo excelso pre omnibus mulieribus super terram Benedictus
dominus qui creavit celum et terram / et qui te direxit in vulnera
capitis principis inimicorum nostrorum / quia hodie nomen tuum ita
magnificavit / ut non recedat laus tua de ore hominum / qui memo-
res fuerint virtutis domini in eternum / pro quibus non pepercisti
anime tue propter angustias et tribulaciones generis tui / sed subve-
nisti ruine ante conspectum domini dei nostri Et dixit omnis
populus fiat fiat Porro achior vocatus venit / et dixit ei
Judith / deus israhel cui tu testimonium dedisti / quod ulciscatur de inimicis
suis / ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu

in manu mea ut probes quia ita est Ecce caput Holofernis qui in contemptu
superbie sue deum Israhel contempsit et tibi interitum minabatur
dicens Cum captus fuerit populus Israhel gladio perforari precipiam
latera tua Videns autem Achior caput Holofernis angustiatus
pre pavore cecidit in faciem suam super terram et estuavit anima eius
Postea vero quam resumpto spiritu recreatus est procidit ad pedes eius
et adoravit eam et dixit Benedicta tu a deo tuo in omni tabernaculo
Jacob quoniam in omni gente que audierit nomen tuum
magnificabitur super te deus Israhel

XIIII Dixit autem Judith ad omnem populum Audite fratres
suspendite caput hoc super muros et erit
cum exierit sol accipiat unusquisque arma sua et
exite cum impetu non ut descendatis deorsum sed quasi impe
tum facientes Tunc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem
suum excitandum ad pugnam Cumque duces eorum cucurrerint
ad tabernaculum Holofernis et invenerint eum truncum in suo
sanguine volutatum decidet super eos timor Cumque cogno
veritis fugere eos ite post eos securi quoniam dominus conteret eos
sub pedibus vestris Tunc Achior videns virtutem quam fecit deus
Israhel relicto gentilitatis ritu credidit deo et circumcidit carnem prepu
cii sui et appositus est ad populum Israhel et omnis successio generis
eius usque in hodiernum diem Mox autem ut ortus est
dies suspenderunt super muros caput Holofernis accepitque
unusquisque vir arma sua et egressi sunt cum grandi strepitu
et ululatu Quod videntes exploratores ad tabernaculum Holo
fernis cucurrerunt Porro hii qui in tabernaculo erant venien
tes et ante ingressum cubiculi perstrepentes excitandi
gratia inquietudinem arte moliebantur ut non ab excitantibus
sed a sonantibus Holofernes evigilaret Nullus enim audebat
cubiculum virtutis Assyriorum pulsando vel intrando aperire
Sed cum venissent eius duces et tribuni et universi maiores exer
citus regis Assyriorum Dixerunt cubiculariis intrate et excita
te illum quoniam mures egressi de cavernis suis ausi
sunt provocare nos ad prelium Tunc ingressus Vagao cubiculum eius
stetit ante cortinam et plausum fecit manibus suis Su
spicabatur enim illum cum Judith dormire Sed cum nullum motum
iacentis sensu aurium perciperet accessit proximans ad cortinam

Et clamans cum ploratu et cadaver absque capite holofernis in sanguine
suo tabefactum iacere super terram. Exclamavit voce magna ad fletum
et scidit vestimenta sua. Et ingressus est tabernaculum Judith. et non invenit
eam. Et exilivit foras ad populum et dixit Una mulier hebrea fecit
confusionem in domo regis Nabuch. Ecce enim holofernes iacet in terra
et caput eius non est in illo. Quod cum audissent principes virtutis assy-
riorum sciderunt omnes vestimenta sua et intolerabilis timor et tre-
mor cecidit super eos. et turbati sunt animi eorum valde. et factus
est clamor incomparabilis in media castra etc.

XV

Cumque omnis exercitus decollatum holofernem audisset fugit
mens et consilium ab eis et solo tremore et metu agitati
fuge presidium sumunt ita ut nullus loqueretur cum proximo
suo sed inclinato capite relictis omnibus evadere hebreos quos armatos
super se venire audierant conabantur fugientes per vias camporum
et semitas collium Videntes itaque filii Israel fugientes secuti sunt
illos descenderuntque clangentes tubis et ululantes post ipsos
Et quoniam assyrii non adunati in fugam ibant precipites filii
autem Israel uno agmine persequentes debilitabant omnes quos invenire
potuissent. Misit itaque ozias nuncios per omnes civitates et regiones
Israel. Omnisque itaque regio omnisque urbs electam iuventutem
armatam misit post eos. Et persecuti sunt eos in ore gladii quo-
usque pervenirent ad extremitatem finium suorum. Reliqui autem qui
erant in bethulia ingressi sunt castra assyriorum et predam quam fugien-
tes assyrii reliquerant abstulerunt secum et honerati sunt valde
Hii vero qui victores reversi fuerant reversi sunt ad bethuliam omnia
quecumque illorum fuerant abstulerunt secum ita ut non esset numerus in
pecoribus et in iumentis et in universis mobilibus eorum ut a minimo
usque ad maximum omnes divites fierent de predationibus eorum
Joachim autem summus pontifex de Jerusalem venit in bethuliam
cum universis presbiteris suis. et ut videret Judith. Que cum exisset
ad illum benedixerunt illam omnes una voce dicentes Tu gloria
Jerusalem Tu leticia Israel Tu honorificencia populi nostri quia fecisti
viriliter et confortatum est cor tuum eo quod castitatem amaveris et post
virum tuum alterum nescieris et ideo manus domini confortavit te

Et ideo eris benedicta in eternum. Et dixit omnis populus fiat fiat. Per
dies autem triginta collecta sunt spolia assiriorum a populo Israel. Porro
autem que holofernis peculiaria fuisse probata sunt / dederunt
Judith in auro et argento et vestibus et gemmis et omni supp
ellectili / et tradita sunt illi omnia a populo. Et omnis populus gaude
bat cum mulieribus et virginibus et iuvenibus in organis et
cytharis. Tunc cantavit canticum hoc domino Judith dicens
Incipite domino in tympanis cantate domino in cymbalis mo
dulamini illi psalmum novum exultate et invocate nomen eius
Dominus conterens bella dominus nomen est illi. Qui posuit castra sua
in medio populi ut eriperet nos de manibus inimicorum nostrorum. Venit
assur ex montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis sue cuius for
titudo obturavit torrentes et equi eorum cooperuerunt valles.
Dixit quod incensurum se fines meos et iuvenes meos occi
surum gladio infantes meos dare in predam virgines in captivitatem
Dominus autem omnipotens nocuit eum. Et tradidit in manus femine et con
fodit eum. Non enim cecidit potens eorum a iuvenibus nec filii tyta
ni percusserunt eum nec excelsi gygantes imposuerunt se illi. Sed Ju
dith vidua filia merari in specie faciei sue dissolvit eum.
Exuit enim se vestito viduitatis et induit se vestimento letitie in ex
ultatione filiorum Israel. Unxit faciem suam unguento et colligavit
cyncinnos suos mitra ad decipiendum illum. Sandalia eius rapu
erunt oculos eius / pulchritudo eius captivam fecit animam eius / am
putavit pugione cervicem eius. Horruerunt perse constantiam eius
et medi audaciam eius. Tunc ululaverunt castra assiriorum
Cum apparuerunt humiles mei arescentes in siti. Filii puellarum
compunxerunt eos / et sicut pueros fugientes occiderunt eos. perierunt
in prelio a facie domini mei. Ympnum novum cantemus domino deo
nostro Adonay domine deus magnus es tu et preclarus in virtute tua
et quem superare nemo potest. Tibi serviat omnis creatura tua. Quia
dixisti et facta sunt misisti spiritum tuum et creata sunt. Et non est qui
resistat iussioni tue. Montes a fundamentis movebuntur cum aquis
petre sicut cera liquescent ante faciem tuam. Qui autem timent
te magis magni erunt apud te per omnia. Ve genti insurgenti
super genus meum. Dominus enim omnipotens vindicabit eos in die
iudicii visitabit illos. Dabit enim ignem et vermes in carnes
eorum ut urantur et vivant et sentiant usque in sempiternum.
Et factum est post hec omnis populus post victoriam venit adorare

Incipit prologus in libro hester.

Assyriorum dominum et mox ut purificati sunt obtulerunt omnes ho
locausta mata et vota et repromissiones suas. Porro Judith uni
uersa arma bellica holofernis que dedit illi populus et co
nopeum quod ipsa sustulerat in anathema obliuionis tradidit Erat
autem populus iocundus secundum faciem sanctorum Et per tres men
ses gaudium huius victorie celebratum est cum judith Post dies
autem illos unusquisque rediit in sua Et Judith magna facta est in
Bethulia et preclarior erat uniuerse terre israel Erat etiam virtuti ca
stitatis adiuncta ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vite
sue ex quo defunctus est manasses vir eius Erat autem festis die
bus procedens cum magna gloria Mansit autem in domo viri sui an
nos centum et quinque et dimisit abram suam liberam et defun
cta est et sepulta cum viro suo in bethulia Luxit quoque illam omnis populus
diebus septem In omni autem spacio vite eius non fuit qui tur
baret israhel et post mortem eius annis multis Dies autem
victorie huius festiuitatis ab hebreis in numero sanctorum dierum accipitur
et colitur a judeis ex illo tempore usque in presentem diem

Prologus hester

Librum hester variis translatoribus constat esse viciatum. quem ego de archi-
uis hebreorum eleuans verbum e verbo transtuli quem librum
editio vulgata laciniosis hinc inde verborum funibus trahit
addens ea que ex tempore dici poterat et audiri. sicut
solitum est scolaribus disciplinis. sumpto themate excogi-
tare quibus verbis uti potuit qui iniuriam passus est vel
ille qui iniuriam fecit Vos autem o paula et eustochium quoniam et
et bibliothecas hebreorum studuistis intrare et interpretum certa-
mina comprobastis tenentes hester hebraicum librum per singula verba nostram
translationem aspicite ut possitis agnoscere me nihil etiam au-
gmentasse addendo sed veri testimonium simpliciter sicut in hebreo
habetur hystoriam hebraicam latine lingue tradidisse Nec
affectamus laudes hominum nec vituperationes expauescimus deo enim
placere curantes minas hominum penitus non timemus quoniam dissipat
deus ossa eorum qui hominibus placere desiderant Et secundum apostolum
qui eiusmodi sunt servi christi esse non possunt Rursum in libro hester
alphabetum ex minio usque ad teth litteram fecimus in diuersis locis
volentes scilicet lxx interpretum ordinem per hoc insinuare studioso le
ctori Nos enim iuxta morem hebreorum ordinem prosequi
etiam in septuaginta editione maluimus ut

Hester

I In diebus Asueri regis qui regnauit ab india usque ethyopi
am super centum viginti septem prouincias / qui sedit in solio
regni sui Susa ciuitas regni eius exordium fuit Tercio igitur
anno imperii sui fecit grande conuiuium principibus suis et pueris
suis fortissimis persarum et medorum inclitis et prefectis prouinci
arum coram se vt ostenderet diuicias glorie regni sui / et magni
tudinem atque iactanciam potencie sue multo tempore centum videlicet et
lxxx diebus Cumque implerentur dies conuiuii inuitauit omnem
populum qui inuentus est Susis a maximo usque ad minimum Et
iussit vii diebus conuiuium preparari in vestibulo orti et nemoris quod
regio cultu et manu artificum consitum erat Et pendebant in omni
parte tentoria aerei coloris / et carpasini et iacinctini sustentata
funibus byssinis atque purpureis qui eburneis circulis inserti
erant / et columnis marmoreis fulciebantur / lectuli quoque aurei
et argentei super pauimentum smaragdo et pario stratum
lapide dispositi erant / quod mira varietate pictura decorabat
Bibebant autem qui inuitati erant aureis poculis / et aliis
atque aliis vasis cibi inferebantur vinum quoque ut magnificencia
regia dignum erat abundans et precipuum ponebatur nec erat
qui nolentes cogeret ad bibendum Sed sic rex statuerat pro
nens mensis singulos de principibus suis vt sumeret unus
quisque quod vellet Vasthi quoque regina fecit conuiuium feminarum
in palatio vbi rex Asuerus manere consueuerat Itaque die
septimo cum esset hilarior et post nimiam potacionem incaluisset me
ro precepit Mauman Naaman et bazatha et arabana et gabatha
et zarath et abagatha et charthas vii eunuchis qui in
conspectu eius ministrabant ut introducerent reginam Vasthi
coram rege posito super caput eius dyademate ut ostenderet
cunctis populis et principibus illius pulcritudinem Erat enim pulchra
valde / que renuit ad regis imperium quod per eunuchos
mandauerat venire et contempsit Unde iratus rex / et
nimio furore succensus interrogauit sapientes / qui ex more
regio semper ei aderant Et illorum faciebat cuncta consilio
scientium leges ac iura maiorum Erant primi et proximi
Carsena et Sethar et amatha et tharsis et mares et ma
sana et mamutha vii duces persarum et medorum qui videbant
faciem regis / et primi post eum residere soliti erant Cui sen
tencie regina Vasthi subiaceret / que Asueri regis imperium
quod per eunuchos mandauerat facere noluisset Respondit que

Manutha audiente rege, atque principibus: Non solum regem lesit re
gina Vasthi, sed omnes principes et populos, qui sunt in cunctis pro
vinciis regis Asueri. Egredietur enim sermo regine ad omnes mulieres
ut contempnant viros suos et dicant: Rex Asuerus iussit ut regina
Vasthi intraret ad eum, et illa noluit. atque hoc exemplo omnes principum
coniuges persarum atque medorum parvipendent imperia maritorum.
Unde regis iusta est indignatio. Si tibi placet egrediatur edictum a facie
tua et scribatur iuxta legem persarum atque medorum quam preteriri illicitum
est, ut nequaquam ultra Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius al
tera que melior illa est accipiat. Et hoc in omne quod lati
ssimum est provinciarum tuarum divulgetur imperium. Et cuncte uxores
tam maiorum quam minorum deferant maritis suis honorem. Placuit
consilium eius regi et principibus, fecitque rex iuxta consilium Manutha
Et misit epistolas per universas provincias regni sui, ut quecumque
gens audire et legere poterat, diversis linguis et litteris esse
viros principes ac maiores in domibus suis et hoc per cunctos populos.

His ita gestis postquam regis indignatio divulgari
defervuerat, recordatus est Vasthi, vel que fecisset, vel
que passa esset. Dixeruntque pueri regis ac ministri
eius: Querantur regi puelle virgines ac speciose, et mittantur
qui considerent per universas provincias puellas speciosas et vir
gines, et adducant eas ad Susan civitatem, et tradant eas in domum
feminarum sub manu Egei eunuchi, qui est custos et prepositus
puellarum regiarum, et accipiant mundum muliebrem et cetera ad usus
necessaria. Et quecumque inter omnes oculis regis placuerit ipsa regnet pro
Vasthi. Placuit sermo regi, et ita ut suggesserant iussit fieri.
Erat vir iudeus in Susis civitate vocabulo Mardocheus filius
Yair filii Semei filii Cys de stirpe Gemini, qui translatus fuerat
de Ierusalem eo tempore quo Ieconiam regem iuda Nabuchodonosor rex babilo
nis transtulerat, qui fuit nutritius filie fratris sui Edisse, que
altero nomine vocabatur Hester. Et utrumque parentem amiserat, pulchra
nimis et decora facie. Mortuisque patre eius et matre Mardocheus
sibi eam adoptavit in filiam. Cumque percrebruisset regis imperium
et iuxta mandatum illius multe pulchre virgines adducerentur Su
sam et Egeo traderentur eunucho, Hester quoque inter ceteras pu
ellas ei tradita est ut servaretur in numero feminarum. Que placuit

II

ei et invenit gratiam in conspectu eius / ut acceleraret mundum mu-
liebrem et traderet ei partes suas et vii puellas speciosi-
ssimas de domo regis Et tam ipsam quam pedissequas eius ornaret
atque excoleret Que noluit ei indicare populum et patriam suam Mardo-
cheus enim preceperat ei ut de hac re omnino taceret Qui deambula-
bat cotidie ante vestibulum domus in qua electe virgines ser-
vabantur / curam agens salutis hester Et scire volens quid ei
accideret Cum autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum
ut intrarent ad regem expletis omnibus que ad cultum muliebrem
pertinebant / mensis xii vertebatur / ita dumtaxat ut sex mensibus
ungerentur oleo mirtino et aliis sex quibusdam pigmentis et
aromatibus uterentur Ingredientesque ad regem / quicquid po-
stulassent ad ornandum pertinens accipiebant / et ut eis placuerat
composite de triclinio feminarum ad regis cubiculum transibant / et
que intraverat vespere egrediebatur mane / atque in secundas edes
deducebatur / que sub manu Sasagazi eunuchi erant qui con-
cubinis regis presidebat / nec habebant potestatem ad regem ultra
redeundi nisi voluisset rex ut eam venire iussit ex nomine
Evoluto autem tempore per ordinem instabat dies quo hester
filia abrahel fratris mardochei quam sibi adoptaverat in filiam
debebat intrare ad regem que non quesivit muliebrem cultum
Sed quecumque voluit Egeus eunuchus custos virginum hec
ei ad ornandum dedit Erat enim formosa valde / et incredibili
pulchritudine / omnium que oculis graciosa et amabilis videbatur Du-
cta est itaque ad cubiculum regis Asueri mense decimo qui vocatur
Thebath septimo anno regni eius et adamavit eam rex plus
quam omnes mulieres Habuitque gratiam et misericordiam coram eo
super omnes mulieres Et posuit dyadema regni in capite eius
fecitque eam regnare in loco Vasthi Et iussit convivium preparari
permagnificum cunctis principibus et servis suis pro coniunctione et
nupciis Hester Et dedit requiem universis provinciis ac dona lar-
gitus iuxta magnificentiam principalem Cumque et secundo quererentur
virgines et congregarentur mardocheus manebat ad regis
ianuam Necdum prodiderat hester patriam suam et populum suum
iuxta mandatum eius Quicquid enim ille precipiebat / observabat
hester / et ita cuncta faciebat / ut eo tempore solita erat / quo eam
nutriebat Eo igitur tempore quo mardocheus ad regis ia-
nuam morabatur irati Bagathan et thares duo eunuchi

Regis qui ianitores erant et in primo limine palatii residebant
voluerunt in regem insurgere et occidere eum / quod Mardocheum non latuit
statimque nuntiavit regine Hester / et illa regi ex nomine Mardochei
qui ad se rem detulerat. Quesitum est et inventum est / et appen
sus est uterque eorum in patibulo mandatumque est historiis et anna
Post hec rex Asuerus exaltavit Ibilis coram rege
Aman filium Amadathi qui erat de stirpe Agag et
posuit solium eius super omnes principes quos habebat III
Cunctique servi regis qui in foribus palatii versabantur flectebant
genua et adorabant Aman. Sic enim preceperat eis imperator.
Solus Mardocheus non flectebat genua neque adorabat eum. Cui di
xerunt regis pueri qui ad fores palatii presidebant: Cur preter ceteros non
observas mandatum regis? Cumque hec crebrius dicerent et ille nollet
audire. Nuntiaverunt Aman scire cupientes utrum perseveraret in
sententia. Dixerat enim eis se esse iudeum. Quod cum audisset Aman
et experimento probasset quod Mardocheus non sibi flecteret genua
nec se adoraret. Iratus est valde. Et pro nichilo duxit in unum
Mardocheum mittere manus suas. Audierat enim quod esset gentis
iudee. Magisque voluit omnem iudeorum qui erant in regno
Asueri perdere nationem. Mense primo cuius vocabulum est Nysan anno
xii regis Asueri missa est sors in urnam que hebraice dicitur
phur coram Aman / quo die et quo mense gens iudeorum deberet
interfici. Et exivit mensis qui vocatur Adar. Dixitque Aman regi
Asuero: Est populus per omnes provincias regni tui dispersus et a se
mutuo separatus novis utens legibus et cerimoniis / insuper et regis
scita contempnens. Et optime nosti quod non expediat regno tuo ut
insolescat per licentiam. Si tibi placet decerne ut pereat et x milia tale
torum appendam archariis gaze tue. Tulit ergo rex anulum quo
utebatur de manu sua / et dedit eum Aman filio Amadathi
de progenie Agag hosti iudeorum. Dixitque ad eum: Argentum
quod polliceris tuum sit / de populo age quod tibi placet. Vocatique sunt
scribe regis mense primo Nysan xiii die mensis eiusdem. Et scriptum est
ut iusserat Aman ad omnes satrapas regis et iudices provin
ciarum diversarumque gentium ut quaeque gens legere poterat

et audire pro varietate lingwarum ex nomine regis asueri. Et littere
signate anulo ipsius misse sunt per cursores regis ad universas
provincias suas ut occiderent atque delerent omnes iudeos a puero
usque ad senem parvulos et mulieres uno die hoc est xiii mensis
xii qui vocatur adar et bona eorum diriperent. Summa autem epistolarum
fuit hec ut omnes provincie scirent et pararent se ad predictam
diem. Festinabant cursores qui missi erant regis imperium explere. Statim-
que in susis pependit edictum a rege. Et aman celebrante
convivium et cunctis iudeis qui erant in urbe flentibus

IIII Que cum audisset mardocheus scidit vestimenta sua et
indutus est sacco spargens cinerem capiti. Et in platea
medie urbis voce magna clamabat ostendens amaritudinem
animi sui et hoc eiulatu usque ad fores palacii gradiens. Non enim
licebat indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus quoque pro-
vinciis oppidis ac locis ad que crudele regis dogma pervenerat
planctus ingens erat apud iudeos ieiunium ululatus et fletus
sacco et cinere multis pro strato utentibus. Ingresse sunt autem puelle
hester et eunuchi nunciaverunt ei. Quod audiens consternata est
et vestem misit ut ablato sacco induerent eum. Quam accipere
noluit. Accitoque eunucho athach quem rex ministrum ei dederat
precepit ut iret ad mardocheum et disceret ab eo cur hoc faceret.
Egressusque athach ivit ad mardocheum stantem in platea ci-
vitatis ante hostium palacii. Qui indicavit ei omnia que acciderant
quo aman promisisset ut in thesauros regis pro iudeorum
nece inferret argentum. Exemplar quoque edicti quod pendebat
in susis dedit ei ut regine ostenderet et moneret eam ut
intraret ad regem et deprecaretur eum pro populo suo. Regressus
athach nunciavit hester omnia que mardocheus dixerat.
Que respondit ei et iussit ut diceret mardocheo. Omnes servi
regis et cuncte que sub dicione eius sunt norunt provincie
quod sive vir sive mulier non vocatus interius atrium regis intrat
absque ulla cunctatione statim interficiatur nisi forte rex auream
virgam ad eum extenderit pro signo clementie atque ita
possit vivere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero que
xxx iam diebus non sum vocata ad eum. Quod cum audisset mar-
docheus rursum mandavit hester dicens: Ne putes quod animam
tuam tantum liberes quia in domo regis es pre cunctis diebus

Iudeis. Si enim nunc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur iudei et
tu et domus patris tui peribitis. Et quis nouit utrum idcirco
ad regnum veneris ut tali tempore parareris. Rurſumque heſter hec verba
mardocheo mandauit. Vade et congrega omnes iudeos quos in
Suſis inveneris, et orate pro me. Non comedatis neque bibatis
tribus diebus et tribus noctibus, et ego cum ancillis meis
ſimiliter ieiunabo. Et tunc ingrediar ad regem contra legem faciens
inuocata. tradensque morti me et periculo. Iuit itaque mar-
docheus, et fecit omnia que ei heſter preceperat. Ca. v

Die autem tercio induta eſt heſter regalibus veſtimentis
et ſtetit in atrio domus regie, quod interius erat contra
baſilicam regis et ille ſedebat ſuper ſolium ſuum V
in conſiſtorio palacij contra hoſtium domus. Cumque vidiſſet heſter
reginam ſtantem, placuit oculis eius et extendit contra eam
auream virgam quam tenebat manu. Que accedens oſculata
eſt ſummitatem virge eius. Dixitque ad eam rex Quid vis
heſter regina, que eſt petitio tua et ſi dimidiam partem
petieris regni dabitur tibi. At illa reſpondit Si placet
regi obſecro ut venias ad me hodie et Aman tecum ad
convivium quod paravi. Statimque inquit rex vocate aman cito
ut heſter obediat voluntati. Venerunt itaque rex et Aman
ad convivium quod regina eis paraverat. Dixitque ei rex po-
quam vinum biberat habundanter. Quid petis ut detur tibi
et pro qua re poſtulas. Etiam ſi dimidiam partem regni mei
petieris impetrabis. Cui reſpondit heſter petitio mea et preces
ſunt iſte. Si inveni gratiam in conſpectu regis. et ſi regi
placet ut det mihi quod poſtulo ut meam impleat petitionem
veniat rex et Aman ad convivium quod paravi eis, et
cras aperiam regi voluntatem meam. Egreſſus eſt itaque illo die
aman letus et alacer. Cumque vidiſſet mardocheum ſedentem
ante fores palacij, et non ſolum non aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec
motum quidem de loco ſeſſionis ſue, indignatus eſt valde
Et diſſimulata ira reverſus eſt in domum ſuam. Convocavit
que ad ſe amicos et zares uxorem ſuam. Et expoſuit illis
magnitudinem diviciarum ſuarum filiorumque turbam et quanta eum
gloria ſuper omnes principes et ſervos ſuos rex elevaſſet, et poſt
hec ait Regina heſter nullum alium vocavit cum rege ad convivium

preter me apud quam etiam cras ad regem pransurus sum Et cum hec
omnia habeam nichil me habere puto quamdiu mardocheum iudeum
viderim sedentem ante fores regias Responderunt Zares uxor
eius et ceteri amici Iube parari excelsam trabem habentem alti
tudinis . l . cubitos / et dic mane regi ut appendatur super
eam mardocheus / et sic ibis cum rege ad convivium Placuit ei
consilium et iussit opressam excelsam parari crucem Iussit sibi afferri

VI

Noctem illam duxit insomnem hystorias et
annales priorum temporum Que cum illo presente lege
rentur ventum est ad illum locum ubi scriptum erat quomodo
nuntiasset mardocheus insidias bagathan et thares Eunuchorum
regem Asuerum iugulare cupientium Quod cum rex audisset ait
Quid pro hac fide honoris aut premii Mardocheus consecutus
est Dixerunt ei servi illius ac ministri Nichil omnino Mardo
cheus mercedis accepit Statimque rex Quis est inquit in atrio
Aman quippe interius atrium domus regie intraverat ut
suggereret regi ut iuberet Mardocheum suspendi in patibulo
quod ei erat preparatum Responderunt pueri Aman stat in atrio Dixit
que rex Ingrediatur Cumque esset ingressus ait illi Quid debet
fieri viro quem rex honorare desiderat Cogitans Aman in
corde suo / et reputans quod nullum alium rex honorare respondit
Debet indui vestimentis regiis et imponi super equum qui
de sella regis est et accipere regium dyadema super caput
suum Et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum
eius Et per plateas civitatis incedens clamet et dicat Sic
honorabitur quemcumque rex voluerit honorare Dixitque ei
rex Festina cito et sumpta stola et equo / fac ut locutus es
Mardocheo iudeo / qui sedet ante fores palatii Cave ne
quicquam de hiis que locutus es pretermittas Tulit itaque
Aman stolam et equum indutumque Mardocheum in platea
civitatis precedebat atque clamabat Hoc honore dignus est quemcum
que voluit rex honorare Reversusque est Mardocheus ad ia
nuam palatii Et Aman festinavit ire in domum suam lugens
et operto capite Narravitque Zares uxori sue omnia que
evenissent sibi Cui responderunt sapientes quos habebat in con
silio et uxor eius Si de semine Iudeorum est Mardocheus
ante quem cepisti cadere non ei poteris resistere sed cades in conspectu

eius Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi regis et
cito eum ad convivium quod regina paraverat pergere compulerunt
Intravit itaque rex et Aman ad convivium ut biberent cum regina
Dixitque ei rex etiam in secunda die postquam vino incaluerat Que
est petitio tua hester ut detur tibi / et quid vis tibi fieri
Etiam si dimidiam regni mei partem petieris impetrabis Ad
ad quem illa respondit Si inveni gratiam in oculis tuis o rex
Et si tibi placet / dona michi animam meam pro qua rogo. et
populum meum pro quo obsecro Traditi enim sumus ego et populus meus
ut conteramur et iugulemur et pereamus Atque utinam in servos
et ancillas venderemur. esset quod tolerabile malum et gemens
tacerem Nunc autem hostis noster est cuius crudelitas redundat in
regem Respondensque rex asuerus ait Quis est iste et cuius potentie
ut hec audeat facere Cui hester ait hostis et inimicus noster pessimus
est iste aman Quod ille audiens illico obstupuit vultum regis
et regine non sustinens Rex autem surrexit iratus de loco convivii
et intravit in ortum arboribus consitum Aman quoque surrexit ut
rogaret hester reginam pro anima sua intellexit enim a rege pa-
ratum sibi malum Qui cum reversus esset de orto nemoribus consito
et intrasset convivii locum reperit aman super lectum corruisse in quo
iacebat hester / et ait / etiam reginam vult iacere opprimere me presente
in domo mea Necdum verbum de ore regis exierat et statim ope-
ruerunt faciem eius Dixitque arbona unus de eunuchis qui
stabant in ministerio regis En lignum quod paraverat mardocheo qui
locutus est pro rege stat in domo aman habens altitudinem
l cubitos Cui dixit rex / appendite eum in eo Suspensus
itaque est aman patibulo quod paraverat mardocheo et regis ira
r vii Die illa dedit rex assuerus hester regine quievit VIII
domum aman adversarii iudeorum et mardocheus
ingressus est ante faciem regis Confessa est enim hester
quod esset patruus suus Tulitque rex anulum suum quem
ab aman recipi iusserat et tradidit mardocheo / hester autem
constituit mardocheum super domum suam Nec hiis contenta
procidit ad pedes regis flevitque et locuta est ad eum oravit
ut maliciam aman agagithe et machinationes eius
pessimas quas excogitaverat contra iudeos iuberet irritas fieri

At ille ex more sceptrum regium aureum protendit manu quo signum
clementie monstrabatur. Illa que consurgens stetit ante eum et ait
Si placet regi et si inveni gratiam in oculis eius, et deprecatio
mea non ei videtur esse contraria obsecro ut novis epistolis
veteres Aman littere insidiatoris et hostis iudeorum quibus eos
in cunctis regis provinciis perire preceperat corrigantur. Quomodo enim
sustinere potero necem et interfectionem populi mei. Respondit rex
Asuerus Hester regine et Mardocheo iudeo. Domum Aman
concessi Hester regine et ipsum iussi affigi cruci, quia ausus
est manum mittere in iudeos. Scribite ergo iudeis sicut vobis placet
ex nomine regis consignantes litteras anulo meo. Hec enim consue-
tudo erat ut epistole que ex regis nomine mittebantur et illius
anulo signate erant ut nemo auderet contradicere. Accitisque
scribis et librariis regis Erat autem tempus tercii mensis qui appellatur
Siban xxiii illius die scripte sunt epistole ut Mardocheus voluerat
ad iudeos et ad principes procuratoresque et iudices qui centum xxvii
ab india usque ethiopiam presidebant provinciis. provincie atque
provincie. populo atque populo iuxta linguas et litteras suas et iudeis
ut legere poterant et audire. Ipse que epistole que ex regis nomine
mittebantur anulo ipsius obsignate sunt, et misse per veredarios
qui per omnes provincias discurrentes veteres litteras novis nuntiis
prevenirent. Quibus imperavit rex ut convenirent iudeos per singulas
civitates et in unum preciperent congregari ut starent pro animabus
suis Et inimicos suos omnes cum coniugibus suis ac liberis et
universis domibus interficerent atque delerent Et constituta est per omnes
provincias una ultionis dies .i. xiii die mensis xii adar
Summaque epistole fuit hec ut in omnibus terris ac populis qui regis
Asueri subiacebant imperio Notum fieret paratos esse iudeos ad
capiendam vindictam de hostibus suis Egressique sunt veredarii celeres
nuntios perferentes Et edictum regis pependit in Susis Mardocheus
autem de palatio et de conspectu regis egrediens fulgebat in vestibus
regiis iacinctinis videlicet et aerinis coronam auream portans in
capite, et amictus serico pallio atque purpureo. omnisque civitas
exultavit et letata est. Iudeis autem nova lux oriri visa est
gaudium et honor et tripudium apud omnes populos urbes atque
provincias. Quocumque regis iussa veniebant mira ex

exultatio / epule atque convivia Et festus dies intantum ut alterius
gentis et secte eorum religioni et cerimoniis iungerentur
Grandis enim cunctos iudaici nominis terror invaserat Igitur
xii mensis quem adar vocari ante iam diximus xiii die quando
cunctis iudeis interfectio parabatur et hostes eorum inhiabant san-
guini versa vice iudei superiores esse ceperunt et se de adversariis
vindicare Congregati sunt per singulas civitates oppida et loca / ut
extenderent manum contra inimicos et persecutores suos Nullusque
ausus est resistere Eo quod omnes populos magnitudinis eorum
formido penetraret Nam et provinciarum iudices duces et pro
curatores omnisque dignitas que singulis locis et operibus
preerat extollebant iudeos timore mardochei quem principem
palatii / et plurimum posse cognoverant Fama quoque nominis
eius crescebat cotidie et per cunctorum ora volitabat Itaque per
cusserunt iudei inimicos suos plaga magna et occiderunt
eos reddentes eis quod sibi paraverant facere intantum ut in Susis d viros
interficerent et decem filios aman agagithe hostis iudeorum
quorum ista sunt nomina farsan datha delphon et hesphata
et forotha et adalia et aridata et ephermesta et arthasi
et aridai et vaizatha Quos cum occidissent predas de substan
tiis eorum tangere noluerunt Statim numerus eorum qui occisi erant
in Susis ad regem relatus est Qui dixit regine In ur
be Susis interfecerunt iudei d viros et alios x filios aman
quantam putas eos exercere cedem in universis provinciis Quid ultra
postulas / et quid vis ut fieri iubeam Cui illa respondit Si
regi placet detur iudeis potestas / ut sicut fecerunt hodie in Su
sis sic et faciant cras et x filii aman in patibulis suspendantur
Precepitque rex ut ita fieret Statimque in Susis pependit edictum
Et x filii aman suspensi sunt Congregatis iudeis xiiii die
mensis adar interfecti sunt in Susis ccc viri Nec eorum ab illis
direpta est substantia Sed et per omnes provincias que dicioni regis
subiacebant pro animabus suis steterunt iudei interfectis hostibus
ac persecutoribus suis intantum ut lxxv milia occisorum impleretur et
nullus de substantiis eorum quicquam contingeret Dies autem xiii
mensis adar unus apud omnes interfectionis fuit / et xiiii
die cedere desierunt / quem constituerunt esse sollempnem ut in eo
omni anno deinceps vacarent epulis / gaudio atque conviviis

Hester

Atque hii qui in urbe Susis cedem exercuerant xiii et xiiii die
eiusdem mensis adar in cede versati sunt. Quintadecima autem die per
cutere desierunt et idcirco eundem diem constituerunt sollempnem epularum
atque letitie. Hii vero qui in oppidis non muratis ac villis morabantur
quintumdecimum diem mensis adar conviviorum et gaudii decreverunt
ita ut exultent in eo, et mittant sibi mutuo partes epularum
et ciborum. Scripsit itaque mardocheus omnia hec et litteris conprehensa
misit ad iudeos qui in omnibus provinciis regis morabantur / tam
in vicino positis quam procul xiiii et xv diem mensis adar ut
pro festis susciperent / et revertente semper anno sollempni cultu
honore celebrarent / quia in ipsis diebus se ulti sunt iudei de
inimicis suis. Luctus atque tristicia in hilaritatem gaudiumque conversa
sunt. Essentque dies isti epularum atque letitie, et mitterent sibi
invicem partes ciborum et pauperibus munuscula largirentur. Su
sceperuntque iudei in sollempnem ritum / cuncta que eo tempore
facere ceperant / et que mardocheus litteris facienda mandaverat.
Aman enim filius Amadathi stirpis Agag hostis et adversarius
iudeorum cogitavit contra eos malum / ut occideret eos atque deleret.
Et misit phur quod nostra lingua vertitur in sortem. Et postea
ingressa est hester ad regem postulans ut conatus eius litteris
regis irriti fierent. Et malum quod contra iudeos cogitaverat reverteretur
in caput eius. Denique et ipsum et filios eius affixerunt cruci.
Atque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim id est sortium / eo quod
phur id est sors in urnam missa est. Et cuncta que gesta sunt. et
epistole et libri huius volumine continentur. Queque sustinuerunt
et que deinceps mutata sunt susceperunt iudei super se et se
mini suo / et super cunctos qui religioni eorum voluerint co
pulari ut nulli liceat duos hos dies absque sollempnitate
transigere quos scriptura testatur / et certa expetunt tempora annis sibi
per vices succedentibus. Isti sunt dies quos nulla umquam delebit
oblivio. Et per generationes singulas cuncte que in toto orbe
sunt provincie celebrabunt. Nec est ulla civitas in qua dies phu
rim id est sortium non observentur a iudeis et ab eorum progenie que
huius cerimoniis obligata est. Scripseruntque hester regina
filia abrahel et mardocheus iudeus etiam secundam epistolam
ut omni studio dies ista sollempnis sanctificaretur in posterum

Et miserunt ad omnes Iudeos qui in c xxvii provinciis regis Asweri versabantur ut haberent pacem et susciperent veritatem observantes dies sortium et suo tempore cum gaudio celebrarent sicut constituerunt Mardocheus et Hester Et illi observanda susceperunt a se et a semine suo ieiunia atque clamores et sortium dies / et omnia que in libri huius volumine continentur que

viii Rex vero Asuerus omnem terram hic vero hester historia ·IIII·
et cunctas maris insulas fecit tributarias cuius
fortitudo et imperium et dignitas atque sublimitas qua
exaltavit Mardocheum scripta sunt in libris Medorum atque Persarum
Et quomodo Mardocheus iudaici generis secundus a rege Asuero fuit
et magnus apud Iudeos et acceptabilis plebi fratrum suorum
querens bona populo suo et loquens ea que ad pacem seminis
sui pertinent Que habentur in hebreo plena fide expressi
Hec autem que sequuntur scripta reperi in editione vulgata que
grecorum lingua et litteris continentur Interim post finem libri
hoc capitulum ferebatur quod iuxta consuetudinem nostram obelo .i.
veru prenotavimus Dixitque Mardocheus a Deo facta sunt
ista Recordatus sum sompnii quod videram hec eadem significantis
nec eorum quicquam irritum fuit parvus fons qui crevit in
fluvium / et in lucem solemque conversus est et in aquas plurimas redundavit Hester est quam rex accepit et voluit
esse reginam Duo autem dracones / ego sum et Aman
gentes que convenerant hii sunt qui delere conati sunt
nomen Iudeorum Gens autem mea Israhel est / que clamavit
ad Dominum et salvum fecit Dominus populum suum liberavitque nos
de omnibus malis / et fecit signa magna atque portenta
inter gentes Et duas sortes esse precepit unam populi Dei
et alteram cunctarum gentium venitque utraque sors in statutum
ex illo iam tempore diem coram Deo universis gentibus
Et recordatus est Dominus populi sui / et misertus est hereditatis sue
Et observabuntur dies isti in mense Adar quarta decima et xv die
mensis eiusdem cum omni studio et gaudio in unum populi
cetum congregati in cunctas deinceps generationes
populi Israhel Sequitur capitulum c. x.

IX Anno quarto regnantibus ptholomeo et cleopatra
attulerunt dositheus qui se sacerdotem et leuitici generis
ferebat et ptholomeus filius eius hanc epistolam phu-
rim quam dixerunt interpretatum fuisse lisimachum
ptholomei filium in iherusalem. hoc quoque principium erat in editione
vulgata, quod nec in hebreo nec apud ullum fertur interpretum. Anno
secundo regnante artaxerxe maximo, prima die mensis nysan vidit
sompnium mardocheus filius iairi filii semei filii cys
de tribu beniamin homo iudeus qui habitabat in urbe susis
vir magnus et inter primos aule regie. Erat autem de eo numero
captivorum quos transtulerat rex babilonis nabuchodonosor de iherusalem
cum iechonia rege iude. Et hoc sompnium eius fuit. Apparue-
runt voces et tumultus et tonitrua et terre motus super terram.
Et ecce duo dracones magni parati contra se adversum. ad
quorum clamorem cuncte concitate sunt naciones ut pugnarent
contra gentem iustorum. Fuitque dies illa tenebrarum et discriminis
tribulacionis et angustie, et ingens formido super terram. Contur-
bataque est gens iustorum timentium mala sua, et preparata ad
mortem clamaverunt ad dominum. Et illis vociferantibus fons par-
vus crevit in fluvium maximum et in aquas plurimas redundavit.
Lux et sol ortus est. et humiles exaltati sunt et devoraverunt
inclitos. Quod cum vidisset mardocheus et surrexisset de stra-
to cogitabat quid deus facere vellet. et fixum habebat in animo
scire cupiens quid significaret sompnium.

X Morabatur autem eo tempore in aula regis cum bagatha
et thara eunuchis regis qui ianitores erant
palacii. Cumque intellexisset cogitationes eorum et curas
diligencius pervidisset, didicit quod conarentur in regem artha-
xersem manum mittere. et nunciavit super eo regi. Qui
de utroque habita questione confessos duci iussit ad mortem. Rex
autem quod gestum erat scripsit in commentariis. Sed et mardocheus
rei memoriam litteris tradidit. Precepitque ei rex ut in aula
palacii moraretur datis ei pro delacione muneribus. Aman
vero filius amadathi bugeus erat gloriosissimus coram re-
ge. et voluit nocere mardocheo et populo eius pro duobus
eunuchis regis qui fuerant interfecti. Hucusque prohemium.
Que sequuntur in eo loco posita erant ubi scriptum est
in volumine et diripuerunt vel substancias eorum. Que in
sola vulgata edicione reperimus. Epistole autem exemplar hoc fuit

Hester

Rex maximus Arthaxerses ab India usque ethio
piam c. xxvii. provinciarum principibus et ducibus
qui eius imperio subditi sunt salutem Cum pluribus
gentibus imperarem et universum orbem mee ditioni XI
subiugassem volui nequaquam potentie abuti magnitudine
sed clementie et lenitate gubernare subiectos ut et absque ullo ter
rore vitam silentio transientes optata cunctis mortalibus pace
fruerentur Querente autem me a consiliariis meis quomodo hoc po
sset impleri unus qui fide et sapientia ceteros precellebat et erat
post regem secundus Aman nomine indicavit michi in toto orbe terrarum
populum esse dispersum qui novis uteretur legibus et contra omnium gentium
consuetudinem faciens iussa regum contemneret et universarum con
cordiam nationum sua dissensione violaret Quod cum didicissemus
videntes unam gentem rebellem adversus omne hominum genus perversis
uti legibus nostrisque iussionibus contraire et turbare subiectarum nobis
provinciarum pacem atque concordiam iussimus ut quoscumque Aman
qui omnibus provinciis prepositus est et secundus a rege et quem
patris loco colimus monstraverit cum coniugibus ac liberis deleantur
ab inimicis suis nullusque eorum misereatur quartadecima die mensis xii
Adar anni presentis ut nepharii homines uno die ad inferos
descendentes reddant imperio nostro pacem quam turbaverunt
Hucusque exemplar epistole Que sequuntur post eum locum scripta
reperi ubi legitur Pergensque Mardocheus fecit omnia que
preceperat ei Hester Nec tamen habentur in hebraico et apud
nullum penitus feruntur interpretum Mardocheus autem deprecatus
est dominum memor omnium operum eius et dixit Domine deus
rex omnipotens in ditione enim tua cuncta sunt posita et non est
qui possit tue resistere voluntati si decreveris salvare
Israel Tu fecisti celum et terram et quicquid
celi ambitu continetur Dominus omnium tu es nec est qui
resistat tue maiestati Cuncta nosti et scis quia non pro super
bia et contumelia et aliqua glorie cupiditate fecerim hoc
ut non adorarem Aman superbissimum libenter enim pro salu
te Israel etiam vestigia eius pedum deosculari paratus essem
sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominem et ne quemquam
adorarem excepto deo meo Et nunc domine rex deus Abraham

miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere et hereditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam quam redemisti de egipto. Exaudi deprecationem meam, et propicius esto sorti et funiculo hereditatis tue, et converte luctum nostrum in gaudium ut viventes laudemus nomen tuum domine, et ne claudas ora canentium te. Omnis quoque israel pari mente et obsecratione clamavit ad dominum eo quod eis certa mors impenderet.

XII Hester quoque regina confugit ad dominum pavens periculum quod imminebat. Cumque deposuisset vestes regias, fletibus et luctui apta indumenta suscepit et pro unguentis variis cinere et stercore implevit caput et corpus suum humiliavit ieiuniis, omniaque loca in quibus ante letari consueverat, crinium laceratione complevit. Et deprecabatur dominum deum israel dicens: Domine mi qui rex noster es solus, adiuva me solitariam, et cuius preter te auxiliator nullus est alius. Periculum meum in manibus meis est. Audivi a patre meo quod tu domine tulisses israel de cunctis gentibus et patres nostros ex omnibus retro maioribus suis ut possideres hereditatem sempiternam, fecistique eis sicut locutus es. Peccavimus in conspectu tuo et ideo tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum; coluimus enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit quod durissima nos opprimunt servitute, sed robur manuum suarum idolorum potentie deputantes volunt tua mutare promissa et delere hereditatem tuam et claudere ora te laudantium atque extinguere gloriam templi et altaris tui ut aperiant ora gentium et laudent idolorum fortitudinem et predicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas domine sceptrum tuum his qui non sunt ne rideant ad ruinam nostram, sed converte consilium eorum super eos et eum qui in nos cepit sevire disperde. Memento domine et ostende te nobis in tempore tribulationis nostre et michi da fiduciam domine rex deorum et universe potestatis. Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis et transfer cor illius in odium hostis nostri ut et ipse pereat et ceteri qui ei consentiunt. Nos autem libera in manu tua et adiuva me nullum aliud habentem auxilium nisi te domine qui habes omnium scientiam et nosti quod oderim gloriam iniquorum et detester cubile incircumcisorum et omnis alienigene. Tu scis necessitatem meam et neccessitatem meam scis quod abhominer signum superbie et glorie mee quod est super caput meum in die ostentationis mee, et

detester illud quasi pannum menstruate et non portem in diebus silencii mei / et quod non comederim in mensa Aman nec michi placuit convivium regis / et non biberim vinum libaminum Et numquam letata sit ancilla tua ex quo die huc translata sum usque in presentem diem nisi in te domine deus abraham deus fortis super omnes exaudi vocem eorum qui nullam aliam spem habent / et libera nos de manu iniquorum / et erue me a timore meo / hec quoque addita regi in edicione vulgata

Et mandavit ei haud dubium quin mardocheus / quod hester ut ingrederetur ad regem et rogaret pro populo suo et pro patria sua Memorare inquit dierum humilitatis tue XIIII
quo nutrita sis in manu mea Quia aman secundus a rege constitutus locutus est contra nos in mortem Et ista que subdita sunt in edicione vulgata regi Die autem tercio posuit vestimenta ornatus sui et circumdata est gloria sua Cumque regio fulgeret habitu Et invocasset omnium rectorem et salvatorem deum assumpsit duas famulas / et super unam quidem innitebatur quasi pre deliciis et nimia teneritate corpus suum ferre non sustinens Ipsa autem roseo colore vultum perfusa et gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum / et nimio timore contractum Ingressa igitur cuncta per ordinem hostia stetit contra regem ubi ille residebat super solium regni sui indutus vestibus regiis auro quoque fulgens et preciosis lapidibus / eratque terribilis aspectu Cumque elevasset faciem et ardentibus oculis furorem pectoris indicasset regina corruit et in pallorem colore mutato lapsum super ancillam reclinavit caput Convertitque deus spiritum regis in mansuetudinem et festinus ac metuens exsilivit de solio sustentans eam ulnis suis donec rediret ad se his verbis blandiebatur Quid habes hester ego sum frater tuus Noli metuere non morieris Non enim pro te sed pro omnibus hec lex constituta est Accede igitur et tange sceptrum Cumque illa reticeret tulit auream virgam / et posuit super collum eius et osculatus est eam / et ait Cur michi non loqueris Que respondit Vidi te domine quasi angelum dei / et conturbatum est cor meum pre timore glorie tue Valde enim mirabilis es domine et facies tua plena est graciarum Cumque loqueretur rursus corruit et pene exanimata est Rex autem turbatus est / et omnes ministri eius consolabantur eam Exemplar epistole regis artaxerxis / quod pro iudeis ad totas regni sui provincias misit / quod et ipsum in hebraico volumine non habetur

XIIII

Rex magnus Arthaxerses ab india usque ethyopiam
centum xxvii provinciarum ducibus ac principibus qui
nostre obediunt iussioni salutem dicit Multi enim bo-
nitate principum et honore qui in eos collatus est
abusi sunt in superbiam / et non solum subiectos regibus
nituntur opprimere sed datam sibi gloriam non ferentes in ipsos
qui dederunt moliuntur insidias Non contenti sunt gratias non agere
beneficiis / et humanitatis in se iura violare sed dei quoque cuncta cer-
nentis arbitrantur se posse fugere sententiam / et in tantum vesanie pro-
ruperunt ut eos qui credita sibi officia diligenter observant et
ita cuncta agunt ut omni laude digni sint mendaciorum cuniculis
conentur subvertere / Dum aures principum simplices et ex sua natura
alios estimantes / callida fraude decipiunt Que res et ex
veteribus probatur hystoriis / et ex hiis que geruntur cotidie
quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia depraventur
Unde providendum est paci omnium provinciarum Nec putare
debetis si diversa iubeamus ex animi nostri venire levitate Sed
pro qualitate et necessitate temporum ut rei publice poscit utilitas
ferre sententiam Et ut manifestius quod dicimus intelligatis Aman
filius Amadathi animo et gente macedo alienusque a
persarum sanguine Et pietatem nostram sua crudelitate commaculans
peregrinus a nobis susceptus est Et tantam in se expertus humanitatem
ut pater noster vocaretur et adoraretur ab omnibus post regem secundus
qui in tantum arrogantie tumorem sublatus est ut regno nos priva-
re niteretur et spiritu Nam mardocheum cuius fide et beneficiis vi-
vimus et consortem regni nostri hester cum omni gente sua
novis quibusdam atque inauditis machinis expetivit in mortem
hec cogitans ut illis interfectis insidiaretur nostre solitudini / et
regnum persarum transferret in macedones Nos autem pessimo
mortalium iudeos neci destinatos in nulla penitus culpa
reperimus Sed econtrario iustis utentes legibus et filios altissi-
mi semperque viventis dei cuius beneficio / et patribus nostris et
nobis regnum est traditum et usque hodie custoditur Unde
eas litteras quas sub nomine nostro ille direxerat sciatis
esse irritas Pro quo scelere ante portas huius urbis id est Susis
et ipse qui machinatus est / et omnis cognatio eius pendet
in patibulis non nobis / sed deo illi reddente quod meruit

Incipit prologus in libro Iob

Hoc autem edictum quod nunc mittimus in cunctis urbibus proponatur. ut
liceat Iudeis uti legibus suis, quibus debetis esse adminicula
ut eos qui se ad necem eorum paraverant possint interficere xiii die
mensis xii qui vocatur adar. Hanc enim diem omnipotens deus me
roris et luctus eis vertit in gaudium. Unde et vos inter ceteros
dies festos habetote diem et celebrate eam cum omni leticia ut
in posterum cognoscant omnes, qui fideliter persis obediunt / digna
pro fide recipere mercedem. Qui autem insidiatur regno eorum pe
rire pro scelere. Omnis autem provincia et civitas que noluerit
solemnitatibus huius esse particeps gladio et igne pereat
Et sic deleatur ut non solum hominibus sed etiam aliis bestiis invia
sit in sempiternum pro exemplo contemptus et inobediencie

Cogor per singulos scripture divine libros adver
sariorum respondere maledictis qui interpretationem
meam reprehensionem lxx interpretum criminantur
Quasi non et apud grecos aquila simachus
et theodotion vel verbum e verbo vel sensum
e sensu vel ex utroque commixtum et medie tempera
tum genus translationis expresserint, et omnia veteris instru
menta volumine origenes / obelis asteriscisque distinxerit quos
vel additos vel a theodotione sumptos translationi antique
inseruit / probans defuisse quod additum est / Discant igitur obtrecta
tores mei recipere in toto quod in partibus susceperunt / aut inter
pretationem meam cum asteriscis radere. Neque enim fieri potest / ut quos
plura intermisisse susceperint non eos etiam in quibusdam errasse
fateantur. Precipue in Iob. Cui si ea que sub asteriscis addita
sunt subtraxeris pars voluminis maxima detruncabitur. et hoc dum
taxat apud grecos. Ceterum apud latinos ante eam translationem
quam sub asteriscis et obelis nuper edidimus septingenti ferme
fere aut octingenti versus desunt. ut decurtatus et laceratus
corrosusque liber / feditatem sui publice legentibus prebeat
Hec translatio nullum de veteribus sequitur interpretem. sed ex ipso hebra
ico arabicoque sermone et interdum syro nunc verba nunc sensus
nunc simul utrumque resonabit. Obliquus enim etiam apud he
breos totus liber fertur / et lubricus / et quod greci rhetores
[illegible]
vocant eschimatismenos in hebreo, dumque aliud loquitur aliud

aut ut si velis anguillam aut murenulam strictis tenere manibus
quanto fortius presseris tanto citius elabitur. Memini me ob intelli-
gentiam huius voluminis lyddeum quendam preceptorem qui apud
hebreos primus haberi putabatur non parvis redemisse nummis cuius
doctrina an aliquid profecerim nescio hoc unum scio non potuisse
me interpretari nisi quod ante intellexeram. A principio itaque
voluminis usque ad verba Job apud hebreos prosa oratio est. Porro
a verbis Job in quibus ait pereat dies in qua natus sum
et nox in qua dictum est conceptus est homo usque ad eum locum
ubi ante finem voluminis scriptum est Idcirco me ipse reprehendo
et ago penitentiam in favilla et cinere exametri versus sunt / dactilo
spondeoque currentes / et propter lingue ydioma crebro recipientes
et alios pedes non earundem sillabarum sed eorundem temporum. Interdum
quoque rithmus ipse dulcis et tinnulus fertur / verum lege re-
solutis / quod metrici magis quam simplex lector intelligunt. A sup-
radicto autem versu / usque ad finem libri parvum comma quod re-
manet prosaica oratione contexitur. Quod si cui videtur incre-
dulum metra scilicet esse apud hebreos / et in morem nostri
flacci grecique pindari et alchei et saphon / vel psalterium
vel lamentationes Jeremie vel omnia fere scripturarum can-
tica comprehendi / legat philonem Josephum origenem
cezariensem eusebium et eorum testimonio me verum
dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei Idcirco me
in hoc volumine laborasse non ut interpretationem antiquam
reprehenderem sed ut ea que in illa aut obscura fuerint aut
omissa / aut certe scriptorum vitio depravata manifestiora nostra
interpretatione fierent / qui et hebreum sermonem ex parte didicimus
et in latino pene ab ipsis cunabulis inter gramaticos et
rethores et philosophos detriti sumus. Quod si apud grecos post lxx
editionem iam christi evangelio chorustante Judeus aquila
et Simachus ac theodotion iudayzantes heretici sunt recepti
qui multa misteria salvatoris subdola interpretatione celaverunt
et tamen in exaplois habentur apud ecclesias et explanantur
ab ecclesiasticis viris Quanto magis ego christianus de parentibus
christianis natus / et vexillum crucis in mea fronte portans cuius
studium fuit omissa repetere depravata corrigere / et sacramenta
ecclesie puro et fideli aperire sermone vel astudiosis vel a

in aliis lectoribus non verbo reddidi. Habeant qui volunt veteres
libros vel in membranis ut vulgo aiunt purpureis auro
argentoque descriptos vel uncialibus ut vulgo aiunt litteris
onera magis exarata quam codices, dum mihi meisque
permittant pauperes habere scedulas, et non tam pulcros codices
quam emendatos. Utraque editio et septuaginta iuxta grecos et mea iuxta
hebreos in latinum meo sub labore translata est. Eligat unus-
quisque quod volet et studiosum se magis quam malivolum probet.
Dicitur quidem habitasse Iob in Ausitide, in finibus
Ydumee et Arabie. Et erat ei antea nomen Iobab. Et
accepit uxorem Arabissam, genuitque filium cui nomen erat
Ennon. Erat autem ipse filius quidem Zare de Esau filiis fi-
lius, de matre vero Bosra, ita ut sit quintus ab Abraham.
Et hii sunt reges qui regnaverunt in Edom, in qua et ipse
regnavit regione. Primus Bela filius Beor, et nomen civitatis
eius Denaba. Post autem Balach Iobab qui vocatur Iob.
Post hunc regnavit Husam qui erat dux ex Themanorum
regione. Post hunc Adad filius Bedath qui cecidit Ma-
dian in campo Moab, et nomen civitatis eius Gethaim.

Si aut fiscellam iunco texerem aut palmarum
folia complicarem, ut in sudore vultus mei co-
mederem panem, et ventris opus sollicita mente
tractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia
iuxta sententiam Salvatoris volo operari cibum qui non perit,
et antiquam divinorum voluminum viam sentibus virgultisque
purgare, error mihi geminus infligitur. Corrector vitiorum
falsarius vocor, et errores non corrigere sed serere. Tanta est
enim vetustatis consuetudo, ut etiam confessa plerisque vi-
cia placeant, dum magis pulcros habere volunt codices quam
emendatos. Quapropter o fratres dilectissimi vice mea nobilitate
et humilitatis exemplum pro flagellis calatis sportulis que
munuscula monachorum spiritualia hec et mansura
dona suscipite, ac beatum Iob, qui adhuc apud latinos
iacebat in stercore et vermibus scatebat errorum, integrum
immaculatumque gaudete. Quomodo enim post probationem

Incipit liber Iob

atque victoriaque duplicia ei universa sunt reddita Itaque ego in
lingwa nostra ut audacter loquar feci eum habere que amiserat
Igitur et vos et unumquemque lectorem solita prefatione co
moneo et in principiis librorum eam semper adnectens
rogo ut ubicumque precedentes virgulas viderit sciat que
subiecta sunt in hebreis voluminibus non haberi porro ubi stel
le ymago refulserit ex hebreo in nostrum sermonem addita
non et illa que habere videbantur et ita corrupta erant
ut sensum legentibus tolleret orationibus nobis magno
labore correcta magis utile quod ex odio meo celesys
xpi conventum ratus quam ex alio negotio

I Vir erat in terra hus nomine Iob Et erat
vir ille simplex et rectus ac timens
deum et recedens a malo Natique sunt ei
septem filii et tres filie Et fuit possessio
eius septem milia ovium et tria milia
camelorum quingenta quoque iuga boum et quingente
asine ac familia multa nimis Eratque vir ille magnus
inter omnes orientales Et ibant filii eius et faciebant
convivium per domos unusquisque in die suo Et mittentes
vocabant tres sorores suas ut comederent et biberent
cum eis Cumque in orbem transissent dies convivii mitte
bat ad eos Iob et sanctificabat illos Consurgensque di
luculo offerebat holocausta per singulos Dicebat enim Ne
forte peccaverint filii mei et benedixerint deo in cor
dibus suis Sic faciebat Iob cunctis diebus Quadam autem
die cum venissent filii dei ut assisterent coram domino
affuit inter eos etiam Sathan Cui dixit dominus Unde
venis Qui respondit Circuivi terram et perambulavi
eam Dixitque dominus ad eum Numquid considerasti servum
meum Iob quod non sit similis ei in terra homo simplex
et rectus et timens deum et recedens a malo Cui respondit
Sathan et ait Numquid frustra timet Iob deum Nonne
tu vallasti eum et domum eius universamque substantiam
per circuitum operibusque manuum eius benedixisti Et possessio
eius crevit in terra Sed extende paululum manum tuam
et tange cuncta que possidet nisi in faciem benedixerit
tibi Dixit ergo dominus ad Sathan Ecce universa que sunt

in manu tua sunt. Tantum in eum ne extendas manum tuam
Egressusque est sathan a facie domini. Cum autem quadam
die filii et filie eius comederent et biberent vinum in do
mo fratris sui primogeniti. Nuncius venit ad Job qui diceret
Boves arabant / et asine pascebantur iuxta eos / et irruerunt
Sabei / tuleruntque omnia et pueros percusserunt gladio / et
evasi ego solus ut nunciarem tibi. Cumque adhuc ille lo
queretur. venit alter et dixit. Ignis dei descendit de celo
et tactas oves puerosque consumpsit et effugi ego solus
ut nunciarem tibi. Sed adhuc illo loquente venit alius
et dixit. Caldei fecerunt tres turmas et invaserunt ca
melos et tulerunt eos necnon et pueros percusserunt gladio
et effugi ego solus ut nunciarem tibi. Adhuc loquebatur
ille et ecce alius intravit et dixit. Filiis tuis et filiabus
vescentibus et bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti
repente ventus vehemens irruit a regione deserti / et
concussit quatuor angulos domus que corruens oppressit
liberos tuos et mortui sunt. Et effugi ego solus ut
nunciarem tibi. Tunc surrexit Job et scidit tunicam suam / et
tonso capite corruens in terram adoravit et dixit. Nudus
egressus sum de utero matris mee / et nudus revertar illuc
Dominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est
Sit nomen domini benedictum. In omnibus hiis non peccavit
Job labiis suis neque stultum quid contra deum locutus est
Factum est autem cum quadam die venissent filii dei et
starent coram domino. Venisset quoque sathan inter eos
et staret in conspectu eius ut diceret dominus ad sa II
than Unde venis. Qui respondens ait. Circuivi terram et
perambulavi eam. Et dixit dixit dominus ad sathan
Numquid considerasti servum meum Job / quod non sit similis ei in
terra vir simplex et rectus et timens deum ac recedens a
malo et adhuc retinens innocentiam. Tu autem commovi
sti me adversus eum ut affligerem eum frustra. Cui respondens
sathan ait pellem pro pelle et cuncta que habet homo dabit
pro anima sua alioquin mitte manum tuam / et tange os
eius et carnem / et tunc videbis quod in faciem benedixit tibi
Dixit ergo dominus ad sathan Ecce in manu tua est verumtamen

nimam illius serua Egressus igitur sathan a facie domini percussit
job ulcere pessimo a planta pedis usque ad uerticem eius qui
testa saniem deradebat sedens in sterquilinio Dixit autem
illi uxor sua Adhuc tu permanes in simplicitate tua Be
nedic deo et morere Qui ait ad illam Quasi una de
stultis mulieribus locuta es Si bona suscepimus de manu
domini mala autem quare non sustineamus In omnibus hiis
non peccauit job labiis suis Igitur audientes tres amici
job omne malum quod accidisset illi venerunt singuli
de loco suo eliphaz themanites baldad suites et sophar
naamatites Condixerant enim ut pariter uenientes visi
tarent eum et consolarentur Cumque eleuassent procul oculos
suos non cognouerunt eum et exclamantes plorauerunt scissis
que uestibus sparserunt puluerem super caput suum et sederunt
cum eo in terra septem diebus et septem noctibus et nemo
loquebatur ei verbum videbant enim dolorem esse uehementem

III
Post hec aperuit job os suum et maledixit
diei suo et locutus est Pereat dies in qua natus
sum et nox in qua dictum est conceptus est ho
mo Dies ille vertatur in tenebras non requirat
eum deus desuper et non sit in recordatione et non illustre
tur lumine et obscurent eum tenebre et umbre mortis
occupet eum caligo et inuoluatur amaritudine Noctem
illam tenebrosus turbo possideat non computetur in diebus
anni nec numeretur in mensibus Sit nox illa solitaria nec
laude digna Maledicant ei qui maledicunt diei qui parati
sunt suscitare leuiatan Obtenebrentur stelle caligine
eius expectet lucem et non videat nec ortum surgentis
aurore quia non conclusit hostia uentris qui portauit me
nec abstulit mala ab oculis meis Quare non in vulua
mortuus sum egressus ex utero non statim perii Quare
exceptus genibus Cur lactatus uberibus Nunc enim dor
miens silerem et somno meo requiescerem cum regibus et
consulibus terre qui edificant sibi solitudines aut cum
principibus qui possident aurum et replent domos suas
argento aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem
uel qui concepti non viderunt lucem Ibi impii cessauerunt
a tumultu et ibi requieuerunt fessi robore et quondam

vincti pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris. Par-
vus et magnus ibi sunt, et servus liber a domino suo. Quare
data est misero lux et vita. hiis qui in amaritudine
anime sunt, qui expectant mortem et non venit. Quasi
effodientes thezaurum gaudent quod vehementer cum inve-
nerint sepulcrum. viro cuius abscondita est via, et circumdedit
eum deus tenebris. Ante quam comedam suspiro. Et
tamquam inundantes aque sic rugitus meus. quia timor quem
timebam evenit michi et quod verebar accidit. Nonne dissi-
mulavi. nonne silui. nonne quievi. Et venit super me indi-
Respondens autem elyphaz Temanites gnatio
dixit. Si ceperimus loqui tibi, forsitan moleste ac-
cipies. sed conceptum sermonem tenere quis poterit. Ecce
docuisti multos. et manus lassas roborasti. vacillantes confir-
maverunt sermones tui. et genua trementia confortasti. Nunc
autem venit super te plaga et defecisti. tetigit te et contur-
batus es. Ubi est timor tuus. fortitudo tua. paciencia tua
et perfectio viarum tuarum. Recordare obsecro te quis unquam
innocens periit. aut quando recti deleti sunt. Quin potius vidi
eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metunt
eos. flante deo perisse et spiritu ire eius esse consumptos.
Rugitus leonis et vox leene et dentes catulorum leonum con-
triti sunt. Tigris periit eo quod non haberet predam. et catuli leonis
dissipati sunt. porro ad me dictum est verbum absconditum
et quasi furtive suscepit auris mea venam susurri eius.
In horrore visionis nocturne. quando solet sopor occupare ho-
mines pavor tenuit me. et tremor. et omnia ossa mea
perterrita sunt. et cum spiritus me presente transiret. inhorruerunt
pili carnis mee. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum
ymago coram oculis meis. et vocem quasi aure lenis audivi.
Numquid homo dei comparatione iustificabitur. aut factori suo
purior erit vir. Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles. et in an-
gelis suis reperit pravitatem. quanto magis hii qui inhabitant
domos luteas. qui terrenum habent fundamentum consumentur
velut a tinea. De mane usque ad vesperam succidentur et
quia nullus intelligit in eternum peribunt. Qui autem reliqui
fuerint auferentur ex eis. morientur et non in sapientia

IIII

V. Voca ergo si est qui tibi respondeat et ad aliquem sanctorum
convertere vere stultum interficit iracundia et parvulum occi-
dit invidia Ego vidi stultum firma radice et male-
dixi pulchritudini eius statim Longe fiant filii eius a salute
et conterentur in porta et non erit qui eruat Cuius messem
famelicus comedit et ipsum rapiet armatus et bibent sicien-
tes divitias eius Nichil in terra sine causa fit et de hu-
mo non orietur dolor Homo ad laborem nascitur et
avis ad volandum Quamobrem ego deprecabor dominum et ad deum
ponam eloquium meum Qui facit magna et inscrutabilia
et mirabilia absque numero Qui dat pluviam super faciem
terre et irrigat aquis universa Qui ponit humiles in sub-
limi et merentes erigit sospitate Qui dissipat cogitationes
malignorum ne possint implere manus eorum quod ceperant Qui
apprehendit sapientes in astucia sua et consilia pravorum
dissipat Per diem incurrent tenebras Et quasi in nocte sic
palpabunt cogitationes in meridie Porro salvum faciet egenum
a gladio oris eorum et de manu violenti pauperem et erit
egeno spes iniquitas autem contrahet os suum Beatus homo qui
corripitur a deo Increpationem autem domini ne reprobes quia ipse
vulnerat et medetur percutit et manus eius sanabunt In
sex tribulationibus liberabit te et in septima non tanget te
malum In fame eruet te de morte et in bello de manu
gladii A flagello lingue absconderis et non timebis cala-
mitatem cum venerit In vastitate et fame ridebis et be-
stiam terre non formidabis sed cum lapidibus regionum pactum
tuum et bestie terre pacifice erunt tibi Et scies quoniam multiplex
erit semen tuum et progenies tua quasi herba terre Ingredieris
in habundancia sepulcrum sicut infertur acervus in tempore suo Ecce
hoc ut investigavimus ita est Quod auditum mente pertracta

VI. Respondens autem Iob dixit Utinam appenderentur
peccata mea in quibus iram merui et calamitas
quam patior in statera Quasi arena maris hec gra-
vior appareret unde et verba mea dolore sunt plena Quia
sagitte domini in me sunt quarum indignatio ebibit spiritum
meum et terrores domini militant contra me Numquid rugiet
onager cum habuerit herbam aut mugiet bos cum ante presepe
steterit plenum aut poterit comedi insulsum quod non est
sale conditum aut potest aliquis gustare quod

gustatum affert mortem. Quae enim esurienti etiam ama-
ra dulcia esse videntur. Quae prius tangere nolebat ani-
ma mea nunc prae angustia cibi mei sunt. Quis det ut
veniat petitio mea, et quod expecto tribuat mihi deus
et qui coepit ipse me conterat, solvat manum suam et
succidat me et haec mihi sit consolatio ut affligens me do-
lore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. Quae est
enim fortitudo mea ut sustineam, aut quis finis meus
ut patienter agam. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea
nec caro mea aenea est. Ecce non est auxilium mihi in me
et necessarii quoque mei recesserunt a me. Qui tollit ab amico suo
misericordiam timorem domini derelinquit. Fratres mei praeterierunt
me, sicut torrens qui raptim transit in convallibus. Qui
timent pruinam irruet super eos nix. Tempore quo fuerint
dissipati peribunt, et ut incaluerit sol solventur de loco
suo. Involutae sunt semitae gressuum eorum, ambulabunt
in vacuum et peribunt. Considerate semitas Theman itinera
Saba et expectate paulisper. Confusi sunt quia speravi
in deo venerunt quoque usque ad me et pudore cooperti
sunt. Nunc venistis et modo videntes plagam meam timetis.
Numquid dixi afferte mihi et de substantia vestra donate mihi
vel liberate me de manu hostis et de manu robustorum
eruite me. Docete me et ego tacebo et si quid forte
ignoravi instruite me. Quare detraxistis sermonibus veritatis
cum e vobis nullus sit qui possit arguere me. Ad incre-
pandum tantum eloquia concinnatis et in ventum verba profertis.
Super pupillum irruitis et subvertere nitimini amicum
vestrum. Verumtamen quod coepistis explete praebete aurem et
videte an mentiar. Respondete obsecro absque contentione
et loquentes id quod iustum est iudicate, et non invenietis
in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis
Militia est vita hominis. stulticia personabit VII
super terram et sicut dies mercenarii dies eius.
Sicut servus desiderat umbram et mercenarius
praestolatur finem operis sui, sic et ego habui men-
ses vacuos et noctes laboriosas enumeravi mihi.

Si dormiero dicam quando consurgam et rursus expectabo
vesperam / et replebor doloribus usque ad tenebras. Induta
est caro mea putredine et sordibus pulveris. Cutis mea
aruit et contracta est / Dies mei transierunt quam a texente
tela succiditur / et consumpti sunt absque ulla spe. Memento
quia ventus est vita mea / et non revertetur oculus meus ut vi
deat bona / nec aspiciet me visus hominis. Oculi tui in
me et non subsistam. Sicut consumitur nubes et pertransit.
sic qui descenderit ad inferos non ascendet nec revertetur
ultra in domum suam / neque cognoscet eum amplius locus eius.
Quapropter et ego non parcam ori meo. Loquar in tribulatione
spiritus mei. Confabulabor cum amaritudine anime mee. Numquid
mare sum ego aut cetus / quia circumdedisti me carcere. Si
dixero consolabitur me lectulus meus / et relevabor loquens
mecum strato meo / terrebis me per somnia et per visiones
horrore concuties. Quamobrem elegit suspendium anima mea
et mortem ossa mea. Desperavi nequaquam ultra iam vivam
parce mihi domine. Nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia
magnificas eum. aut quid apponis erga eum cor tuum. Visi
tas eum diluculo / et subito probas illum. Usquequo non par
cis mihi nec dimittis me ut glutiam salivam meam / Peccavi.
Quid faciam tibi o custos hominum. Quare me posuisti contra
rium tibi / et factus sum mihimetipsi gravis. Cur non tollis pec
catum meum / et quare non aufers iniquitatem meam. Ecce
nunc in pulvere dormio / et si mane me quesieris non sub

VIII Respondens autem Baldath Suites sistam
dixit Usquequo loqueris talia et spiritus multiplex
sermones tui. Numquid deus supplantat iudicium et
omnipotens subvertit quod iustum est. Etiam si filii tui pecca
verint ei / et dimisit eos in manu iniquitatis sue. Tu tamen
si diluculo consurrexeris ad deum / et omnipotentem fueris
deprecatus. Si mundus et rectus incesseris. statim evigila
bit ad te / et pacatum reddet habitaculum iustitie tue. In tan
tum ut si priora tua fuerint parva novissima tua multipli
centur nimis. Interroga enim generationem pristinam / et di
ligenter investiga patrum memoriam. Hesterni quippe
sumus et ignoramus quoniam sicut umbra dies nostri sunt super
terram. et ipsi docebunt te / loquentur tibi et de corde pro

ferent eloquia Numquid vivere potest scirpus absque hu-
more aut crescere carectum sine aqua cum adhuc sit in flore
nec carpatur manu ante omnes herbas arescit sic vie
omnium qui obliviscuntur deum et spes ypocrite peribit Non
ei placebit vecordia sua et sicut tela aranearum fiducia
eius Innitetur super domum suam et non stabit fulci-
et eam et non consurget humectus videtur antequam veniat
sol et in ortu suo germen eius egredietur Super acer-
vum petrarum radices eius densabuntur et inter lapides
commorabitur Si absorbuerit eum de loco suo negabit eum
et dicet Non novi te hec est enim leticia vite eius ut
rursum de terra alii germinentur Deus non proiciet simplicem
nec porriget manum malignis donec impleatur risu os tuum et
labia tua iubilo Qui oderunt te induentur confusione
et tabernaculum impiorum non subsistet

Respondens Iob ait Vere scio quod ita sit et quod non iusti-
ficetur homo compositus deo Si voluerit contendere
cum eo non poterit ei respondere unum pro mille IX
Sapiens corde est et fortis robore Quis restitit ei et pacem
habuit Qui transtulit montes et nescierunt hii quos subvertit
in furore suo Qui commovet terram de loco suo et columne
eius concutiuntur Qui precipit soli et non oritur et
stellas claudit quasi sub signaculo qui extendit celos solus
et graditur super fluctus maris Qui facit arcturum et
orionas et hyadas et interiora austri Qui facit magna
et incomprehensibilia et mirabilia quorum non est numerus Si
venerit ad me non videbo Si abierit non intelligam eum
Si repente interroget quis respondebit ei vel quis dicere potest
cur ita facis Deus cuius resistere ire nemo potest et sub quo
curvantur qui portant orbem Quantus ego sum qui respondeam
ei et loquar verbis meis cum eo Qui etiam si habuero
quippiam iustum non respondebo sed meum iudicem deprecabor Et
cum invocantem exaudierit me non credo quod exaudierit vocem
meam In turbine enim conteret me et multiplicabit vulnera
mea etiam sine causa Non concedet requiescere spiritum meum
et implebit me amaritudinibus Si fortitudo queritur
robustissimus est Si equitas iudicii neque pro me

audeat testimonium dicere Si iustificare me voluero / os meum
condempnabit me Si innocentem ostendero pravum me con-
probabit etiam Si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea
et tedebit me vite mee Unum est quod locutus sum Et innocentem
et impium ipse consumet Si flagellat et occidat
semel / et non de penis innocencium rideat Terra data
est in manu impii / et vultum iudicum eius operit / quod si non
ille est / quis ergo est Dies mei velociores fuerunt cursore fu-
gerunt et non viderunt bonum / pertransierunt quasi naves poma
portantes sicut aquila volans ad escam Aliud dixero nequaquam
ita loquar / commuto faciem meam et dolore torqueor
Verebar omnia opera mea sciens quia non parceres delinquenti
Si autem et sic impius sum / quare frustra laboravi Si lotus
fuero quasi aquis nivis / et fulserint quasi mundissime
manus mee tamen sordibus intingues me / et abhomina-
buntur me vestimenta mea Neque enim viro qui similis
mei est respondebo / qui mecum in iudicio ex equo possit audiri
Non est qui utrumque valeat arguere et ponere manum suam
in ambobus Auferat a me virgam suam / et pavor eius
non me terreat / loquar et non timebo eum neque enim
Tedet animam meam vite Possum metuens respondere
mee Dimittam adversum me eloquium meum / lo-
quar in amaritudine anime mee / Dicam deo noli
me condempnare Indica michi cur me ita iudices Numquid
bonum videtur tibi si calumpnieris me / et opprimas me
opus manuum tuarum / et consilium impiorum adiuves Numquid
oculi carnei tibi sunt / aut sicut videt homo et tu videbis Numquid
sicut dies hominis dies tui / et anni tui sicut humana sunt
tempora ut queras iniquitatem meam et peccatum meum scruteris
Et scias quia nichil impium fecerim Cum sit nemo qui
de manu tua possit eruere Manus tue domine fecerunt
et plasmaverunt me totum in circuitu / et sic repente precipi-
tas me Memento queso / quod sicut lutum feceris me / et in
pulverem reduces me Nonne sicut lac mulsisti me
et sicut caseum me coagulasti Pelle et carnibus vestisti
me Ossibus et nervis compegisti me Vitam et misericordiam
tribuisti michi Et visitacio tua custodivit spiritum meum

Licet hec celes in corde tuo tamen scio quia universorum me-
mineris. Si peccavi et ad horam pepercisti michi, cur ab ini-
quitate mea mundum me esse non pateris. Et si impius fuero
ve michi est. et si iustus non levabo caput meum. sa-
turatus afflictione et miseria. Et propter superbiam quasi le-
enam capies me. reversusque mirabiliter me crucias.
Instauras testes tuos contra me, et multiplicas iram tuam
adversum me, et pene militant in me. Quare de
vulva eduxisti me. qui utinam consumptus essem ne ocu-
lus me videret. Fuissem quasi non essem de utero translatus ad
tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur
brevi. Dimitte ergo me ut plangam paululum dolorem
meum antequam vadam et non revertar ad terram tenebro-
sam et opertam mortis caligine. Terram miserie et
tenebrarum ubi umbra mortis et nullus ordo. sed sem-
piternus orror inhabitat. c. xi

Respondens autem Sophar Naamathites dixit
Numquid qui multa loquitur non et audiet
aut vir verbosus iustificabitur. Tibi soli tacebunt
homines, et cum ceteros irriseris a nullo confutaberis. Dixisti
enim purus est sermo meus et mundus sum in conspectu tuo. Atque
utinam deus loqueretur tecum et aperiret labia sua tibi et ostenderet
tibi secreta sapientie, et quod multiplex esset lex eius, et intel-
ligeres quod multo minora exigaris ab eo quam meretur iniquitas
tua. Forsitan vestigia dei comprehendes et usque ad perfectum
omnipotentem reperies. Excelsior celo est, et quid facies. pro-
fundior inferno, et unde cognosces. Longior terra mensura
eius et latior mari. Si subverterit omnia vel in unum coarta-
verit quis contradicet ei. Vel quis ei dicere potest cur ita facis.
Ipse enim novit hominum vanitatem et videns iniquitatem nonne
considerat. Vir vanus in superbiam erigitur et tamquam pullum
onagri se liberum natum putat. Tu autem firmasti cor tuum, et
expandisti ad eum manus tuas. Si iniquitatem que est in
manu tua abstuleris a te et non manserit in tabernaculo tuo
iniusticia. Tunc levare poteris faciem tuam absque macula,
et eris stabilis et non timebis. Miserie quoque oblivisceris, et
quasi aquarum que preterierunt non recordaberis, et quasi meridianus

fulgor consurget tibi ad vesperam et cum te consumptum
putaveris, orieris ut lucifer / et habebis fiduciam pro-
posita tibi spe et defossus securus dormies, requiesces
et non erit qui te exterreat / et deprecabuntur faciem tuam
plurimi / oculi autem impiorum deficient et effugium peribit
ab eis / et spes eorum abhominatio anime

XII Respondens autem Job dixit Ergo vos estis soli
homines et vobiscum morietur sapientia Verumtamen
cognoscite quia et michi est cor sicut et vobis
nec inferior vestri sum Quis enim hec que nostis igno-
rat Qui deridetur ab amico suo sicut ego invocabit
deum et exaudiet eum Deridetur enim iusti simplicitas lam-
pas contempta apud cogitationes divitum para-
ta ad tempus statutum Habundant tabernacula predonum / et au-
dacter provocant deum, cum ipse dederit in manus eorum omnia
Nimirum interroga iumenta et docebunt te / et volatilia ce-
li et indicabunt tibi / loquere terre et respondebit tibi
et narrabunt pisces maris Quis ignorat quod omnia hec
manus domini fecerit / in cuius manu anima omnis viventis
et spiritus universe carnis hominis Nonne auris verba di-
iudicat et fauces comedentis saporem In antiquis est
sapientia et in multo tempore prudentia Apud ipsum est sapientia
et fortitudo, ipse habet consilium et intelligentiam Si de-
struxerit nemo est qui edificet / et si incluserit hominem
nullus est qui aperiat Si continuerit aquas omnia sicca-
buntur / et si emiserit eas subvertent terram Apud ipsum est
fortitudo et sapientia decipientem et eum qui decipitur ipse
novit et dixit Adducit consiliarios in stultum finem et
iudices in stuporem Balteum regum dissolvit, et precingit
fune renes eorum Ducit sacerdotes inglorios et optima-
tes supplantat Commutans labium veracium et doctrinam
senum auferens effundit despectionem super principes, eos
qui oppressi fuerant relevans Qui revelat profunda de
tenebris et producit in lucem umbram mortis Qui
multiplicat gentes et perdit eas, et subversas in integrum
restituit Qui immutat cor principum populi terre / et decipit
eos ut frustra incedant per invium palpabunt quasi

tenebris et non in luce et errare eos faciet quasi ebrios

Ecce omnia hec vidit oculus meus et audivit auris mea et intellexi singula · secundum scientiam vestram et ego novi nec inferior vestri sum. Sed tamen ad omnipotentem loquar et disputare cum deo cupio · prius vos ostendens fabricatores mendacii et cultores perversorum dogmatum atque utinam taceretis · ut putaremini esse sapientes Audite ergo correptiones meas · et iudicium labiorum meorum attendite Numquid deus indiget vestro mendacio ut pro illo loquamini dolos Numquid faciem eius accipitis et pro deo iudicare nitimini Aut placebit ei quem celare nichil potest aut decipietur ut homo vestris fraudulenciis Ipse vos arguet quoniam in abscondito faciem eius accipitis Statim ut se commoverit turbabit vos et terror eius irruet super vos Memoria vestra comparabitur cineri et redigentur in lutum cervices vestre Tacete paulisper ut loquar quodcumque michi mens suggessit Quare lacero carnes meas dentibus meis et animam meam porto in manibus meis Etiam si occiderit me in ipso sperabo Verum tamen vias meas in conspectu eius arguam et ipse erit salvator meus Non enim veniet in conspectu eius omnis ypocrita Audite sermonem meum et enigmata percipite auribus vestris Si fuero iudicatus scio quod iustus inveniar Quis est qui iudicetur mecum veniat Quare tacens consumor. Duo tantum ne facias michi et tunc a facie tua non ~~me terreat~~ abscondar manum tuam longe fac a me et formido tua non me terreat Voca me et respondebo tibi aut certe loquar et tu responde michi Quantas habeo iniquitates et peccata scelera atque delicta ostende michi Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicum tuum Contra folium quod a vento rapitur ostendis potenciam tuam et stipulam siccam persequeris Scribis enim contra me amaritudines et consumere me vis peccatis adolescentie mee Posuisti in nervo pedem meum et observasti omnes semitas meas et vestigia pedum meorum considerasti Qui quasi putredo consumendus sum et quasi vestimentum quod comeditur a tinea Homo natus de muliere brevi vivens tempore

XIII

IIII

repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit
velud umbra. Et numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis
super huiuscemodi aperire oculos tuos et adducere eum tecum in iudi-
cium. Quis potest mundum facere de inmundo conceptum semine? Nonne tu
qui solus es? xiiii

IIII

XIIII

Breves dies hominis sunt numerus mensium eius apud te
est constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt.
Recede ergo paululum ab eo ut quiescat donec optata
veniat et sicut mercenarii dies eius. Lignum habet spem
si precisum fuerit rursum virescat et rami eius pullulant.
Si senuerit in terra radix eius et in pulvere emortuus fuerit
truncus eius ad odorem aque germinabit et faciet comam
quasi cum primum plantatum est. Homo vero cum mortuus fuerit et
nudatus atque consumptus ubi queso est? Quomodo si recedant aque
de mari et fluvius vacuefactus arescat, sic homo cum dormierit
non resurget donec atteratur celum, et non evigilabit nec
consurget de sompno suo. Quis mihi hoc tribuat ut in in-
ferno protegas me et abscondas me donec pertranseat fu-
ror tuus et constituas mihi tempus in quo recorderis mei?
Putas ne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus quibus
nunc milito expecto donec veniat immutacio mea. Vocabis
me et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges
dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis
meis. Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti
iniquitatem meam. Mons cadens defluet et saxum transfertur
de loco suo. Lapides excavat aqua et alluvione pau-
latim terra consumitur. Et hominem ergo similiter perdes. Robora-
sti eum paululum ut in perpetuum transiret. Immutabis fa-
ciem eius et emittes eum. Sive nobiles fuerint filii
eius sive ignobiles non intelliget. Attamen caro eius
dum vivet dolebit et anima eius super semetipso lugebit.

Sive nobiles fuerint filii eius
cum hii qui adhuc pa-
tres ... mortuus ... quod ...
[illegible] ... mortui
vita viventes in terra pa-
tres ... disponant nescient
... et vita post longe avi-
ta ... et ... corpo-
ra ... diversa ...
... distincta cogitacione
... sive ... sive ... semine
... non ... [illegible]
tate omni
potestate di-
viduntur ... nullo ... cedunt ...
anima sit ... quod igno-
... [illegible]
viii

XV

Respondens autem Helyphas Themanites dixit:
Numquid sapiens respondebit quasi in ventum lo-
quens et implebit ardore stomachum suum? Ar-
guis verbis eum qui non est equalis tui et lo-
queris quod tibi non expedit. Quantum in te est eva-
cuasti timorem et tulisti preces coram Deo. Docuit

cum iniquitas tua os tuum / et imitaris linguas blasfeman-
cium condemnabit te os tuum et non ego / et labia tua
respondebunt tibi. Numquid primus homo natus es / et ante colles
formatus. Numquid consilium dei audisti et inferior te erit sapientia
Quid nosti quod ignoremus. quid intelligis quod nesciamus. Et
senes et antiqui sunt in nobis / multo vetustiores quam patres
tui. Numquid grande est ut consoletur te deus. sed verba tua pra-
va hoc prohibent. Quid te elevat cor tuum / et quasi magna
cogitans attonitos habes oculos. Quid tumet contra deum
spiritus tuus / ut proferas de ore tuo huiuscemodi sermones
Quid est homo ut immaculatus sit et ut iustus appareat natus
de muliere. Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis / et celi
non sunt mundi in conspectu eius. Quanto magis abhominabi-
lis et inutilis homo / qui bibit quasi aquam iniquitatem. Ostendam
tibi audi me. quod vidi narrabo tibi. Sapientes confitentur
/ et non abscondunt patres suos / quibus solis data est terra / et
non transibit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius super-
bit / et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus
terroris semper in auribus illius. et cum pax sit. ille semper
insidias suspicatur. Non credit quod reverti possit de tenebris
ad lucem circumspectans undique gladium. Cum se moverit ad
querendum panem. Novit quod paratus sit in manu eius tenebrarum
dies. Terrebit eum tribulatio. et angustia vallabit
eum / sicut regem qui preparatur ad prelium. Tetendit enim ad-
versus deum manum suam et contra omnipotentem roboratus est. Cu-
currit adversus eum erecto collo / et pingui cervice armatus
est. Operuit faciem eius crassitudo / et de lateribus eius ar-
vina dependet. Habitabit in civitatibus desolatis. et in domibus
desertis que in tumulos sunt redacte. Non ditabitur neque perse-
verabit in substantia eius ut mittat in terra radicem suam
/ Non recedet de tenebris ramos eius arefaciet flamma.
et auferet spiritu oris sui. Non credet frustra errore deceptus
quod aliquo pretio redimendus sit. antequam dies eius imple-
antur peribit / et manus eius arescet / ledetur quasi vinea in pri-
mo flore botrus eius / et quasi oliva proiciens florem suum. Con-
gregatio enim ypocrite sterilis est arens / et ignis devorabit tabernacula

eorum qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem et peperit
iniquitatem et uterus eius preparat dolos

XVI

Respondens autem Job dixit audivi frequenter talia
consolatores honerosi vos omnes estis. Numquid habebunt
finem verba vestra ventosa aut aliquid tibi mo
lestum est si loquaris. Poteram et ego similia vestri loqui atque
utinam esset anima vestra pro anima mea. et consolarer ego
vos sermonibus. et moverem caput meum super vos. Roborarem
vos ore meo. et moverem labia mea quasi parcens vobis. Sed quid
agam. Si locutus fuero non quiescet dolor meus. et in nihi
lum redacti sunt omnes artus mei. Ruge mee testimonium dicunt
contra me. et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam con
dicens mihi. Collegit furorem suum in me. et comminans mihi
infremuit contra me dentibus suis hostis meus terribilibus oculis
me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua. et exprobrantes
percusserunt maxillas meas. saciati sunt penis meis. Con
clusit me deus apud iniquum et manibus impiorum me tradidit.
Et ego ille quondam opulentus repente contritus sum. Tenuit
cervicem meam. confregit me. et posuit me sibi quasi in signum. Circum
dedit me lanceis suis. convulneravit lumbos meos non pepercit
et effudit in terra viscera mea. Concidit me vulnere super vulnus
irruit in me quasi gygas. Saccum consui super cutem meam
operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit a fletu
et palpebre mee caliganerunt caligaverunt. Hec passus sum absque
iniquitate manus mee cum haberem mundas ad deum preces. Terra
ne operias sanguinem meum. Neque inveniat locum in te latendi
clamor meus. Ecce enim in celo testis meus. et conscius
meus in excelsis. Verbosi amici mei. ad deum stillat oculus meus
Atque utinam sic iudicaretur vir cum deo quomodo iudicatur filius hominis
cum collega suo. Ecce enim breves anni transeunt et semitam
per quam non revertar ambulo etc.

[Margin: et si tacuero non recedet a me. Nunc autem oppressit me dolor meus et in nihilum etc.]

XVII

Spiritus meus attenuabitur. dies mei breviabuntur
et solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi
et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera
me domine. et pone me iuxta te. et cuiusvis manus
pugnet contra me. Cor eorum longe fecisti a disciplina propterea

non exaltabuntur / predam pollicetur socijs et oculi filiorum eius deficient
Posuit me quasi in prouerbium vulgi / et exemplum sum coram eis Nunc
autem derident me iuniores tempore quorum non dignabar patres ponere
cum canibus gregis mei Caligauit ab indignacione oculus meus et mem
bra mea quasi in nichilum redacta sunt Stupebant iusti super hoc
Et innocens contra ypocritam suscitabitur Et tenebit iustus viam
suam Et mundis manibus addet fortitudinem Igitur vos omnes conuerti
mini / et venite / et non inueniam in vobis vllum sapientem Dies
mei transierunt cogitaciones mee dissipate sunt torquentes cor
meum Noctem verterunt in diem / et rursum post tenebras spero
lucem Si sustinuero infernus domus mea est / et in tenebris
straui lectulum meum Putredini dixi pater meus es mater mea
et soror mea vermibus Ubi est ergo nunc prestolacio mea vel paciencia
mea quis considerat In profundissimum infernum descendunt omnia
ossa mea putas ne saltem ibi erit requies michi
xviii Respondens autem Baldath Suites dixit Usque ad quem
finem verba iactabitis Intelligite prius et sic loqua
mur Quare reputati sumus ut iumenta et sordui XVIII
mus coram te Qui perdis animam tuam in furore tuo Numquid
propter te derelinquetur terra / et transferentur rupes de loco suo Nonne
lux impij extinguetur nec splendebit flamma ignis eius lux
obtenebrescet in thabernaculo illius / et lucerna que super eum est
extinguetur Arctabuntur gressus virtutis eius / et precipitabit eum
consilium suum Immisit enim in rethe pedes suos / et in macu
lis eius ambulat Tenebitur planta eius laqueo et exar
descet contra eum sitis absconditur est in terra pedica eius et de
cipula illius super semitam Undique terrebunt eum formidines
Et involuent pedes eius Attenuetur fame robur eius et
inedia invadat costas illius / Devoret pulcritudinem cutis eius
Consumat brachia illius primogenita mors Auellatur de
thabernaculo suo fiducia eius / et calcet super eum quasi rex
interitus Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est
Aspergatur in thabernaculo eius sulphur Deorsum radices
eius siccentur · sursum autem atteratur messis eius Memo
ria illius pereat de terra / et non celebretur nomen eius in

plateis expellet eum de luce in tenebras et de orbe transferet
eum Non erit semen eius neque progenies in populo suo Nec ulle
reliquie in regionibus eius In die eius stupebunt novissimi
et primos invadet horror Hec sunt ergo tabernacula iniqui et iste
XIX Respondens locus eius qui ignorat deum
autem Job dixit Usquequo affligitis animam meam
et atteritis me sermonibus En decies confudistis
me et non erubescitis opprimentes me Nempe etsi
ignoravi mecum erit ignorantia mea et vos contra me eri
gimini et arguitis me opprobriis meis Saltem nunc intelligite
quia deus non equo iudicio afflixerit me et flagellis suis me
cinxerit Ecce clamabo vim paciens et nemo audiet Vocifera
bor et non est qui iudicet Semitam meam circumsepsit et
transire non possum et in calle meo tenebras posuit Spo
liavit me gloria mea et abstulit coronam de capite meo De
struxit me undique et pereo et quasi evulse arboris abstulit
spem meam Iratus est contra me furor eius et sic me habuit
quasi hostem suum Simul venerunt latrones eius et fecerunt
sibi viam per me et obsederunt in giro tabernaculum meum
Fratres meos longe fecit a me et noti mei quasi alieni re
cesserunt a me Dereliquerunt me propinqui mei et qui me
noverant obliti sunt mei Inquilini domus mee et ancille
mee sicut alienum habuerunt me et quasi peregrinus fui in ocul
orum Servum meum vocavi et non respondit michi ore proprio depre
cabar illum Halitum meum exhorruit uxor mea et orabam filios
uteri mei Stulti quoque despiciebant me et cum ab eis recessissem
detrahebant michi Abhominati me sunt quondam consiliarii mei
et quem maxime diligebam adversatus est michi Pelli mee consump
tis carnibus meis adhesit os meum et derelicta sunt tantummodo labia
circa dentes meos Miseremini mei Miseremini mei saltem
vos amici mei quia manus domini tetigit me Quare
me persequimini sicut deus et carnibus meis saturamini Quis
michi tribuat ut scribantur sermones mei Quis michi det ut
exarentur in libro stilo ferreo vel plumbi lamina vel certe
sculpantur in silice Scio enim quod redemptor meus vivit
et in novissimo die de terra surrecturus sum Et rursum
circumdabor pelle mea et in carne mea videbo deum

salvatorem meum Quem visurus sum ego ipse et oculi mei
conspecturi sunt et non alius Reposita est hec spes mea in
sinu meo Quare ergo nunc dicitis persequamur eum / et radicem
verbi inveniamus contra eum / Fugite ergo a facie gladii / quoniam
ultor iniquitatum gladius est et scitote esse iudicium

XX

Respondens autem Sophar Naamathites dixit
Idcirco cogitationes mee varie succedunt sibi
et mens in diversa rapitur Doctrinam qua me ar-
guis audiam Et spiritus intelligentie mee respondebit mihi hoc scio
a principio ex quo positus est homo super terram / quod laus impiorum
brevis est Et gaudium ypocrite instar puncti Si ascenderit
in celum superbia eius / et caput eius nubes tetigerit / quasi
sterquilinium in fine perdetur / et qui eum viderant dicent
ubi est . velut sompnium . avolans non invenietur Transiet
sicut visio nocturna Oculus qui eum viderit non videbit neque
ultra non videbit eum locus suus Filii eius attenuentur
egestate / et manus illius reddent ei dolorem suum Ossa eius
implebuntur viciis adolescentie eius . et cum eo in pulvere
dormient Cum enim dulce fuerit in ore eius malum / ab-
scondet illud sub lingua sua / Parcet illi et non derelinquet
illud / et celabit in gutture suo Panis eius in utero
illius vertetur in fel aspidum intrinsecus Divicias quas devo-
ravit evomet / et de ventre illius extrahet eas deus Caput
aspidum suget / et occidet eum lingua vipere Non videat
rivulos fluminis torrentes mellis et butiri / Luget que fecit
omnia . nec tamen consumetur Iuxta multitudinem adinventionum suarum
sic et sustinebit / Quoniam confringens nudavit pauperes / Do-
mum rapuit et non edificavit eam Nec est saciatus venter eius
Et cum habuerit que cupierat possidere non poterit Non re-
mansit de cibo eius / et propterea nichil remanebit de bonis
eius Cum saciatus fuerit artabitur et estuabit / et omnis dolor
irruet in eum Utinam impleatur venter eius / ut emittat
in eum / iram furoris sui et pluat super eum illum bellum suum
Fugiet arma ferrea . et irruet in arcum eneum Eductus

et egrediens de vagina sua / et fulgurans in amaritudine
eius vadent et venient super eum horribiles omnes tene
bre absconditae sunt in oculis eius in occultis eius devo
rabit eum ignis qui non succenditur Affligetur relictus
in thabernaculo suo revelabunt iniquitatem eius / et terra
consurget adversus eum apertum erit germen domus illius / de
trahetur in die furoris dei hec est pars hominis impii a deo
et hereditas verborum eius a domino xxi
XXI Respondens autem Job dixit Audite queso sermo
nes meos et agite penitentiam Sustinete me ut
et ego loquar / et post mea si videbitur verba ridete
Numquid contra hominem disputatio mea est / ut merito non
debeam contristari Attendite me et obstupescite / et super
ponite digitum ori vestro Et ego quando recordatus fuero per
timesco / et concutit carnem meam tremor Quare ergo
impii vivunt / sublevati sunt / confortatique divitiis Semen
eorum permanet coram eis / propinquorum turba et nepotum in con
spectu eorum. Domus eorum secure sunt / et pacate et non est
virga dei super illos Bos eorum concepit et non abortivit
vacca peperit / et non est privata fetu suo Egrediuntur quasi
greges parvuli eorum / et infantes eorum exultant lusibus
Tenent tympanum et cytharam / et gaudent ad sonitum or
gani Ducunt in bonis dies suos. et in puncto ad inferna
descendunt Qui dixerunt deo Recede a nobis scientiam viarum
tuarum nolumus Quis est omnipotens / ut serviamus ei / et quid nobis
prodest si oraverimus illum Verumtamen quia non sunt in manu eorum
bona sua Consilium impiorum longe sit a me Quotiens
lucerna impiorum extinguetur / et superveniet eis inundatio et
dolores dividet furoris sui Erunt sicut palee ante
faciem venti / et sicut favilla quam turbo dispergit / Deus
servabit filiis illius dolorem patris / et cum reddiderit tunc sciet
Videbunt oculi eius interfectionem suam. et de furore omnipo
tentis bibet Quid enim eius ad eum pertinet de domo sua post
se / et si numerus mensium eius dimidietur Numquid

deum quispiam docebit scientiam qui excelsos iudicat Iste
moritur robustus et sanus et dives et felix viscera
eius plena sunt adipe et medullis ossa eorum irri-
gantur Alius vero moritur in amaritudine anime absque
ullis opibus et tamen simul in pulvere dormient et
vermes operient eos Certe novi cogitationes vestras
et sententias contra me iniquas Dicitis enim ubi est domus
principis et ubi tabernacula impiorum Interrogate quemlibet
de viatoribus et hec eadem eum intelligere cognoscetis
Quia in diem perditionis servabitur malus et ad diem
furoris ducetur Quis arguet coram eo viam eius et que
fecit quis reddet illi Ipse ad sepulcra ducetur et in con-
gerie mortuorum vigilabit Dulces fuerunt glareis Cocyti
et post se omnem hominem trahet et ante se innumerabiles
Quomodo igitur consolamini me frustra cum responsio vestra repugnare

xxij R esponderis autem Heliphaz ostensa sit veritati
Themanites dixit Numquid deo comparari XXII
potest homo etiam cum perfecte fuerit scientie Quid
prodest deo si iustus fueris aut quid ei confers si imma-
culata fuerit vita tua Numquid timens te arguet te
et veniet tecum ad iudicium et non propter maliciam tuam
plurimam et infinitas iniquitates tuas Abstulisti enim
pignus fratrum tuorum sine causa et nudos expoliasti vestibus
aquam lasso non dedisti et esurienti subtraxisti panem
In fortitudine brachii tui possidebas terram et potentissimus
obtinebas eam Viduas dimisisti vacuas et lacertos
pupillorum comminuisti Propterea circumdatus es laqueis
et conturbat te formido subitanea Et putabas te tenebras
non visurum et impetu aquarum inundantium non oppressum
iri An cogitas quod deus excelsior celo sit et super stellarum
verticem sublimetur Et dicis Quid enim novit deus et quasi
per caliginem iudicat Nubes latibulum eius nec nostra considerat

Et viam tardines teci perambulat Nunquid semitam seculorum custo
dire cupis quam saltaverunt viri iniqui Qui sublati sunt ante
tempus suum / et flumen subvertit fundamentum eorum Qui dicebat
deo recede a nobis et quasi nichil possit facere omnipotens estimabat
eum // cum ille implesset domus eorum bonis / quorum sententia longe sit
a me Videbunt iusti et letabuntur / et innocens subsannabit eos
Nonne succisa est erectio eorum et reliquias eorum devorabit
ignis / acquiesce igitur ei / et habeto pacem / et per hec habebis
fructus optimos Suscipe ex ore illius legem / et pone ser
mones eius in corde tuo Si reversus fueris ad omnipotentem
edificaberis / et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo
Dabit pro terra silicem / et pro silice torrentes aureos Eritque
omnipotens contra hostes tuos / et argentum coacervabitur tibi
Tunc super omnipotentem deliciis affluens / et elevabis ad deum
faciem tuam Rogabis eum et exaudiet te / et vota tua reddes
Decernes rem et veniet tibi / et in viis tuis splendebit lu
men Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria / et qui inclina
verit oculos ipse salvabitur Salvabitur innocens / salvabitur autem
XXIII Respondens autem Job In mundicia manuum suarum
Dixit Nunc est in amaritudine est sermo meus
Et manus plage mee aggravata est super gemitum
meum Quis mihi tribuat ut cognoscam / et inveniam illum /
et veniam usque ad solium eius Ponam coram eo iudicium me
um et os meum replebo increpationibus ut sciam verba que
michi respondeat / et intelligam quid loquatur michi Nolo multa
fortitudine contendat mecum / ne magnitudinis sue mo
le me premat / Proponat equitatem contra me / et perveniet
ad victoriam iudicium meum Si ad orientem iero non apparet
/ et si ad occidentem non intelligam eum Si ad sinistram quid
agam / non apprehendam eum Si me vertam ad dexteram
/ non videbo illum Ipse vero scit viam meam / et probavit me
quasi aurum / quod per ignem transit Vestigia eius secutus
est pes meus / viam eius custodivi / et non declinavi ex eo
A mandatis labiorum eius non recessi / et in sinu meo ab
scondi verba oris mei Ipse enim solus est / et nemo avertere
potest cogitationem eius / et anima eius quodcumque voluit hoc
fecit Cum expleverit in me voluntatem suam / et alia multa presto

sum et et ideo a facie eius turbatus sum et considerans
eum timore sollicitor Deus mollivit cor meum et om-
nipotens conturbavit me Non enim perii propter imminentes
tenebras nec faciem meam operuit caligo

XXIIII

Ab omnipotente non sunt abscondita tempora
qui autem noverunt eum ignorant dies illius
Alii terminos transtulerunt diripuerunt gre-
ges et paverunt eos Asinum pupillorum abegerunt
et abstulerunt pro pignore bovem vidue Subverterunt
pauperum viam et oppresserunt pariter mansuetos
terre Alii quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus
suum vigilantes ad predam preparant panem liberis A-
grum non suum demetunt et vineam eius quem vi op-
presserint vindemiant Nudos dimittunt homines indumenta
tollentes quibus non est operimentum in frigore quos
ymbres montium rigant et non habentes velamen
amplexantur lapides Vim fecerunt depredantes pu-
pillos et vulgum pauperem spoliaverunt Nudis et inc-
edentibus absque vestitu et esurientibus tulerunt spicas
Inter acervos eorum meridiati sunt qui calcatis torculari-
bus sitiunt De civitatibus fecerunt viros gemere et
anime vulneratorum clamabunt et deus inultum ab-
ire non patitur Ipsi fuerunt rebelles lumini nescie-
runt vias eius nec reversi sunt per semitas illius
Mane primo consurget homicida interficit egenum
et pauperem per noctem vero erit quasi fur Oculus
adulteri observat caliginem dicens Non me videbit oculus
et operiet vultum suum Perfodit in tenebris domos sicut
in die condixerunt sibi et ignoraverunt lucem Si
subito apparuerit aurora arbitrantur umbram mortis
et sic in tenebris quasi in luce ambulant Levis
est super faciem aque maledicta sit pars eius in terra
Nec ambulet per viam vinearum De sinu enim pu-
pillorum rapuerunt Ad nimium calorem transeat ab
aquis nivium et usque ad inferos peccatum illius Obliviscatur

eius mia / dulcedo illius vermes / non sit in recordatione / sed
conteratur quasi lignum infructuosum / Pavit cum sterilem / et
que non parit / et vidue bene non fecit / detraxit fortes
in fortitudine sua / et cum steterit non credit vite sue / dedit
ei deus locum penitentie / et ille abutitur eo in superbia oculi
autem eius sunt in vijs illius / Et levati sunt ad modicum et
non subsistent / et humiliabuntur sicut omnia et auferentur et
sicut summitates spicarum conterentur / Quod si non est ita quis
me potest arguere esse mentitum / et ponere ante deum verba mea

XXV

Respondens autem Baldach Suites dixit Potestas et
terror apud eum / qui facit concordiam in sublimibus
suis Numquid est numerus militum eius / et super quem
non fulget lumen eius Numquid iustificari potest homo comparatus
deo / aut apparere mundus natus de muliere Ecce etiam luna
non splendet / et stelle non sunt munde in conspectu eius Quanto
magis homo putredo / et filius hominis vermis

XXVI

Respondens autem Job dixit Cuius adiutor es
Numquid imbecillis / et sustentas brachium eius
qui non est fortis Cui dedisti consilium / forsitan
illi qui non habet sapientiam et prudentiam tuam ostendisti
plurimam / aut quem docere voluisti Nonne eum qui fecit
spiramentum Ecce gigantes gemunt sub aquis / et qui
habitant cum eis Nudus est infernus coram illo / et nullum
est operimentum perditioni Qui extendit aquilonem super
vacuum / et appendit terram super nihili Qui ligat aquas
in nubibus ut non erumpant pariter deorsum Qui
tenet vultum solii sui / et expandit super illud nebulam
suam Terminum circumdedit aquis / usque dum finiantur
lux et tenebre Columne celi contremescunt et pavent
ad nutum eius In fortitudine illius repente maria
congregata sunt / et prudentia eius percussit superbum Spiritus
eius ornavit celos / et obstetricante manu eductus est
coluber tortuosus Ecce hec ex parte dicta sunt viarum eius
Et cum vix parvam stillam sermonis eius audierimus
quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri et

XXVII

Addidit quoque Job assumens parabolam suam et
dixit Vivit deus qui abstulit iudicium meum
et omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam
meam Donec superest halitus in me / et spiritus dei
in naribus meis Non loquentur labia mea iniquitatem
et spiritus dei / nec lingua mea meditabitur mendacium Ab
sit a me ut iustos vos esse iudicem / Donec deficiam non
recedam ab innocentia mea Justificationem meam quam
cepi tenere non deseram Nec enim reprehendit me cor meum
in omni via mea Sicut impius inimicus meus Et ad
versarius meus quasi iniquus Que enim spes est ypocrite si
avare rapiat / et non liberet deus animam eius Numquid
clamorem eius audiet deus / cum venerit super eum angu
stia / aut poterit in omnipotente delectari / et invocare deum
in omni tempore Docebo vos per manum dei / que omnipotens
habeat / nec abscondam Ecce vos omnes nostis / et quid
omnipotens sine causa vana loquimini Hec est pars hominis
impii apud deum / et hereditas violentorum / quam ab omnipo
tente suscipient Si multiplicati fuerint filii eius in gladio
erunt / et nepotes eius non saturabuntur pane Qui reliqui
fuerint ex eo / sepelientur in interitu / et vidue illius non
plorabuntur Si comportaverit quasi terram argentum / et sicut
lutum preparaverit vestimenta / preparabit quidem sed iustus vestietur
illis Et argentum innocens dividet Edificavit sicut
tinea domum suam / et sicut custos fecit umbraculum
Dives cum dormierit nichil secum auferet aperiet oculos
suos / et nichil inveniet Apprehendet eum quasi aqua in
opia Nocte opprimet eum tempestas Tollet eum ventus
urens et auferet / et velut turbo rapiet eum de loco suo
Et mittet super eum / et non parcet / de manu eius fugiens
fugiet Stringet super eum manus suas et sibilabit

XXVIII

Habet argentum venarum Super illud intuens locum eius
suarum principia / et auro locus est in quo conflatur
ferrum de terra tollitur / et lapis solutus calore
in es vertitur Tempus posuit tenebris / et

vniuersorum finem ipse considerat / lapidem quoque caliginis et vm
bram mortis diuidit torrens a populo peregrinante / eos quos
oblitus est pes egentis hominis et inuios Terra de qua
oriebatur panis in loco suo igne subuersa est / locus za
phiri lapides eius et glebe illius aurum Semitam igno
rauit auis / nec intuitus est eam oculus vulturis Non
calcauerunt eam filij institorum / nec pertransiuit per eam leena
Ad silicem extendit manum suam / subuertit a radicibus
montes In petris riuos excidit et omne preciosum vidit
oculus eius Profunda quoque fluuiorum scrutatus est / et abscon
dita produxit in lucem Sapiencia vero vbi inuenitur et quis
est locus intelligencie Nescit homo precium eius / nec inuenitur
in terra suauiter viuencium Abyssus dicit non est in me Et
mare loquitur non est mecum Non dabitur aurum obrizum
pro ea / nec appendetur argentum in commutacione eius
Non conferetur tinctis Indie coloribus / nec lapidi sardonico
preciosissimo vel zaphiro Non adequabitur ei aurum vel
vitrum / nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa et
eminencia Nec commemorabuntur comparacione eius Trahitur
autem sapiencia de occultis Non adequabitur ei thopazion de
ethiopia / Nec tincture mundissime componetur Unde ergo
sapiencia venit / et quis est locus intelligencie Abscondita
est ab oculis omnium viuencium Volucres quoque celi latet Per
dicio et mors dixerunt Auribus nostris audiuimus famam
eius Deus intelligit viam eius / et ipse nouit locum
illius Ipse enim fines mundi intuetur / et omnia que sub
celo sunt respicit Qui fecit ventis pondus / et aquas
appendit in mensura Quando ponebat pluuiis legem /
et viam procellis sonantibus Tunc vidit illam et enar
rauit / et preparauit et inuestigauit et dixit homini Ecce
timor domini ipsa est sapiencia / et recedere a malo intelligencia
XXIX Addidit quoque Job assumens parabolam suam xxix
et dixit. Quis michi tribuat vt sim iuxta menses pri
stinos. secundum dies quibus deus custodiebat me Quando
splendebat lucerna eius super caput meum / et ad lumen

cius ambulabam in tenebris Sicut fui in diebus adole
scencie mee quando secreto deus erat in tabernaculo
meo Quando erat omnipotens mecum Et in circuitu meo
pueri mei Quando lauabam pedes meos butiro et
petra fundebat michi riuos olei Quando procedebam
ad portam ciuitatis et in platea parabant cathe
dram Videbant me iuuenes et abscondebantur et
senes assurgentes stabant principes cessabant loqui
et digitos superponebant ori suo vocem suam cohibe
bant duces et lingwa eorum gutturi adherebat Auris
audiens beatificabat me Et oculus meus videns te
stimonium reddebat michi quod liberassem pauperem
vociferantem et pupillum cui non esset adiutor Be
nedictio perituri super me veniebat et cor vidue con
solatus sum Iusticia indutus sum et vestiuit me sicut
vestimento et dyademate iudicio meo Oculus fui ceco
et pes claudo pater eram pauperum et causam quam nesci
ebam diligentissime investigabam Conterebam molas iniqui
et de dentibus illius auferebam predam dicebamque
in nidulo meo moriar et sicut palma multiplicabo dies
Radix mea aperta est secus aquas et ros morabitur in
messione mea Gloria mea semper innouabitur et arcus meus
in manu mea instaurabitur Qui me audiebant expecta
bant sententiam meam et intenti tacebant ad consilium meum
Verbis meis addere nichil audebant et super illos stilla
bat eloquium meum Expectabant me sicut pluuiam et
os suum aperiebant quasi ad ymbrem serotinum Si quando
ridebam ad eos non credebant et lux vultus mei non ca
debat in terram Si voluissem ire ad eos sedebam primus
Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu eram tamen meren
tium consolator

XXX

Nunc autem derident
me iuniores tempore quorum non dedignabar
patres ponere cum canibus gregis mei Quorum

virtus manuum eorum erat mihi pro nichilo / et vita ipsa putabantur
indigni // Egestate et fame steriles Qui rodebant in
solitudine squalentes calamitate et miseria / et man
debant erbas / et arborum cortices et radix iuniperorum
erat cibus eorum Qui de convallibus ista rapientes / cum
singula repperissent / ad ea cum clamore currebant In desertis
habitabant torrentium / et in cavernis terre / vel super
glaream / qui inter huiuscemodi letabantur / et esse sub
sentibus delicias computabant Filii stultorum et ignobilium
Et in terra penitus non parentes Nunc in eorum canticum versus
sum // et factus sum eis in proverbium Abhominantur me / et lon
ge fugiunt a me // et faciem meam conspuere non verentur
Pharetram enim suam aperuit et afflixit me / et frenum po
suit in os meum Ad dexteram orientis calamitates mee
illico surrexerunt / pedes meos subverterunt / et oppresserunt
quasi fluctibus semitas meas Dissipaverunt itinera mea
insidiati sunt mihi / et prevaluerunt / et non fuit qui ferret
auxilium Quasi rupto muro et aperta ianua irruerunt
super me et ad meas miserias devoluti sunt Redactus
sum in nichilum Abstulisti quasi ventus desiderium meum
et velut nubes pertransiit salus mea Nunc autem in memet
ipso marcescit anima mea / et possident me dies afflicti
onis Nocte os meum perforatur doloribus / et qui me come
dunt non dormiunt In multitudine eorum consumitur vesti
mentum meum / et quasi tunice sic cinxerunt me Comparatus sum
luto / et assimilatus sum faville et cineri Clamo ad te
et non exaudis me. Sto et non respicis me Mutatus
es michi in crudelem / et in duricia manus tue ad
versaris michi Elevasti me et quasi super ventum ponens
elisisti valide Scio quia morti trades me / ubi constituta
est domus omni viventi Verumtamen non ad consumacionem
eorum emittis manum tuam Et si corruerint ipse sanabis
Flebam quondam super eo qui afflictus erat / et compatie
batur anima mea pauperi Expectabam bona et venerunt
mihi mala Prestolabar lucem et eruperunt tenebre Interiora

mea efferbuerunt absque ulla requie / preuenerunt me
dies afflictionis Merens incedebam sine furore / et
consurgens in turba clamaui Frater fui draconum et socius
struthionum Cutis mea denigrata est super me / et ossa
mea aruerunt pre caumate Versa est in luctum cythara
mea et organum meum in vocem flentium

XXXI

Pepigi fedus cum oculis meis ut ne cogitarem
quidem de virgine Quam enim partem haberet
in me deus de super et hereditate omnipotens
de excelsis Numquid non perditio est iniquo / et alienatio
operantibus iniusticiam Nonne ipse considerat vias meas
et cunctos gressus meos dinumerat Si ambulaui in
vanitate et festinauit in dolo pes meus appendat
me in statera iusta et sciat deus simplicitatem meam
Si declinauit gressus meus de via / et si secutum est oculos
meus cor meum / et in manibus meis adhesit macula
seram et alius comedat / et progenies mea eradicetur
Si deceptum est cor meum super mulierem et si ad ostium
amici insidiatus sum Scortum sit alterius uxor mea / et super
illam incuruentur alii Hoc enim nefas est et iniquitas
maxima / ignis est usque ad perditionem deuorans / et omnia
eradicans genimina Si contempsi subire iudicium cum
seruo meo et ancilla mea cum disceptarent aduersum me Quid
enim faciam / cum surrexerit ad iudicandum deus Et cum
quesierit quid respondebo illi Numquid non in utero fecit
me / qui et illum operatus est / et formauit me in vulua
unus Si negaui quod volebat pauperibus Si oculos vi
due expectare feci Si comedi buccellam meam solus / et
non comedit pupillus ex ea Quia ab infancia mea mecum
creuit miseratio et de utero matris mee egressa est mecum
Si despexi pereuntem eo quod non habuerit indumentum et
absque operimento pauperem Si non benedixerunt mihi latera
eius / et de velleribus ouium meorum calefactus est Si le
uaui super pupillum manum meam Etiam cum viderem
me in porta superiorem humerus meus a iunctura sua.

cadat / et brachium meum cum ossibus confringatur. Semper enim
quasi tumentes super me fluctus timui deum / et pondus
eius ferre non potui. Si putavi aurum robur meum / et
obrizo dixi fiducia mea. Si letatus sum super multis
divitiis meis / et quia plurima reperit manus mea. Si vi
di solem cum fulgeret / et lunam incedentem clare / et letatum
est in abscondito cor meum / et osculatus sum manum meam
ore meo / que est iniquitas maxima / et negatio contra deum
altissimum. Si gavisus sum ad ruinam eius qui me
oderat / et exultavi quod invenisset eum malum. Non enim dedi ad
peccandum guttur meum ut expeterem maledicens animam eius.
Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det ut de carnibus
eius saturemur? Foris non remansit peregrinus, hostium me
um viatori patuit. Si abscondi quasi homo peccatum meum
et celavi in sinu meo iniquitatem meam. Si expavi ad multi
tudinem nimiam et despectio propinquorum terruit me / et non ma
gis tacui nec egressus sum hostium. Quis mihi tribuat auditorem
ut desiderium meum omnipotens audiat / et librum scribat ipse qui iu
dicat ut in humero meo portem illum / et circumdem illum quasi
coronam mihi / per singulos gradus meos pronunciabo illum et
quasi principi offeram eum. Si adversum me terra mea clamat
et cum ipsa sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absque
pecunia / et animam agricolarum eius afflixi pro frumento oriatur
mihi tribulus et pro ordeo spina

XXXII

Omiserunt autem tres viri isti respondere Job / eo quod iustus
sibi videretur / et iratus indignatusque heliu filius
Barachel buzites de cognatione Ram iratus
est adversum Job eo quod iustum esse se diceret coram
deo. Porro adversus amicos eius indignatus est / eo quod non
invenissent responsionem rationabilem / sed tantummodo condempnassent
Job. Igitur heliu expectavit Job loquentem / eo quod seniores
essent qui loquebantur. Cum autem vidisset quod respondere
non potuissent iratus est vehementer. Respondens quoque heliu
filius barachel buzites dixit: Junior sum tempore
vos autem antiquiores. Ideirco demisso capite veritus sum

ndicare meam sententiam. Expectabam enim quod etas prolixior
loqueretur et annorum multitudo doceret sapientiam. Sed ut
video spiritus est in hominibus et inspiratio omnipoten-
tis dat intelligentiam. Non sunt longevi sapientes
nec senes intelligunt iudicium. Ideo dicam audite
ostendam vobis etiam ego meam sententiam. Expectavi
enim sermones vestros audivi prudentiam vestram donec
disceptaremini sermonibus et donec putabam vos aliquid
dicere considerabam. Sed ut video non est qui possit
arguere Job et respondere ex vobis sermonibus eius. Ne
forte dicatis invenimus sapientiam. Deus proiecit
eum et non homo. Nichil locutus est michi et ego non
secundum sermones vestros respondebo illi. Extimuerunt et non
responderunt ultra. Abstulerunt quoque a se eloquia. Quoniam igitur
expectavi et non sunt locuti / steterunt nec responderunt ultra
respondebo et ego partem meam et ostendam scientiam meam. plenus
sum enim sermonibus / et coartat me spiritus uteri mei. En
venter meus quasi mustum absque spiraculo quod laguunculas
novas disrumpit. Loquar et respondebo paululum. aperiam
labia mea et respondebo. Non accipiam personam viri / et deum
homini non equabo. Nescio enim quamdiu subsistam et
si post modicum tollat me factor meus.

Audi igitur Job eloquia mea / et omnes sermones
meos ausculta. Ecce aperui os meum loquatur XXXIII
lingua mea in faucibus meis. Simplici corde
meo sermones mei / et sententiam mea labia pura
loquentur. Spiritus dei fecit me / et spiraculum omnipotentis
vivificavit me. Si potes responde michi / et adversus
meam consiste. Ecce et me sicut et te / fecit deus
et de eodem luto ego quoque formatus sum. Verumtamen
miraculum meum non te terreat. et eloquencia

mea non sit tibi gravis. Dixisti ergo in auribus meis et
vocem verborum tuorum audivi. Mundus sum ego absque
delicto / et immaculatus / et non est iniquitas in me. Quia
querelas in me reperit / ideo arbitratus est me inimicum
sibi. Posuit in nervo pedes meos / custodivit omnes
semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus
respondebo tibi quia maior sit deus homine. Adversum
eum contendis quod non ad omnia verba responderit tibi. Se
mel loquitur deus et secundo idipsum non repetet / per somni
um in visione nocturna / quando irruit sopor super homines
et dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures virorum / et eru
diens eos instruit disciplina ut avertat hominem ab his
que facit / et liberet eum de superbia. Eruens animam eius
a corruptione et vitam eius ut non transeat in gladium. In
crepat quoque per dolorem in lectulo. Et omnia ossa eius
marcescere facit. Abhominabilis ei fit in vita sua panis et
tamen anime illius / cibus autem desiderabilis. Tabescet caro
eius / et ossa que tecta fuerant nudabuntur. Appropinquavit
corruptioni anima eius. Et vita eius mortiferis. Si fuerit
pro eo angelus loquens unus de milibus ut annunciet hominis
equitatem. Miserebitur eius et dicet libera eum ut non de
scendat in corruptionem. Inveni in quo ei propicier. Con
sumpta est caro eius a suppliciis. Revertatur ad dies adole
scentie sue. Deprecabitur deum. Et placabilis ei erit / et
videbit faciem eius in iubilo. Et reddet homini iustitiam
suam. Respiciet homines et dicet peccavi et vere deliqui / et ut
eram dignus non recepi. Liberavit animam suam ne pergeret
in interitum sed vivens lucem videret. Ecce hec omnia operatur
deus / tribus vicibus per singulos / ut revocet animas eorum
a corruptione et illuminet in luce viventium. Attende
Iob et audi me / et tace dum ego loquor. Si autem
habes quod loquaris responde michi. Loquere volo enim
te apparere iustum. Quod si non habes audi me. Tace et
docebo te sapientiam etc.

Pronuncians itaque Heliu etiam hec locutus est Audite
sapientes verba mea / et eruditi auscultate
me Auris enim verba probat / et guttur escas
gustu diiudicat Iudicium eligamus nobis et
inter nos videamus / quid sit melius Quia dixit Iob
iustus sum / et deus subvertit iudicium meum In iudican-
do enim me mendacium est Violenta sagitta mea absque
ullo peccato Quis vir est ut est Iob qui bibit subsannationem
quasi aquam / qui graditur cum operantibus iniquitatem et ambulat
cum viris impiis Dixit enim Non placebit vir deo etiam
si cucurrerit cum eo Ideo viri cordati audite me Absit
a deo impietas et ab omnipotente iniquitas Opus enim ho-
minis reddet ei et iuxta vias singulorum restituet Vere enim
deus non condempnabit frustra Nec omnipotens subvertet iudicium
Quem constituit alium super terram Aut quem posuit super
orbem quem fabricatus est Si direxerit ad eum cor suum
et spiritum illius et flatum ad se trahet Deficiet omnis caro
simul et homo in cinerem revertetur Si ergo habes intellectum audi
quod dicitur et ausculta vocem eloquii mei Numquid qui non
amat iudicium sanari potest Et quomodo tu eum qui iustus
est in tantum condempnas Qui dicit regi apostata Qui
vocat duces impios Qui non accipit personas principum
nec cognovit tyrannum cum disceptaret contra pauperem opus
enim manuum eius sunt universi subito morientur / et
in media nocte turbabuntur populi et pertransibunt et auferent vio-
lentum absque manu Oculi enim eius super vias hominum
et omnes gressus hominum considerat Non sunt tenebre et non est
umbra mortis ut abscondantur ibi / qui operantur iniquitatem
Neque enim ultra in hominis potestate est ut veniat ad deum in
iudicium Conteret multos innumerabiles / et stare faciet
alios pro eis Novit enim opera eorum Et ideo inducet
noctem / et conterentur Quasi impios percussit eos in loco
videntium / qui quasi de industria recesserunt ab eo Et omnes
vias eius intelligere noluerunt ut pervenire facerent ad eum

clamorem egenum / et audiet vocem pauperum Ipso enim conceden-
te pace / quis est qui condemnat Ex quo absconderit
vultum suum / quis est qui contempletur eum / et super gentes
et super omnes populos Qui regnare facit hominem ypocritam
propter peccata populi Quia ergo locutus sum ad deum Te quoque
non prohibeo Si erravi tu me doce Si iniquitatem locutus
sum / ultra non addam Numquid a te deus expetit eam
Quia displicuit tibi Tu enim cepisti loqui et non ego
Quod si quid nosti melius loquere Viri intelligentes loquantur
michi / et vir sapiens audiat me Job autem stulte lo-
cutus est / et verba illius non sonant disciplinam Pater
mi probetur Job usque ad finem Ne desinas ab homine
iniquitatis Quia addit super peccata sua blasphemiam Inter
nos interim constringatur / et tunc ad iudicium provocet
XXXV Igitur Heliu hec rursum / sermonibus suis deum
locutus est Numquid equa tibi videtur cogitacio tua ut diceres
Iustior deo sum Dixisti enim Non tibi placet quod rectum
est / vel quid tibi proderit si ego peccavero Itaque ego
respondebo sermonibus tuis / et amicis tuis tecum Suspice
celum et intuere et contemplare ethera quod altior te sit
Si peccaveris quid ei nocebis Et si multiplicate fuerint
iniquitates tue quid facies contra eum Porro si iuste
egeris quid donabis ei Aut quid de manu tua accipiet
Homini qui similis tui est nocebit impietas tua et filium
hominis iuvabit iusticia tua Propter multitudinem calumniatorum
clamabunt Et eiulabunt propter vim brachii tyrannorum
Et non dixit ubi est deus qui fecit me Qui dedit
carmina in nocte / qui docet nos super iumenta terre
et super volucres celi erudit nos Ibi clamabunt et non
exaudiet propter superbiam malorum Non ergo frustra audiet
deus Et omnipotens singulorum causas intuebitur Etiam cum di-
xeris non considerat / iudicare coram eo / et expecta
eum Nunc enim non infert furorem suum / nec ulciscitur scelus val-
de Ergo Job frustra aperit os suum / et absque sciencia verba multi-
XXXVI Addens quoque Heliu hec locutus // plicat
est Sustine me paululum et indicabo tibi

Adhuc enim habeo quod pro deo loquar. Repetam scientiam
meam a principio / et operatorem meum probabo iustum. Ve-
re enim absque mendacio sermones mei Et perfecta scientia probabitur
tibi. Deus potentes non abicit / cum et ipse sit potens
/ sed non salvat impios / et iudicium pauperibus tribuit. Non
auferet a iusto oculos suos // et reges in solio collocat in
perpetuum / et illi eriguntur. Et si fuerint in cathenis /
vinciantur funibus paupertatis / indicabit eis opera eorum
/ et scelera eorum / quia violenti fuerunt. Revelabit quoque
aurem eorum ut corripiat / et loquetur ut revertantur ab iniquitate.
Si audierint et observaverint complebunt dies suos in
bono / et annos suos in gloria. Si autem non audierint
pertransibunt per gladium et consumentur in stultitia. Si-
mulatores et callidi provocant iram dei. Neque enim clama-
bunt cum vincti fuerint. Morietur in tempestate anima eorum
/ et vita eorum / inter effeminatos. Eripiet pauperem de
de inopia angustia sua. Et revelabit in tribulatione aurem eius. Igitur
salvabit te de ore angusto latissime et non habentis funda-
mentum subter se. Requies autem mense tue erit plena
pinguedine. Causa tua quasi impii iudicata est.
Causam iudiciumque recipies. Non te ergo superet ira / ut
aliquem opprimas / nec multitudo donorum inclinet te. Depone
magnitudinem tuam absque tribulatione / et omnes robustos
fortitudine. Ne protrahas noctem ut ascendant populi pro
eis. Cave ne declines ad iniquitatem / hanc enim cepisti
sequi post miseriam. Ecce deus excelsus in fortitudine
sua. Et nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit
scrutari vias eius aut quis potest ei dicere operatus es
iniquitatem. Memento quod ignores opus eius de quo ceci-
nerunt viri. Omnes homines vident eum et unusquisque
intuetur procul. Ecce deus magnus vincens scientiam
nostram numerus annorum eius inestimabilis. Qui aufert stillas
pluvie et effundit imbres instar gurgitum / qui de-

nubibus que pretexunt cuncta desuper. Si voluerit
extendere nubes quasi tentorium suum et fulgurare lumine
suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per hec
enim iudicat populos / ut det escam escas multis mortalibus
In manibus abscondit lucem / et precipit ei ut rursus
adveniat. Annunciat de ea amico suo / quod possessio eius
sit / et ad eam possit ascendere. Super hoc expavit cor me-
XXXVII Audite auditionem. meum et motum est de loco suo
in terrore vocis eius et sonum de ore illius
procedentem. Subter omnes celos ipse considerat
et lumen illius super terminos terre. Post eum rugiet sonitus
tonabit voce magnitudinis sue / et non investigabitur
cum audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua
mirabiliter qui facit magna et inscrutabilia. Qui pre-
cipit nivi ut descendat super terram et hyemis pluviis
et ymbri fortitudinis sue. Qui in manu omnium hominum
signat ut noverint singuli opera sua. Ingredietur bestia
latibulum et in antro suo morabitur. Ab interioribus
egredietur tempestas / et ab arcturo frigus. Flante deo
concrescit gelu. Et rursum latissime funduntur aque
Frumentum desiderat nubes / et nubes spargunt lumen
suum, que lustrant per circuitum / quocumque eas voluntas gu-
bernantis duxerit ad omne quod preceperit illis super faciem
orbis terrarum. Sive in una tribu sive in terra sua.
sive in quocumque loco misericordie sue eas iusserit
inveniri. Ausculta hec Iob. sta et considera mira-
bilia dei. Numquid scis quando precepit deus pluviis ut
ostenderent lucem nubium eius. Numquid nosti semitas
nubium magnas et perfectas scientias. Nonne vestimenta
tua calida sunt / cum perflata fuerit terra austro. Tu forsi-
tan cum eo fabricatus es celos qui solidissimi quasi ere
fusi sunt / ostende nobis quid dicamus illi. Nos quippe
involvimur tenebris. Quis narrabit ei que loquor.
Etiamsi locutus fuerit homo, devorabitur. At
nunc non vident lucem subito aer cogetur in nubes

et ventus transiens fugabit eas Ab aquilone aurum
venit / et ad deum formidolosa laudatio digne eum inve-
nire non possumus magnus fortitudine et iudicio et iusticia
enarrari non potest ideo timebunt eum viri et non aude-
bunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes

Respondens autem dominus job de turbine dixit quis XXXVIII
est iste involvens sententias sermonibus imperitis
Accinge sicut vir lumbos tuos interrogabo te
et responde mihi Ubi eras quando ponebam fundamenta terre in-
dica mihi si habes intelligentiam Quis posuit mensuras
eius • si nosti • vel quis tetendit super eam lineam super quo
bases illius solidate sunt Aut quis demisit lapidem an-
gularem eius Cum me laudarent simul astra matu-
tina / et iubilarent omnes filii dei Quis conclusit hostiis
mare / quando erumpebat quasi de vulva procedens Cum ponerem
nubem vestimentum eius / et caligine illud quasi pannis in-
fantie obvolverem Circumdedi illud terminis meis et po-
sui vectem et hostia • et dixi usque huc venies et non
procedes amplius / et hic confringes tumentes fluctus
tuos Numquid post ortum tuum precepisti diluculo et ostendisti
aurore locum suum / et tenuisti concuciens extrema terre
et excussisti impios ex ea Restituetur ut lutum signa-
culum et stabit sicut vestimentum Auferetur ab impiis
lux sua et brachium excelsum confringetur Numquid
ingressus es profunda maris / et in novissimis a-
byssi deambulasti Numquid aperte sunt tibi porte mortis
et hostia tenebrosa vidisti Numquid considerasti lati-
tudinem terre Indica mihi si nosti omnia In qua via ha-
bitet lux tenebrarum quis locus sit ut ducas unumquodque
ad terminos suos et intelligas semitas domus eius
Sciebas tunc quod nasciturus esses et numerum dierum tuorum
noveras Numquid ingressus es thesauros nivis Aut
thesauros grandinis aspexisti que preparavi in tempore

hostis et in die pugne et belli Per quam viam spargitur lux
dividitur estus super terram Quis dedit vehementissimo ymbri
cursum, et viam sonantis tonitrui Ut plueret super terram
absque homine in deserto ubi nullus mortalium commoratur ut
impleret invia et desolata / et produceret herbas vire-
tes virides Quis est pluvie pater / vel quis genuit stillas
roris De cuius utero egressa est glacies, et gelu de celo quis
genuit In similitudinem lapidis aque durantur / et super-
ficies abyssi constringitur Nunquid coniungere valebis mi-
cantes stellas pliades Aut gyrum arcturi poteris dissi-
pare Nunquid producis luciferum in tempore suo / et vesperum
super filios hominum consurgere facies Nunquid nosti ordinem
celi, et pones rationem eius in terra Nunquid elevabis
in nube vocem tuam / et impetus aquarum operiet te Nunquid
mittes fulgura et ibunt, et revertentia dicent tibi adsu-
mus Quis posuit in visceribus hominis sapientiam vel quis dedit
gallo intelligentiam Quis enarrabit celorum rationem
et concentum celi quis dormire faciet Cum fundabatur
pulvis in terra et glebe compingebantur Nunquid capies
leene predam et animam catulorum eius implebis Quando
cubant in antris / et in specubus insidiantur Quis preparat
corvo escam suam / cum pulli eius ad deum clamant va-
XXXIX Nunquid nosti tempus gantes / eo quod non habent cibos
partus hibicum in petris / vel parturientes
cervas observasti Dinumerasti menses conceptus
earum / et scisti tempus partus earum Incurvantur
ad fetum et pariunt / et rugitus emittunt Separantur filii
earum et pergunt ad pastum Egrediuntur / et non revertuntur
ad eas Quis dimisit onagrum liberum / et vincula
eius quis solvit Cui dedi in solitudine domum et taber-
nacula eius in terra salsuginis Contempnit multitudinem
civitatis Clamorem exactoris non audit Circumspicit montes
pascue sue et virentia queque requirit Nunquid volet
rinoceros servire tibi aut morabitur ad presepe tuum Nunquid
alligabis rinocerota ad arandum loro tuo, aut confringet xxxix

glebas vallium post te Numquid fiduciam habebis in magna
fortitudine eius et derelinques ei labores tuos Numquid
credes ei quod reddet sementem tibi et aream tuam
congreget Penna strutionis similis est pennis herodii
et accipitris que derelinquit in terra ova sua tu forsitan
in terra calefacies ea Obliviscitur quod pes conculcet ea aut
bestie agri conterant Duratur ad filios suos quasi non sint
sui frustra laboravit nullo timore cogente privavit enim
eam deus sapientia nec dedit illi intelligentiam Cum tempus
fuerit in altum alas eriget deridet equum et ascensorem
eius Numquid prebebis equo fortitudinem aut circumdabis
collo eius hinnitum Numquid suscitabis eum quasi locustam
Gloria narium eius terror Terram ungula fodit exultat
audacter in occursum pergit armatis Contemnit pavorem
nec cedit gladio Super ipsum sonabit pharetra vibrabit
hasta et clipeus Fervens et fremens sorbet terram nec
reputat tube clangorem sonare Ubi audierit buccinam
dicit vah procul odoratur bellum exhortationem ducum
et ululatum exercitus Numquid per sapientiam tuam plumescit
accipiter et expandit alas suas ad austrum aut ad preceptum
tuum elevabitur aquila et in arduis ponet nidum suum
In petris manet et in preruptis silicibus commoratur atque in
accessis rupibus Inde contemplatur escam et de longe eius pro
spiciunt pulli eius lambent sanguinem et ubicumque cadaver
fuerit statim adest Et adiecit dominus et locutus est ad Iob
Numquid qui contendit cum deo tam facile conquiescit
utique qui arguit deum debet respondere ei Respondens autem
Iob domino dixit Qui leviter locutus sum respondere quid
possum Manum meam ponam super os meum Unum locutus
sum quod utinam non dixissem et alterum quibus ultra

XL

Respondens autem dominus Iob Nichil addam et
de turbine ait Accinge sicut vir lumbos tuos
Et interrogabo te et indica michi Numquid irritum

facies iudicium meum et condempnabis me ut tu iustificeris Et si
habes brachium sicut deus et si voce simili tonas circumda
tibi decorem et in sublime erige et esto gloriosus et speciosis
induere vestibus Disperge superbos furore tuo et respiciens
omnem arrogantem humilia Respice cunctos superbos et con
funde eos et contere impios in loco suo Absconde eos in
pulvere simul et facies eorum demerge in foveam Et ego
confitebor quod salvare te possit dextera tua Ecce behemoth
quem feci tecum fenum quasi bos comedet fortitudo eius in lumbis
eius Et virtus illius in umbilico ventris eius Constringit
Constringit caudam suam quasi cedrum Nervi testiculorum eius
perplexi sunt ossa eius velut fistule eris cartilago eius
quasi lamine ferree Ipse principium est viarum dei qui fecit
eum applicabit gladium eius Huic montes herbas ferunt omnes
bestie agri ludunt ibi Sub umbra dormit in secreto thalami
et in locis humentibus protegunt umbre umbram eius circum
dabunt eum salices torrentis Ecce absorbebit fluvium et non
mirabitur habet fiduciam quod influat iordanis in os eius
In oculis eius quasi hamo capiet eum et in sudibus perforabit
nares eius An extrahere poteris leviathan hamo et fune
ligabis linguam eius Numquid pones circulum in naribus
eius et armilla perforabis maxillam eius Numquid multipli
cabit ad te preces aut loquetur tibi mollia Numquid feriet
tecum pactum et accipies eum servum sempiternum Numquid illu
des ei quasi avi aut ligabis eum ancillis tuis Concident
eum amici Divident illum negociatores Numquid implebis
sagenas pelle eius et gurgustium piscium capite illius
Pone super eum manum tuam memento belli nec ultra addas
loqui Ecce spes eius frustrabitur eum et videntibus cunctis precipitabitur

XLI Non quasi crudelis suscitabo eum Quis enim potest
resistere vultui meo Quis ante dedit mihi ut reddam
ei Omnia que sub celo sunt mea sunt Non parcam ei
et verbis potentibus et ad deprecandum compositis Quis
revelabit faciem indumenti eius et in medium oris eius
quis introibit Portas vultus eius quis aperiet Per gyrum
dentium eius formido Corpus illius quasi scuta fusilia

et compactus squamis se prementibus Una uni coniungitur
et ne spiraculum quidem incedit per eas Una alteri adherebit
et tenentes se nequaquam separabuntur Sternutacio eius
splendor ignis et oculi eius ut palpebre diluculi De
ore eius lampades procedunt sicut tede ignis accense De
naribus eius procedit fumus sicut olle succense atque fer
ventis Alitus eius prunas ardere facit et flamma de
ore eius egreditur In collo eius morabitur fortitudo et
faciem eius precedit egestas Membra carnium eius cohe
rencia sibi mittet contra eum fulmina et ad locum alium non
ferentur Cor eius indurabitur quasi lapis et stringetur
quasi malleatoris incus Cum sublatus fuerit timebunt angeli
et territi purgabuntur Cum apprehenderit eum gladius sub
sistere non poterit neque hasta neque thorax Reputabit enim
quasi paleas ferrum et quasi lignum putridum es Non fugabit
eum vir sagittarius in stipulam versi sunt ei lapides funde
Quasi stipulam estimabit malleum et deridebit vibrantem
hastam Sub ipso erunt radii solis sternet sibi aurum quasi
lutum Fervescere faciet quasi ollam profundum
mare et ponet quasi cum unguenta bulliunt post eum lucebit
semita et estimabit abyssum quasi senescentem Non
enim est super terram potestas que comparetur ei qui factus est
ut nullum timeret Omne sublime videt ipse est rex super
Respondens autem Iob domino Vos filios superbie XLII
dixit Scio quia omnia potes et nulla te latet
cogitacio Quis est iste qui celat consilium absque
sciencia Ideo insipienter locutus sum et que ultra modum
excederent scienciam meam Audi et ego loquar interrogabo
et responde michi Auditu auris audivi te Nunc autem oculus
meus videt te et ideo ipse me reprehendo et ago penitenciam
in favilla et cinere Postquam locutus est dominus verba hec ad
Iob dixit ad Eliphaz Themanitem Iratus est
furor meus in te et in duos amicos tuos Quia non estis
locuti coram me rectum sicut servus meus Iob Sumite
igitur vobis vii thauros et vii arietes et ite ad

ad servum meum Job et offerte holocaustum pro vobis Job
autem servus meus orabit pro vobis faciem eius susci-
piam ut non vobis imputetur in stultitiam neque enim lo-
cuti estis ad me recta sicut servus meus Job. Abierunt
ergo Heliphaz Themanites et Baldath Suites et
Sophar Naamathites et fecerunt sicut locutus fuerat
dominus ad eos. Et suscepit dominus faciem Job. Dominus quoque
conversus est ad penitentiam Job cum oraret ille pro amicis
suis. Et addidit dominus omnia quecumque fuerant Job duplicia.
Venerunt autem ad eum omnes fratres sui et universe sorores
sue et cuncti qui noverant eum prius et comederunt
cum eo panem in domo eius et moverunt super eum
caput et consolati sunt eum super omni malo quod
intulerat dominus super eum. Et dederunt ei unusquisque
ovem unam et inaurem auream unam. Dominus
autem benedixit novissimis Job magis quam principio eius.
Et facta sunt ei xiiii milia ovium et vi milia camelorum et
mille iuga boum et mille asine. Et fuerunt ei vii
filii et tres filie et vocavit nomen unius diem et
nomen secunde Cassya et nomen tercie Cornustibie. Non
sunt autem invente mulieres speciose sicut filie Job in
universa terra. Deditque eis pater suus hereditatem
inter fratres earum. Vixit autem Job post hec c xl annis et vi-
dit filios suos et filios filiorum suorum usque ad quartam
generationem et mortuus est senex et plenus dierum.

XLIII Fuerunt ergo omnes anni vite eius ducenti
xl viii. Et ex his apparet eum quintum fuisse
ab Abraham. Job exemplar patientie mysteria
que suo sermone complectitur. Prosa incipit versu
labitur pedestri sermone finitur. Omnes legis dialectice
propositionis assumptionis confirmatione conclusione de-
terminat. Singula in eo verba plena sunt sensibus
et ut de ceteris sileam resurrectionem corporum sic prophetat
ut nullus de ea sic manifestius vel cautius scripsit.
Ait enim scio enim quod redemptor meus vivit et in

nouissimo die de terra surrecturus sum et rursum circumda-
bor pelle mea et in carne mea videbo deum saluatorem
meum Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspec-
turi sunt et non alius Reposita est hec spes mea in sinu meo

Ezau habuit uxores quarum prima iudit filia beheri
Ethei secunda abseminath filia elomenci XLIIII
de ipsa natus est Raguel Cum raguel habuit
filios quatuor primitivus Naceth secundus zareth qui
Zareth genuit Job Inde enim apparet eum esse quintum
ab abraam; in terra quoque habitasse job ampitidem in finibus
ydumee et arabie; et erat ei antea nomen Jobab Et
accepta uxore Arabissa genuit filium cui nomen erat
Ennon Erat enim ipse filius quidem zare de Ezau filio
filius / De matre vero bosra ita ut sit quintus ab Abraam
Et hii sunt reges qui regnaverunt in Edom in qua et ipse
regione regnavit primus balach filius Bethor et nomen
civitatis eius de Calnaba post balach autem Jobab qui
vocatur Job Post hunc Chusam; qui erat dux ex regione
Themanorum post hunc Adad filius Baath / qui excidit
madiam in campo moab et nomen civitatis eius Gethitham
Hebrei dicunt eum genuit de Nachor fratre Abra-
he Nachor enim genuit hus de cuius stirpe credunt quatenus
ut patet in exordio libri ipsius

Incipit prefatio Sancti ieronimi in psalterium

Eusebius et Jeronimus fratri suo Sophronio
salutem dicit. Scio quosdam putare psal-
terium in quinque libros esse divisum ut ubi-
cumque apud lxx interpretes scriptum est
Genoito genoito .i. fiat fiat finis
libri sit Pro quo in hebreo legitur Amen amen
Nos autem hebreorum autoritatem secuti et maxime apostolorum
qui semper in novo testamento psalmorum librum o
liber nominant unum volumen asserimus psalmos ...

omnes eorum testamur autores qui ponuntur in tytulis David scilicet
et Asaph et Ydithym filiorum Chore Eman Ezraite
Moysi et Salomonis et reliquorum Quos Esdras uno vo
lumine comprehendit Sicut enim amen proquo Aquila transtulit
mentus menene in fine tamen librorum ponitur et non interdum
aut in exordio aut in medio sermonis sive in fine Nunc Sal
vator loquitur in evangelio Amen amen dico vobis Et Paulus
in medio id est operis commemorat Moyses Ysaias et Jeremias et ceteri
in huiusmodi multos habent libros qui in mediis sunt
Amen frequenter inseruerunt Sed et numerus viginti duorum librorum
hebraicorum et misterium eiusdem numeri commutabitur Nam et
titulus ipse hebraicus sephartalim quod interpretatur volumen
ympnorum apostolici auctoritate auctoritati congruens Non plures
libros sed unum volumen ostendit Quia igitur nuper cum hebreo
disputans quedam pro domino salvatore de psalmis testimonia
protulisti volensque te ille eludere per sermones pene singulos
asserebat non ita haberi in hebreo ut tu de lxx interpretibus
opponebas studiosissime postulasti ut post Aquilam
et Simachum et Theodocionem novam editionem latino ser
mone transferrem Aiebas enim te magis interpretum varietate
turbari et amore quo laberis vel translatione vel iudicio
meo esse contentum Unde compulsus a te cui et que possum
negare non possum Me obtrectatorum latratibus tradidi
Malui quam vires meas potius quam voluntatem in amicitia
querere Certe confidenter dicam quod multos huius operis testes
citabo nichil me dumtaxat sciente de hebraica veritate
mutasse Sicubi ergo editio mea a veteribus discrepavit
interroga quemlibet hebreorum et liquido videbis me ab emulis
frustra lacerari qui malunt contempnere videri preclara quam
discere perversissimi homines Nam cum nova semper expetunt
voluptates et gule eorum vicina maria non sufficiant
Cur in solo studio scripturarum veteri sapore contenti sunt
Nec hoc dico ut precessores meos mordeam aut quicquam
de hiis arbitrer detrahendum Quorum translationem diligentissime

emendatam olym me habuisse dixerim. Et quod aliud
sit in ecclesiis christo credentium psalmos legere aliud
iudeis calumniantibus verba respondere. Quod opuscu-
lum meum ut pollicitus es transscribas et imprimas inter
doctissimos quosque viros testes quosque facere volueris
dicam tibi illud oracium. In silvam ne ligna feras.
Nisi quod hoc habeo solamen ut in laboribus communi intel-
ligam michi et laudem et vituperationem tecum esse com-
munem. Vale in domino ihesu. Prefatio sancti ieronimi
in psalterium quod de hebreo transtulit
in latinum sermonem et cetera

In hebreo libro
psalmorum est unum adiectionem descripti sunt omnes
et divise. Quidam autem quinque quidam autem divisi. Quia
? primus et secundus coniuncti sunt in hebreo ad
et unum lxxvii. Coniunctus apud nos. In hebreo
autem partiti sunt in duos in quinque. Quinque vero
dividuntur hebrea ~~sermone~~ psalmorum libros. Quorum
quinque primum A Beatus vir in fine psalmi. Secundus
autem A Quemadmodum desiderat cervus usque lxx
primum fine. Tertium vero Quam bonus israel deus usque
ad lxxviii. Quartum autem Domine refugium factus es
nobis usque ad centesimum quintum. Quintum vero Confi-
temini domino quoniam bonus usque ad novissimum. Obser-
vandum est autem quia non secundum hystorie seu temporum
seriem psalmorum compositus sit ordo. Conmixti vero
est variis temporibus sicut liber regnorum declarat. Multa
enim ydolorum cultura obtinens iudeorum gentem oblivioni
tradiderat primarum scripturarum ut nunc patet libri mosaice
legis. Nec memoria patrum pietatis salva habebatur
apud nos. Hic ergo et prophetas miserunt redarguentes
illorum impietates et horum causa primum assiriorum
traditi sunt. Nichil ergo mirabile sub huiusmodi consti-
tutione et que illata sunt libros psalmorum deciderunt
oblivioni longis tradita temporibus. Post hoc autem sine

Esdram siue unum quendam prophetarum circa cogitationem
eorum estimasse tunc temporis et librum psalmorum coaduna
sse. Non liquide inuenientes omnes. sed per uaria tempora
texuere. aut in primis qui poterant inuenti sunt propter
ipsius dauid iacet omnes. deinde autem et filiorum chore
et asaph et salomonis moysi et ethan et eman et y
dithym et ceterum ipsius dauid inuenientes miscuit in libro
textos non solum quibus dicti sunt temporibus. sed quibus in
uenti sunt etiam prouenit. ut qui temporibus erant
nouissimi primi, et qui temporibus erant primi postea
inuenti sunt ut secundo ordinarentur loco. Diuisionem autem
inueniens factum in prophetis alibi patere. Hec est diuisio ipsorum
sicut circa scribentium diligentissima exempla priorum
et ipsum hebraicum continet. XLI. Quorum sunt psalmi sine
inscriptione x et vii. superscriptorum diuisio ipsa Dauid
lxxv. filiis chore xi. Asaph xii. Ethan unum et Moy
si unum. Salomonis ii^o. sine nomine xv. alleluia. Titulus xxvii
protocollaribus in quorum xv. Sunt autem quiuis sine sup
scriptione quidam habentur. nec in signanter tunc sunt xvii
sunt. Et Non sic suscipiat quis quia omnes psalmi sint
Dauid sed et aliorum prophetarum propter quod hec omnis scri
ptura, que apud hebreos psalterium nomine ipsius dauid
superscribitur indiuidue liber psalmorum nominatur. Sic di
cebat quidam exametro scriptum est canticum deutronomii
apud hebreos. Alii sunt qui apud nos ipsi dauid iii. iiii.
v. vi. vii. viii. ix. x. xi. xii. xiii. xiiii. xv. xvi. xvii. xviii.
xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. xxv. xxvi. xxvii. xxviii. xxix.
xxx. xxxi. xxxii. xxxiii. xxxiiii. xxxv. xxxvi. xxxvii. xxxviii.
xxxix. xl. xli. xlii. xliii. xliiii. xlv. xlvi. xlvii. xlviii. xlix.
l. li. lii. liii. liiii. lv. lvi. lvii. lviii. lix. lx. lxi. lxii. lxiii.
lxiiii. lxv. lxvi. lxvii. lxviii. lxix. c. cii. ciiii. c. viii. cix.
cxxi. cxxiii. cxxiiii. cxxx. cxxxii. cxxxvii. cxxxviii. cxl.
cxli. cxlii. cxliii. cxliiii. fiunt lxxxv. filiis Chore. lxx.
lxxi. lxxxii. lxxxiii. lxxxiiii. lxxxv. lxxxvi. lxxxvii. lxxxviii. lxxxix.
lxxxxiii. fiunt xi. sine nomine. Cum tamen superscriptiones

huit no titulum tamen significant cuius sunt lxxv. lxxvi.
lxxxvii. lxxxviii. lxxxix. Ci. cvii. cxx. cxxii. cxxiii. c-
xxiiii. cxxv. cxxvi. cxxvii. cxxviii. cxxxi. cxxxiii. sil
xvii. Alleluya tm, ciiii. cv. cvi. cx. cxi. cxii. cxiii.
cxiiii. cxv. cxvi. cxvii. cxviii. cxxxiiii. cxxxv. cxlv.
cxlvi. cxlvii. cxlviii. cxlix. cl. simul xix. Ethan
lxxx. lxxxviii. Salomonis lxxi. cxxvi. Asaph xlix. lxxii.
lxxiii. lxxiiii. lxxv. lxxvi. lxxvii. lxxviii. lxxix. lxxx. lxxxi. lxxxii.
simul xii. Moysi lxxxix. Sunt omnes simul psalmi cl.
preter titulatoribus tres et quindecim xv pronominibus positi
sunt cxx cl. In quibus inscriptionibus eorum obelus
iacet hic penes solos lxx Neque non apud ceteros inter-
pretes inveniuntur asteriscus et obelus Quia adiacentia
in hebreo et apud ceteros / non sunt inventa penes
lxx et theodotionem / adicimus cum asteriscis Multa
vero apud interpretatos lxx. Aut in theodotione inveniuntur
Neque aut in hebreo neque apud ceteros obelo super-
posuimus De superscriptis non quina secundum quandam dispu-
tationem hic interpretati sunt de morte filii Sicut quo-
rundam credunt ita quadrupedia / et que circa quanta
sunt Et sicut quidam putant primum hic quia ante
salvatoris adventum dispensata est interpretatio septuaginta
propter Ptholomeum etenim interpretati sunt Cum scripturis
erat impossibile propter infidelitatem de christo eas predicare Nonus
Confitebor tibi domine in toto corde meo / pro eo
quod gratias ago Ego narrabo omnia mirabilia tua quo-
que vel non omnia possibile erat narrare / sed expri-
mere ea mirabilia que in egipto videbat Christus autem
et qui erat super celestia In ad intelligendum inimici mei
retrorsum Dyabolus erat inimicus qui humanum genus
detinebat Increpasti gentes periit inimicus impius
dyali Quo annunciem laudes tuas in portis filie sy-
on Civitatem dividentes celesti urbem filie syon lxxxix.

Domine refugium factus es nobis a generatione in generatione
Refugium secundum Enoch in Abraham et reliqua eva huius apud
se absconditos montes Novissime quando secreta demirant
aquarum serui tempora denudat et demirant montes Et di-
ysti convertimini filii hominum de gentium vocatione Anima mille
ante sicut mortuis Mane sic herba transeat qui secundum david
et Salomon Vespere decidat de consummatione desolationis Filiis
het moyses prophetavit spiritu dei de isto Primorum post david
secundum hystoriam que in libro regnorum L vel m adversus goliath
cum stetit lviiii Cum misit Saul et custodivit domum eius
ut interficeret eum lvi Cum fugit a facie eius Saul in spe-
luncam xxxiii Cum venit ad abimelech sacerdotem et com-
mutavit vultum suum coram Abimelech rege et dimisit eum
L lxii Cum fugit de geth et venit in speluncam odollam lii
Cum venit doech et nunciavit Sauli et dixit Venit david
in domum abimelech liii Cum esset in deserto ydumee lxii
Cum venerunt zyphei et dixerunt Sauli Nonne ecce david ab-
sconditus est penes nos liii Quando tenuerunt eum allophi-
li in Geth xxvi Post mortem Saul priusquam ungeretur in
regem Cum domus edificata est post captivitatem et archa
domini reducta est xxviii In consummatione tabernaculi
in quo archa edificata posita est xxix In dedicatione do-
mus david l lix Cum Ioab percussit mezopotamiam
syrie et syriam Soba alias Sabath et vallem salinarum
xii milia Cum venit ad eum Nathan propheta et intravit ad
Bersabee iiii Cum venit a facie Absolon filii sui iii pro
verbis Chusi filii gemini L cxlii Cum eum persequeretur Ab-
solon filius suus xvii In die qua liberavit eum dominus
de manu omnium inimicorum suorum et de manu Saulis

Sequitur alia prefatio sancti Jeronimi presbiteri

Psalterium dudum Rome positus emendaveram
et iuxta lxx interpretes licet cursim magna illud
ex parte correxeram Quod quia rursum videtis o paula
et eustochium scriptorum vicio depravatum plusque antiquum
errorem quam novam translationem dicit valere Cogitis
ut veluti quoddam novale scissum iam arvum exerceam

et oblique sulcis renascentes spinas eradicem equum esse
dicens Ut quod crebro male pullulat crebrius succidatur
Unde consueta prefatione commoneo tam vos quibus
forte iste labor desudat quam eos qui exemplaria istius-
modi habere voluerint ut que diligenter emendavi cum cura
et diligencia transcribant Notet sibi unusquisque vel iac-
entem lineam vel signa radiancia id est vel obelos vel aste-
riscos Et ubicumque viderit lineam precedentem ab ea usque ad
duo puncta que impressimus sciat in lxx translatoribus plus
haberi Ubi autem stelle similitudinem perspexerit de Hebreis vo-
luminibus additum noverit eque usque ad duo puncta
iuxta Theodotionis editionem Qui simplicitate sermonis
a lxx interpretibus non discordat Hec ergo vobis et studi-
oso cuique me fecisse sciens non ambigo multos fore qui
vel invidia vel supercilio malunt contempnere videre pre-
clara quam discere et e turbulento magis quam purissimo
fonte potare etc. Incipit liber psalmorum et ymnorum
vel soloquiorum prophete David de
Christo domino nostro sequitur

Beatus vir qui non abiit in consilio
impiorum et in via peccatorum non stetit
et in kathedra pestilencie non sedit
desidiorum non sedit Sed in lege
domini voluntas eius et in lege eius
meditabitur die ac nocte Et erit tam-
quam lignum plantatum iuxta rivulos
aquarum quod fructum suum dabit in tempore
suo Et folium eius non defluet et omne
quod facit prosperabitur Non sic impii sed tamquam pulvis
quem proicit ventus a facie terre Propterea non resurgunt
impii in iudicio neque peccatores in concilio iustorum
Quoniam novit dominus viam iustorum et iter impiorum peribit
Qui ipse sit lignum vite cui miserendo est surculus coniunc-
tionis nostre ut floreat bonorum operum irrigacione
Orō Effice nos domine tamquam lignum fructuosissimum
ante conspectum tuum ut tuis ymbribus irrigati mereamur

tibi suauiter fructum ubertate complaceant Qui cum deo
Ps dd de tormentis infidelium de christi passione
Quare fremuerunt gentes alias turbate et tri
bus meditabuntur inania Consurgent reges
terre et principes tractabunt pariter aduersus
dominum et aduersus christum eius Dirumpamus vincula
eorum et proiciamus a nobis laqueos eorum Habitator
celi dominus subsannabit eos Tunc loquetur ad eos
in ira sua et in furore suo conturbabit eos Ego autem
orditus ordinatus sum rege meum super syon mon
tem sanctum suum Annunciabit deo preceptum domini Dominus dixit
ad me filius meus es tu ego hodie genui te Po
stula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et po
ssessionem terminos terre Pasces eos in virga ferrea
et ut vas figuli confringes eos Nunc ergo
reges intelligite erudimini iudices terre Seruite
domino in timore et exultate in tremore Adorate pure
ne forte irascatur et pereatis de via Cum exarserit
post paululum furor eius beati omnes qui sperant in eo
Et ipse omnes gentes hereditatis accipit et regit
correctione quousque ducat in terram promissionis Oratio
Dirumpe domine vincula peccatorum nostrorum ut iugo tue
seruitutis innexi valeamus tibi cum tremore
et reuerentia famulari per dominum nostrum
Psalmus dd ipsi dauid cum fugeret a facie Abso
lonis filii sui vox christi ad patrem de iudeis
Domine quid multiplicati sunt hostes mei multi con
surgunt aduersum me Multi dicunt anime mee non
est salus huic in deo semper Tu autem susceptor
meus gloria mea et exaltans caput meum Voce mea
ad dominum clamabo et exaudiet me de monte sancto suo semper
Ego dormiui et soporatus sum et euigilaui quia dominus
suscepit me Non timebo milia populi circumdantis
me Exurge domine saluum me fac deus meus Quoniam tu per
cussisti omnes aduersantes mihi sine causa dentes peccatorum con
triuisti Domini est salus et super populum tuum benedictio tua semper

Ut ipse pro nobis morte moriens obdormiret ut nos a sompno mortis liberaret oratio sequitur

Effunde domine benedictionem tuam super nos ut tua resurrectione muniti non timeamus ab adversariis viciorum malicia timidi. In finem psalmus david alius ipsi david in carminibus vel in finem psalmus cantica david prophetia mar

Invocantem me exaudisti me deus pater iudex iusticie mee in tribulatione mea. Miserere mei et exaudi orationem meam. Filii viri usquequo nichil mei ignominiose diligitis vanitatem querentes mendatium per. Et cognoscite quia mirabile reddidit dominus sanctum suum. Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum. Irascimini et nolite peccare loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra tractate tacete semper. Sacrificate sacrificium iusticie et fidite in domino. Multi dicunt quis ostendit nobis bona leva super nos lumine vultus tui lumine luce. Dedisti leticiam in corde meo in tempore frumenti et vini eorum multiplicati sunt. In pace simul dormiam in idipsum et requiescam quia tu domine specialiter securum habitare fecisti me. Ut ipse pater in regnum sit cum deo patre glorificatus illuminavit ex tenebras nostre

Exaudi nos domine et in tribulationibus recitatis oris miserere, et qui solus magnificaris in prelis spiritualem leticiam tribue in tempore futurorum munerum constitutis. In finem pro ea que consequitur hereditate alius psalmus david

Verba mea auribus audi rexque vox celeste domine intellige murmur meum adiuva clamoris mei. Rex meus et deus meus quia ad te orabo domine mane exaudies vocem meam mane preparabor ante te et contemplabor. Quoniam non deus volens iniquitatem ne habitabit iuxta te malignus. Non stabunt in conspectu oculorum tuorum. Odisti omnes qui operantur iniquitatem perdes omnes loquentes mendatium. Virum sanguinum et dolosum abhominabitur domine ego autem in multitudine misericordie tue. Introibo in domum tuam adorabo in templo sancto tuo in timore tuo. Domine deduc me in iusticia tua propter insidiatores

inimicos meos dirige ante faciem tuam viam meam. Non est
enim in ore eorum veritas interiora eorum insidie. Sepulcrum
patens est guttur eorum linguam suam leniebant. Condem-
nabis eos deus. Decidant a consiliis suis iuxta multitu-
dinem scelerum eorum expelle eos quoniam provocaverunt te.
Et letentur omnes qui sperant in te in perpetuum lau-
dabunt te. Et proteges eos et laudabuntur in te qui di-
ligunt nomen tuum. Quoniam tu benedices iusto domine ut scu-
to placabilitatis placabili voluntate coronabis eum.
Ut ipse sit protector ecclesie militantis eamque pro-
tegat. alias pie defensionis oratio
Pie domine qui contriti cordis gemitum prius quam pro-
feratur intelligis effice nos templum spiritus sancti ut
mereamur scuto celestis glorie coronari. Per. In
finem carminibus psalmus ipsi david pro octava vox christi ad patrem
Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua
corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum
sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et
anima mea turbata est valde et tu domine usquequo. Revertere
domine eripe animam meam salva me propter misericordiam tuam. Quoniam
non est in morte recordatio tui in inferno autem quis confite-
bitur tibi. Laboravi in gemitu meo natare faciam tota
nocte lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo. Ca-
ligavit pre amaritudine oculus meus consumptus sum
ab omnibus hostibus meis. Recedite a me omnes qui opera-
mini iniquitatem quia exaudivit dominus vocem fletus mei. Au-
divit dominus deprecationem meam dominus orationem meam suscepit.
Erubescant et conturbentur omnes inimici mei revertantur
et confundantur subito. Ut ipse sit impugnator inimi-
corum nostrorum et licet vincamus per eum in pugna nostra
tamen mereamur victoriam. oratio. Exauditor omnium
deus exaudi nostrorum fletuum supplicem vocem et tribue
infirmitatibus nostris sospitatem perpetuam ut dum dignaris
gemitus nostri laboris suscipis tua nos semper misericordia
consolemur. Per. In finem psalmus david alias forte semen
ipsi david quod cantavit pro verbis Chusi alias

Sibe filii gemini 2° Reg° xvi prophetia dicit ad christum

Domine deus meus in te speravi salvum me fac ab omnibus
persequentibus me et libera me. Ne forte aliquando
ut leo rapiat animam meam lateat et non sit qui ad
iuvet eruet. Domine deus meus si feci istud si est iniquitas
in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala et
dimisit hostes meos vacuos. Persequitur inimicus animam
meam et comprehendat et conculcet in terra vitam meam
et gloriam meam in pulverem conculcet semper. Exurge domine in ira
re tuo elevare indignationes super hostes meos et consur
ge ad me in iudicio quod mandasti. Et congregatio populorum
circumdabit te et propter eam in altum revertere. Dominus iudicabit
populos iudica me domine secundum iusticiam meam et secundum simpli
citatem meam que est in me. Consumatur nequicia peccatorum
iniquorum et confirmetur iustus. Protector probator cordis
et renum deus iustus. Clipeus meus in deo qui salvat
rectos corde. Deus iudex iustus fortis communicans tota
nocte die. Non convertimini gladium suum acuet arcum
suum tetendit et paravit et preparavit illum. Et in eo parat
preparavit vasa mortis sagittas suas ad comburendum operatus
est. Ecce parturit iniusticiam et concepto dolore peperit men
dacium. Lacum aperuit et effodit eum et incidit in inte
ritum quem operatus est. Revertetur dolor suus in caput
eius et super verticem eius iniquitas sua descendet. Con
fitebor domino secundum iusticiam eius et psallam nomini
domini altissimi. *Et ipse scrutator sit cordium cuius
timore nostras gratias mundemus ne confusionem dam
nationis colligamus oratio.* Scrutator cordium deus
libera nos et da nobis in expectatione iudicii amorem
et timorem tuum et firmam mentis custodiam per

*In finem psalmus viii david pro torcularibus vox ecclesie
laudes dat de christo de fide omnium credentium psalmus*

Domine dominator noster quam grande est nomen tuum
in universa terra, qui posuisti gloriam tuam

super celos. Ex ore infantium et lactantium laudas propter
adversarios tuos ut requiescat inimicus ultor. Videbo
celos tuos opera digitorum tuorum lunam et stellas que
tu fundasti. Quid est homo quia recordaris eius vel
filius hominis quia visitas eum. Minuisti eum paulominus
a deo gloria et honore decore coronabis eum. Dabis ei po
testatem super opera manuum tuarum cuncta posuisti sub
pedibus eius. Oves et armenta universa et animalia agri
Aves celi et pisces maris qui perambulant per semitas
maris. Domine dominator noster quam grande nomen tuum in uni
versa terra. Christe ipse sit paululum ab angelis minoratus
ut dignitatis humane refloreret ramus arefactus
Admirabile nomen tuum omnipotens deus supplices
exoramus ut qui omnem creaturam mundi ad usum
hominis subiecisti nos ad tue servitutis officium dignos
efficere digneris per. In finem psalmus david pro occultis
filii laudem dat christo contra de iudeis et de principe de
Confitebor domino in toto corde meo / moriore
narrabo omnia mirabilia tua letabor et gau
debo in te cantabo nomini tuo altissime. C
um converterint inimici mei retrorsum et corru
erint et perierint a facie tua. Fecisti enim iudicium
meum et causam meam sedisti super solium iudex iustitie
Increpasti gentes et periit impius. Nomen eorum delesti
in sempiternum iugiter. Inimici defecerunt completi sunt soli
tudines in finem et civitates subvertisti periit memoria eorum
cum eis. Dominus autem in sempiternum sedebit stabilivit ad
iudicandum solium suum. Et ipse iudicabit orbem terre in iustitia
iudicabit populos in equitatibus et erit dominus elevatio oppresso
elevatio opportuna in angustia. Et confidant in te qui
noverunt nomen tuum quia non dereliquisti querentes te domine
Cantate domino habitatori Syon annuntiate in populis con
gregationes eius. Quia requirens sanguinem eorum recordatus
est non oblitus est clamorem pauperum. Misertus est mei dominus
vidit afflictionem meam de inimicis meis qui exaltat

me de portis mortis. Ut narrem omnes laudationes
tuas in portis filie syon exultabo in salutari tuo. In-
merse sunt gentes in interitu que fecerunt et laqueo quo
captus est pes eorum absconderunt in laqueo quod absconderunt
comprehensus est pes eorum. Ignitus est dominus iudicium
faciens in opere manuum suarum corruit impius semitu se-
mpiterno. Convertantur impii in infernum omnes gentes que
obliviscuntur deum. Quoniam in metum non erit oblivioni pauperis
non peribit metum. Exurge domine non confortetur homo iudicentur
gentes ante faciem tuam. Pone domine terrorem eis sciant
gentes quoniam homines se esse. Quare domine stas a longe despicis
in temporibus angustie. In superbia impii ardet et incenditur
pauper capientur in consiliis suis que cogitaverunt. Quoniam
laudabitur impius in desideriis anime sue et avarus applau-
dens sibi blasfemavit adversus dominum. Impius secundum alti-
tudinem ire sue non queret nec est deus in cogitationibus
eius. Parturiunt vie eius in omni tempore longe sunt iudicia
tua a facie eius omnes inimicos suos despiciet. Locutus est
in corde suo non movebor in generatione et generationem
eorum sine malo. Maledictione os eius plenum est et do-
lus et avaricia sub lingua eius dolor labor et iniusticia.
Sedet insidians in insidiis inter vestibula in absconditis
ut interficiat innocentem. Oculi eius robustos tuos dirid
spiritus insidiatur in abscondito quasi leo in cubili. Insidiatur
ut rapiat pauperem rapere pauperem dum attrahit eum ad
laqueo suo. Et confractum subiciet et inclinet viribus suis
valentem. Dixit in corde suo oblitus est deus abscondit faciem suam
non respiciet in perpetuum. Surge domine leva manum noli-
oblivisci pauperem. Quare blasfemavit impius deum di-
xit in corde suo quia non requiret. Vides quoniam tu laborem
et dolorem sudores respicis ut detur in manus tuas. Tibi de-
linquetur fortis tu pupillo tu eris factus adiutor. Co-
ntere brachium impii et maligni queretur impietas
eius et non invenietur. Dominus rex seculi et eternitatis peribunt

gentes de terra eius. Desiderium pauperum exaudivit dominus
preparacionem cordis eorum audivit auris tua. Ut iudices
pupillo et humili ut non apponat ultra magnificare se homo super terram
Mundus ipse suo adventu incorporandus opprimet et
suam presumpcionem destruet. Sequitur oracio
Confessionem nostre piam auris tua deus clemens
capiat cum speravimus iuste nimirum permisisti requiescere
Ut exaltati de portis mortis possimus salutem tuam in
insidias occultas effugere per. In finem psalmus ipsi david
pro octava die de passione christi sequitur psalmus
Salvum me fac domine quoniam defecit sanctus quoniam diminu-
ti sunt fideles a filiis hominum. Vana locuti sunt
unusquisque ad proximum suum labia dolosa in corde
et corde locuti sunt. Disperdat dominus
universa labia dolosa linguam magniloquam. Qui
dixerunt linguam nostram magnificabimus labia nostra a nobis sunt
quis noster dominus est. Propter miseriam inopum et gemitum pauperum
nunc exurgam dicit dominus. Ponam in salutari fiducialiter agam
in eo. Eloquia domini eloquia casta argentum igne exami-
natum probatum terre purgatum septuplum. Tu domine servabis
nos et custodies nos a generatione hac in eternum. In circui-
tu impii ambulant secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum
Et ipse compassus nostre miserie surrexit a mortuis ne
ex beneficio glorificamur sue resurrectionis. Oracio
Miserere fragilitati nostre sanctissime deus et concede
nobis eloquia tua puro corde continuare ut
possimus multiloquium dolositatis in fraudulenta declinare
In finem psalmus ipsi david vox christi ad patrem de dyabolo
Usquequo domine oblivisceris me in finem usquequo avertis
faciem tuam a me. Quamdiu ponam consilia in anima
mea dolorem in corde meo per diem. Usquequo exaltabitur
inimicus meus super me. Respice et exaudi me domine deus
meus. Illumina oculos meos ne umquam obdormiam
in morte. Nequando dicat inimicus meus prevalui adversus eum

hostes mei exultabunt si motus fuero Ego aut in
mia tua confido exultabit cor meum in salutari
tuo cantabo dno qui reddidit michi Ut ipse
oculos nros ne umquam obdormiant lumine sue gratie
non desinat illuminare Oratio Ne auferas faciem
tuam a nob omnips ds ne inimici nri exaltent
adversu nos sed et cor nrm exultacione perfunde
ut nos somnum perpetue mortis evadere mereamur
In finem psalmus ipsi david xiii

Dixit stultus in corde suo no e deus Corrupti
sunt et abhominabiles facti sunt in studio suo no
est qui faciat bonu Dns de celo prospexit sup
filios hom ut videat si est intelligens aut requirens deu
Omnes declinaverunt simul conglutinati sunt no e qui
faciat bonu no e usq ad unu Nonne cognoscent
omnes qui operant iniquitate qui devorant plebem
meu ut cibu panis dominu no invocaverunt Ibi
trepidabunt timebunt fortitudine qm deus in generacione
iusta est Consiliu pauperis inopis confudistis qm dns
spes eius est Quis dabit ex syon salutare israhel cu
redimit dns captivitatez pli sui exultabit Jacob
et letabit isrl Ut ipse plebis sue captivitatem
avertat reliquiis ostendendo spem nobis adip
Dignare dne de celo sancto tuo veniendi det
respice filios hom et da nobis agnoscere via
pacis ut adversa viciorum captivitate depulsa cele
stis ierlm titulo pfruamur psalmus ipsi david

Domine quis peregrinabit in tentorio tuo aut
quis habitabit in monte sancto tuo Qui ingredit
sine macula et operat iusticiam loquitur qz veritatez i corde
suo Qui no egit dolu i lingua sua nec fecit alto
suo malu et obprobrium no sustinuit sup vicinu
suu Respicitur oculus eius in pplex timentes aut
dom glorificat Iurat ut se affligat et no mutat

Pecuniam ſuam nõ dabit ad uſuram et munera aduerſus
innoxios nõ accepit. Qui facit hec nõ commouebitur
in eternum. Ut ipſe ſit mons in quo requieſcunt anime
et tabernaculum adhuc peregrinantium. Oro
Concede nobis pyiſſime deus ſine macula ingredi
ecclesiam tuam et aute nos a dolo proximi et uſuris
ut dum hec ſecundum preceptum tuum obſeruamus nõ amoueamur
ab eternis ſuppliciis in eternum. Ps. Tytuli inſcriptio
Cuſtodi me domine quoniam / alt pſalmus ipſi dauid
ſperaui in te. dicens. domino deus meus es tu bene
orum meorum eſt ſine te. Sanctis qui in terra ſunt eius ma
gnificauit omnes uoluntates meas in eis. Multiplicabuntur ydola
eorum poſt tergum ſequentium nõ libabo libamina litabo li
bamina eorum de ſanguine nec aſſumam nomina eorum in la
biis meis. Dominus pars hereditatis mee et calicis mei
tu poſſeſſor ſortis mee. Funes ceciderunt ... ui
nee ceciderunt michi in preclaris et tu hereditas ſpecioſiſſima
mea es. Benedicam domino qui dedit conſilium in inſuper
et noctibus erudierunt me renes mei. Prouidebam dominum
in conſpectu meo ſemper quia a dextris meis ſemper e nec
commouear. Propterea letatum eſt cor meum et exultabit
gloria mea. et caro mea habitabit confidenter. Non enim
derelinques animam meam in inferno nec dabis ſanctum tuum
uidere corruptionem. Oſtende in ſemitas uite plenitudinem
leticiarum ante uultum tuum delectiones in dextera tua. Chriſtus
ut ipſe pro nobis paſſus. in inferno nõ ſit delictus
ſed fractis inferni municionibus eripuit quos imperet
Conſerua domine ſperantes in te et effice inpugnatores
uoluntates tuas nobis ad ut clarificata gloria trinitatis tue a
dextris tuis cum ſanctis omnibus delectari mereamur
Exaudi deus iuſticiam meam intende deprecationem oro ipſi dd
meam. auribus percipe orationem meam abſque labiis medi
tabus. De uultu tuo iudicium meum prodeat oculi mei
uideant equitatem. Probaſti cor meum et uiſitaſti nocte
conflaſti me et nõ inuenisti cogitaciones meas tranſire
os meum in opere hominum. Propter verba labiorum tuorum ego
obſeruaui uias latinas. Suſtenta greſſus meos in callibus

tuus et nō labantur veſtigia mea Ego invocavi te quia
exaudiſti me deus inclina aurē tuā mihi et audi eloq
uium meū Mirabilem fac miāz tuāz ſaluator ſperanti 87
um a reſiſtentibꝫ dextē tue Cuſtodi me ut pupillā
oculi in umbra alarū tuarū protege me a facie
impiorū vaſtantiū me Inimici mei animam meam
circūdederunt adipe ſuo concluſerunt et ore ſuo locuti ſunt
ſuꝑbe Incedentes adverſum me nunc circūdederunt me
oculos ſuos poſuerunt declinare in terram Similitudo
illius quaſi leonis deſiderantis ꝑdam et quaſi catulus
leonis ſedentis in abſcondito Surge dñe preveni faciē
eius incurva eum ſalva aiam meaz ab impio qui ē
gladius tuus Fuiris inimice manus tue dñe q̄ mor
tui ſunt in profundo quorū pars in vita et quorū de ab
ſconditis tuis repleſti ventrē qui ſaciabunt filijs et di
mittent reliquias ſuas parvulis eorum Ego in iuſticia
videbo faciem tuam implebor cū evigilavero ſimilitudine
tua Ut ipſe ſit extra urbem proiectus et a malis cir
cumdatus ut liberari poſſimus a malis inimicis
Aperite dñe oculos cordis nr̄i ad tenenda tui iu
dicii diuini veritatem ut dum hic igne ſpirituali ꝑ
bamur de tuis meritis conſpectibus cū fructu iuſticie ſa
ciemur ꝑ In finē pueri dn̄i ipſi david que locutus eſt
dn̄o v̄ba cantici huius in die qua eruit eū dn̄s de
manu inimicorū eius et de manu ſaul et dixit ꝑ rege
Diligam te domine fortitudo mea dominus xvij
petra mea refugiū meū et ſaluator meus D
omine fortitudo mea dn̄e petra mea et robur
meum et ſaluator meus Deus meus fortis meus ſpe
rabo in eum ſcutum meū et cornu ſalutis mee et ſuſcep
tor meus Maudatū invocabo dominū et ab inimicis meis
ſalvus ero Circumdederunt me funes mortis et torrentes
dyaboli terruerunt me Funes inferni circumdederunt
me preuenerunt me laquei mortis In tribulatione mea
invocabo dominū et ad deū meū clamabo Et exaudiet de
templo ſcō ſuo vocē meā et clamor meus cū faciem

eius venit in aures eius. Commota est et contremuit terra
fundamenta montium conturbata sunt et conquassata sunt
quoniam iratus est eis. Ascendit fumus de furore eius et ignis
de ore eius exarsit, carbones accensi sunt ab eo. Inclinavit
celos et descendit et caligo sub pedibus eius. Et ascendit
super cherubim et volavit super pennas ventorum. Posuit
tenebras latibulum suum in circuitu eius tabernaculum eius
tenebrosas aquas in nubibus aeris. Prefulgore in con-
spectu eius nubes transierunt grando et carbones ignis. Et
intonuit de celis dominus et altissimus dedit vocem suam gran-
dinem et carbones ignis. Et misit sagittas suas et dissi-
pavit eos fulgura multiplicavit et conturbavit eos. Et appa-
ruerunt effusiones aquarum et revelata sunt fundamenta
orbis terrarum. Ab increpatione tua domine ab inspiratione spiritus
furoris tui. Misit de alto et accepit me et extraxit me
de aquis multis. Liberavit me de inimicis meis poten-
tissimis et de hiis qui oderunt me quoniam robustiores me erant.
Prevenerunt me in die afflictionis mee et factus est
dominus firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem
liberavit me quoniam placuit ei. Retribuet michi dominus secundum
iusticiam meam et secundum mundiciam manuum mearum reddidit
michi. Quia custodivi vias domini, et non egi impie a deo
meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo et precep-
ta eius non amovi a me. Et ero immaculatus cum eo et
custodiam me ab iniquitate mea. Et retribuet michi dominus secundum
iusticiam meam et secundum mundiciam manuum mearum in conspectu
oculorum eius. Cum sancto sanctus eris et cum viro innocente
innocens eris. Cum electo electus eris et cum perverso subver-
teris. Quoniam tu populum pauperem sanabis et oculos excelsos hu-
miliabis. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine deus meus
illuminabis tenebras meas. In te enim curram accinctus
et in deo meo transiliam murum. Deus meus immaculata via
eius eloquium domini igne examinatum scutum est omnium speran-
cium in se. Quoniam quis est deus preter dominum et quis fortis preter deum
nostrum. Deus qui accinxit me fortitudine et posuit imma-
culatam viam meam. Qui equavit pedes meos tamquam cervi et super

excelsa statuens me. Docens manus meas ad prelium et po-
nens quasi arcum ereum brachia mea. Dedisti in clipeum
salutis tue et dextra tua confortavit me et mansuetudo
tua multiplicavit me. Dilatabis gressus meos subtus me
et non defitient tali mei. Persequar inimicos meos et
comprehendam comprehendam et non revertar donec consumam
eos. Confringam eos et non poterunt stare cadent subpedibus
meis. Attinxisti me fortitudine ad prelium incurvasti resisten-
tes in sub me. Inimicorum meorum dedisti in dorsum odien-
tes me disperdidisti. Clamabunt et non erit qui salvet
ad dominum et non exaudiet eos. Delebo eos ut pulverem
ante faciem venti ut lutum platearum proyciam eos. Salvabis
me a contradictionibus populi pones me in caput gentium
Populus quem ignoravi servivit in auditione auris obe-
divit michi. Filii alieni mentiti sunt michi filii alieni defluxerunt
et claudicaverunt in angustiis suis. Vivit dominus et benedictus
deus meus et exaltetur deus salutis mee. Deus qui das
vindictas michi et congregas populos sub me. Qui eruis eos
confirmat me ab inimicis meis et a resistentibus michi ele-
vabis me a viro iniquo liberabis me. Propterea confitebor
tibi in gentibus domine et nomini tuo cantabo. Magnificans
salutes regis sui et faciens misericordiam christo suo david et
semini eius usque in seculum. Ut ipse sit fundator sancte ec-
clesie camen non cessabit protegere. Oratio. Firmamentum
tu spes et refugium pressure pyssime deus salva nos ab
inimicis et laqueis mortis ut assumpti de multitudine
tribulationum circumstantium devotissime sancto nomini tuo
in innocentie puritate psallamus. ℣ In finem psalmus
ipsi david de adventu christi per quem reservatur
ps xviii ubi commingitur novum et vetus testamentum

Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius
annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum
et nox nocti indicat scientiam. Non est sermo
et non sunt verba quibus non audiantur voces eorum
In omnem terram exivit sonus eorum et in fines

orbis verba eorum Soli posuit tabernaculum suum et ipse
tamquam sponsus procedens de thalamo suo Exultavit ut
fortis ad currendam viam A summitate celi egressus eius
et cursus eius usque ad summitatem illius nec est qui se ab
scondat a calore eius Lex domini immaculata convertens
animas testimonium domini fidele sapientiam prestans parvulis
Precepta domini recta letificancia corda mandatum domini
lucidum illuminans oculos Timor domini sanctus permanens
in secula iusticia vera iustificata in semetipsis Desiderabi
lia super aurum et lapidem preciosum multum et dulciora super
mel et favum redundentes Unde et servus tuus docebit
ea in custodiis eius alias in custodiendis eius alias ex [illegible]
multus Errores quis intelligit ab occultis meis mundu
me Ab superbis hiis quoque libera inda servum tuum Si mei non
fuerint dominati mei tunc immaculatus ero et emundabor a de
licto maximo Fiunt placentes sermones oris mei et medi
tatio cordis mei in conspectu tuo domine fortitudo mea et re
demptor meus Quod ipse virginalem uterum sit ingressus
ut nobis regni pateret introitus Piissime deus qui
virginali thalamo egressus procedens liberatos ad patris
dexteram conscendisti immensam viam tuam exposcimus
ut lege tua conversi preceptis tuis illuminati testimoniis eru
dici ab occultis mereamur et ab alienis viciis emundari Per
Psalmus ipsi david Prophetia operantem hortatur

Exaudiet te deus in die tribulacionis protegat te
nomen dei iacob Mittat tibi auxilium de sancto et de
syon roboret te Memor sit omnis sacrificii tui et
holocaustum tuum pingue fiat semper Det tibi secundum
cor tuum et omnes voluntates tuas impleat Laudabimur in sa
lutari tuo et in nomine dei nostri reducemus thores impleat
dominus omnes peticiones tuas Nunc scio quoniam salvabit dominus
christum suum exaudiet illum dominus de celo sancto suo in for
titudine salutis dextere sue Hii in curribus et hii in equis
nos autem in nomine domini dei nostri recordabimur Ipsi incur
vati sunt et ceciderunt nos autem surreximus et erecti sumus
Domine salva regem exaudi nos in die qua invocaverimus te
Quod in ipso letamur et resurgemus et laboris pre
teriti immemores erimus Sequitur oratio

Imple dn̄e petitiones nr̄as et tanquam pyssimum holocau
stum nos assume ut nō inimicorum turribus obligati
salutaris tui opulatione letemur P Infine psalmus
ipsi dauid de regno christi et eiectione iudeorum

Dn̄e in fortitudine tua letabitur rex et in salutari
tuo exultabit vehementer Desiderium cordis eius
dedisti ei et uoluntate labiorum eius nō fraudasti
eum semper Quoniam preuenisti eū in bndictionibz dulcedinis
Pones in capite eius coronam de lapide precioso Vitam
petiuit a te et dedisti ei longitudine dierum in seculum
et in seculum seculi Magna e gl̄ia eius in salutari tuo gloriam
et decorem semper pones sup eū Pones eum cum bene
dictionibz sempiterna et exhilarabis eum in letitia apud vultu
tuū Quia rex confidet in dn̄o et in mīa excelsi nō com
mouebitur Inveniat manus tua omnes inimicos tuos et
dextera tua inveniat odientes te Pones eos ut cliba
num ignis in tpe vultus tui Dominus in ira sua con
turbabit eos et devorabit eos ignis Fructum eorum de tra perdes
et semen eorum a filiys hominum Quoniam inde clinauerunt sup
te mala cogitauerunt consilia quod nō potuerunt Quia
pones eos humerum funes tuos preparabis vultum eorum
Exaltare dn̄e in fortitudine tua cantabimus et psallemus
fortitudines tuas Et ipse et clibano infernali punien
dos tradet iniques iustos et collocabit regno incterrim
victuros

Benedic nos dn̄e benedictionibus
dulcedinis et comple tibi desiderium nr̄m plantatu
ut dum iugiter virtutes tuas suaui modulatione
concipimus longitudinem vite perpetue consequamur P
In finem ps ipi dauid de assumptione vel susceptione
matutina seu pro tra matutina de christi passione

Deus deus meus quare dereliquisti me longe a sa
lute mea verba rugitus mei Deus meus clama
bo et nō exaudies et nocte nec est silentium michi
Et tu sancte habitator laus Isrl In te confisi sunt

patres nri confisi sūt et saluasti eos Ad te clamauerūt
et salui facti sūt In te sperauerūt et nō sūt confusi Ego
aūt vermis sū et nō homo opprobriū hominū et despectio plebis
Omnes videntes me subsannabant me dimittunt labiū
mouent caput Confugit ad dominū saluet eū liberet eū qm volt
eum Tu aūt propugnator meus ex utero fiducia mea ab ube-
ribus matris mee In te proiectus sū ex vulua de ventre matris
mee deus meus es tu Ne longe fias a me qm tribulatio
proxima est qm nō est adiutor Circumdederūt me vituli multi
tauri pingues vallauerūt me Aperuerūt sup me os suū
quasi leo rapiens et rugiens Sicut aqua effusus sū et dis-
persa sūt omnia ossa mea Factū est cor meū sicut cera
liquefacta in medio ventris mei Aruit velut testa fortitudo
mea et lingua mea adhesit faucibus meis al' palato
meo et in puluerē mortis detraxisti me Circumdederunt
me venatores consiliū pessimorū vallauit me Vinxerunt
manus meas et pedes meos numerauerūt omnia ossa mea ge
ipsi respicientes viderunt in me Diuiserunt vestimenta mea
sibi et super vestimentū meū miserunt sortem Tu aūt
dñe ne longe fias fortitudo mea et auxiliū meū festina
Erue a gladio animam meā et de manu canis solitariam
meam Salua me ex ore leonis et de cornibus vnicornium
exaudi me Narrabo nomē tuū fratribus meis in medio ecclesie
laudabo te Qui timetis dominū laudate eum omne semen
Iacob glorificate eū Et metuite eū omne semen Israhel
Quia non despexit neqꝫ contempsit modestiā pauperis
et nō abscondit faciē suā ab eo et cū clamaret ad eum
exaudiuit eū Apud te laus mea in ecclesia multa vota mea
reddam in conspectu timentiū eū Comedent mites et
saturabuntur laudabunt dominū qui requirunt eū viuet cor eorum
in sempiternū Quia recordabuntur et conuertentur ad dominū
vniuersi fines terre et adorabunt coram eo vniuerse congrega-
tiones gentiū Quia domini est regnū et ipse dominabitur
gentibus Comederunt et adorauerunt omnes principes
terre ante faciē eius curuabuntur genu suo omnes qui
descendunt in puluerem et anima mea ei viuet et semen

serviet ei. narrabitur domino generatio ventura. Venient et annun
ciabunt domino iusticiam eius populo qui nascetur quem fecit dominus
Narrabitur domino in generatione veniet et adnunciabunt iusticiam eius
populo qui nascetur quem fecit dominus. Christus ipse crucifixus
clavis vestimenta sua scindi permisit ut passione
careamus et nos in ipso diligamus. Oratio sequitur
Caput misericordie deus qui propter nos descendens in
crucem affixus ligno perfossus clavo vestimentis insuper
sorte divisis surrexisti liber ab inferis precamur ut hos
commercii non immemor sis populo tuo ab ore leonis ereptor
qui fuisti patribus quondam in te sperantibus liberator. Psalmus
Dominus pascit me. Psalmus ipsi david sequitur
et nichil deerit in loco ubi ibi me collocavit in
pascuis herbarum aclinavit. Super aquas refe
ctionis enutrivit me animam meam refecit. Duxit me per se
mitas iusticie propter nomen suum. Sed si ambulavero in pa
lle mortis non timebo mala quoniam tu mecum es. Virga
tua et baculus tuus ipsa consolabuntur me. Ponetur coram
me mensa gladius hostium meorum. Impinguasti in
oleo caput meum et calix meus inebrians quam preclarus
est. Sed et benignitas et misericordia subsequetur me omnibus
diebus vite mee. Et inhabitabo in domo domini in lon
gitudine dierum. Christus ipse ecclesie sue eterna preparat
pascua ut famem quam patimur in presenti eterna
suppleat habundantiam. Oratio. Rege nos domine
suavibus bonis tuis refectionibus ut eterni tabernaculi
habitatione percepta plenitudine perfruamur propter gloriam
In finem psalmus ipsi david in prima sabbati subsequitur
populi iudaici de Babilonica captivitate reversi sub zo
robabel duce et ihesu sacerdote
Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum et universi qui habitant in
eo. Quia ipse super maria fundavit eum et super
flumina stabilivit eum. Quis ascendit in montem
domini aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus
et mundo corde qui non accepit in vano animam suam
et non iuravit dolose. Accipiet benedictionem a domino // et

misericordiam a deo salutari suo. Hec est generatio querencium dominum
querencium faciem dei iacob. Levate porte capita vestra et
elevamini et eterne ianue sempiterne et ingredietur rex
glorie. Quis est iste rex glorie et dominus fortis et potens fortis
in prelio. Levate porte capita vestra et elevamini eterne
ianue sempiterne et ingrediatur rex glorie. Quis est iste rex
glorie dominus exercituum ipse est rex glorie sempiterne
celestia sue mirabili dispositione. Ut ipse
inter fluctus huius seculi stabiliat ne
pereat. Sequitur oratio.
Stabilitor terre deus tu auctor plasmator mundi defensor
restitue nos in innocenciam vite ut possimus te
precio montem sanctificationis ascendere. Per
Ad te domine animam. Ps. ipsi david. In finem canticum.
meam levavi deus meus in te sum fisus ne confun
dar. ne lederentur inimici mei. Sed universi qui
sperant in te non confundantur qui iniqua gerunt frustra.
Vias tuas domine ostende mihi et semitas tuas doce me. D
educ me in veritate tua et doce me quia tu es deus salva
tor meus te expectavi tota die. Recordare miserationum
tuarum domine et misericordiarum tuarum que a seculo sunt.
Peccatorum scelerum adolescencie mee et scelerum meorum
ne memineris. Secundum misericordiam tuam recordare mei tu
propter bonitatem tuam domine. Bonus et rectus dominus propterea
docebit peccatores in via. Deducet mansuetos in iudi
cio docebit mansuetos (modestos) viam suam. Omnes semite do
mini misericordia et veritas hiis qui custodiunt pactum eius et te
stificationes eius. Propter nomen tuum domine propiciaberis
iniquitati mee quam grandis est. Quis est iste vir
qui timet dominum legem docebit in via quam elegit. Ani
ma eius in bonis commorabitur et semen eius hereditabit
terram. Secretum domini timentibus eum et pactum suum ut manifestet
eis. Oculi mei semper ad dominum quia ipse evellet de reti
pedes meos. Respice in me et miserere mei quia solus
et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multipli
cate sunt de angustiis meis educ me deus meus

Vide afflictionem meam et laborem meum et portta omnia peccata
mea Vide inimicos meos quoniam multiplicati sunt et odio
iniquo oderunt me Custodi animam meam et libera me non
confundar quoniam speravi in te Simplicitas et equitas fuabe
me quoniam expectavi te Redime deus israel ex omnibus angustiis
suis

Libera nos domine ab omnibus angustiis nostris mitissime
deus qui ad te manus nostras erigimus obliviscere quesumus
delicta iuventutis et ignorantie peccatorum et si quid igno
rantes commisimus clementer ignosce

Iudica me deus quoniam in simplicitate mea ego ambulavi
et in domino confidens non deficiam Proba me domine et
tempta me ure renes meos et cor meum quia misericordia
tua in conspectu oculorum meorum est et ambulavi in
veritate tua Non sedi ad vices vanitatis et cum superbis non
ingrediar Odivi ecclesiam pessimorum et cum impiis non se
debo Lavabo in innocentia manus meas et circuibo al
tare tuum domine Ut et clara voce predicem laudem et
narrem omnia mirabilia tua Domine dilexi habitaculum
domus tue et locum tabernaculi glorie tue Ne aufe
ras cum peccatoribus animam meam et cum viris sanguinum
vitam meam In quorum manibus iniquitates sunt dextera
eorum repleta est muneribus Ego autem in simplicitate
mea gradiar redime me et miserere mei Pes meus
stetit in directo vero in ecclesiis benedicam domino

Largire domine misericordiam tuam famulis supplicantibus
nobis in tua veritate devotis ut actibus innocentie
restituti ab impiis liberari mereamur

Dominus lux mea et salutare meum quem time
bo Dominus fortitudo vite mee quem formi
dabo Dum appropinquarent in malignum ut

comedent carnes meas. Hostes mei et inimici mei
ipsi impegerunt et ceciderunt. Si steterint adversum
me castra non timebit cor meum. Si insurrexit contra
me bellum in hoc ergo confidam. Unam petii a domino
hanc requiram ut habitem in domo domini omnibus diebus
vite mee. Ut videam pulcritudinem domini et attendam
templum eius. Abscondit me in umbra sua in die
pessima abscondet me in secreto tabernaculi sui in petra
exaltavit me. Nunc ergo exaltavit caput meum super
inimicos meos qui sunt in circuitu meo. Et immolabo
in tabernaculo eius hostiam iubilationis cantabo et psallam
domino. Audi domine vocem meam invocantis miserere mei et
exaudi me. Tibi dixit cor meum quesivit vultus meus
faciem tuam faciem tuam domine requiram. Ne abscondas
faciem tuam a me ne declines a servo tuo in furore tuo
auxilium meum fuisti ne derelinquas me et ne dimittas
me deus salvator meus. Pater enim meus et mater mea
dereliquerunt me dominus autem collegit me. Ostende michi
domine viam tuam et deduc me domine in semita recta propter
insidiatores meos. Ne tradas me domine in animas tribulan-
tium me quoniam insurrexerunt contra me testes falsi et
aptum mendacium. Ego autem credo quod videam bona
domini in terra viventium. Expecta dominum et confortare
et roboretur cor tuum sustine dominum.

Descende nos auctus et plenus inimici adiutor
omnium deus ut in domum tue perpetuitate divinitatis
visu tuo suscipe spirituali contemplatione mereamur. Per

Ad te domine clamo fortis meus ne obsurdescas
michi. Ne forte tacente te in precibus sim simi-
lis eis qui descendunt in lacum. Audi domine depre-
cationem meam cum clamavero ad te, cum elevavero
manus meas ad oraculum sanctum tuum. Ne tradas me

cum impiis et cum operantibus iniquitatem qui loquuntur pacem
cum amicis suis et est malum in cordibus eorum Da eis
secundum opus suum et secundum mala adinventionum suarum I-
uxta opus manuum suarum da eis redde retributionem
suam illis quoniam non intelligunt opera domini et opera ma-
nuum eius destrues eos et non edificabis eos Benedictus
dominus qui audit vocem deprecationis mee et in ipso
confisum est cor meum et habui adiutorium Gavisum
est cor meum et in cantico meo confitebor illi Deus
fortitudo mea robur salutarium christi sui est Salvum
populum tuum et benedic hereditati tue et pasce eos
et sublevea usque in sempiternum

Hortando omnipotens deus fortissime salva populum tuum
a descendentibus in lacum et ita nos concede in
templo sancto tuo vacemus nocte ac die
laudis tue meditationes depromere ut qui patrem
tuum predicamus ore profitemur corde teneamus Ps

Afferte domino filios Sequitur psalmus
arietum afferte domino gloriam et imperium Affer-
te domino gloriam nomini eius adorate dominum in atrio sancto
Vox domini super aquas deus glorie maiestatis intonuit dominus
super aquas multas Vox domini in fortitudine vox domini
in decore Vox domini confringentis cedros et confringet
dominus cedros libani Et disperget eas quasi vitulum et dilectus
quasi filius unicornium Vox domini dividentis flammam ignis
vox domini perturbare faciet desertum parturire faciet dominus
desertum cades Vox domini obstetricantis cervos et reve-
labit saltus in templo eius omnes loquentur gloriam
Dominus diluvium inhabitare facit et sedebit dominus rex in eternum
Dominus fortitudinem populo suo dabit dominus benedicet populum
suum in pace Sequitur oratio et cetera

O Domine da cunctis populo tuo et effice nos templum sancti spiritus
ut tibi de corde puro holocaustum acceptabile preparemus ℣

Exaltabo te domine quoniam suscepisti me et non delectasti
inimicos meos super me Domine deus meus cla
mavi ad te et sanasti me Domine eduxisti de inferno
animam meam vivificasti me ne descenderem in lacum Cantate
domino sancti eius et confitemini memorie sanctificationis eius Quoniam
ad momentum est ira eius et vita in voluntate eius Ad
vesperum demorabitur fletus et matutino leticia Ego autem dixi
in abundancia mea non commovebor in eternum Domine in voluntate
tua statuisti morti mee fortitudinem non timebo fortitudine
abstulisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus Ad te
domine clamabo et ad deum meum deprecabor Que utilitas in
sanguine meo dum descendo in corruptionem Numquid con
fitebitur tibi pulvis aut annunciabit veritatem tuam Audivit dominus
et misertus est mei et nunc domine esto in adiutorium Convertisti planctum meum
in gaudium mihi conscidisti saccum meum et circumdedisti me leticia
Ut cantet tibi gloria mea et non compungar domine deus meus in se
mpiternum confitebor tibi

Susceptor omnium clementissime deus
ne permittas delectari inimicos nostros super nos sed ita nos tua
virtute corrobora ut converso planctu nostro in gaudium maiestatem
pietatis tue iugiter extollamus

In te domine speravi non confundar in eternum in iusticia tua
salva me Inclina ad me aurem tuam accelera ut eripias me
Esto mihi in deum protectorem et in domum refugii ut
salvum me facias Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu et propter
nomen tuum dux mihi eris et enutries me Educes me
de laqueo hoc quem absconderunt mihi quoniam tu es protector meus
In manus tuas commendo spiritum meum redemisti me domine
deus veritatis Odisti observantes vanitates supervacue ego autem
in domino speravi Exultabo et letabor in misericordia tua quoniam
respexisti humilitatem meam salvasti de necessitatibus animam
meam nec conclusisti me in manibus inimici statuisti in loco spacioso
pedes meos Miserere mei domine quoniam tribulor conturbatus est

in furore oculus meus anima mea et venter meus Quoniam consumpta est
in merore vita mea, et anni mei in gemitu. Infirmata est
in inopia fortitudo mea et ossa mea conthabuerunt. Super
omnes hostes meos factus sum opprobrium vicinis meis et
timor notis meis qui videbant me in plateis fugiebant
a me. Oblivioni traditus sum quasi mortuus a corde factus sum
sicut vas perditum. Audivi enim opprobrium multorum et congre
gationes in circuitu. Cum simul inirent consilium adversum me
et ut auferrent animam meam cogitaverunt. Ego autem in te
speravi domine dixi deus meus es tu. In manu tua tempora
mea libera me de manu inimicorum meorum et persequentium me
Illumina faciem tuam super servum tuum et salva me in miseri
cordia tua. Domine ne non confundar quia invocavi te, confundantur
impii taceant in inferno. Muta fiant labia mendacii que
loquuntur adversus iustum iniqua vetera superbia et despectione
Quam multa est bonitas tua quam abscondisti timentibus
te operatus es sperantibus in te in conspectu filiorum hominum
Abscondes eos in protectione vultus tui a duritia vi
ri abscondes eos in umbra a contradictione linguarum
Benedictus dominus qui mirabilem fecit misericordiam suam in civitate
munita circumstantis. Ego autem dixi in stupore meo pro
iectus sum de conspectu oculorum tuorum. Ergo ne audisti
vocem deprecationis mee cum clamarem ad te. Diligite
dominum omnes sancti eius fideles servat dominus et tribuit his
qui satis operantur superbiam. Confortamini et roboretur cor
vestrum omnes qui expectatis dominum

In mensam multitudinem dulcedinis
tue domine supplices exoramus ut
domini veritatem tuam recesserimus timorem exorabilis super
bie conteramus

Beatus cui dimissa est iniquitas et absconditum est
peccatum. Beatus homo cui non imputavit dominus
iniquitatem nec est in spiritu eius dolus. Quia taci
tui attrita sunt ossa mea in rugitu meo tota die. Quia di
e et nocte gravabatur super me manus tua versatus sum
in miseria mea dum exardesceret estus mensis et forte mess

iniqtē Delictū meū notū facio tibi et iniqtatem meam nō
abscondi Dixi cōfitebor scelus meū dño dñe et tu re
misisti iniquitatē pcti mei Sf Pro hac orat omis scūs
ad te tempus quo inuenis Et tu inundaucit aqe multe
ad illū non accedant Tu es protectio mea ab hoste tu
custodies me laus me saluas circumdabis me semp Docebo
et instruam te viam per qm ambules cogitabo de te oculo
meo Nolite fieri sicut equus et mulus in quibus nō est
intelligentia In chamo et freno maxillas eorū constringe q
nō accedut ad te Multi dolores impij confidentē autem
in dño mīa circumdabit Letamini in dño et exultate iusti
laudate cum omēs recti corde

Sancte dñe qui remissis delictis beatitudinē tue confessis
tribuis exaudi vota presentis familie et confracto pcti
aculeo spūali nos exultatione corrobora

Laudate iusti dominū rectos decet laudatio Confitemini
dño in cythara in psalterio decacordo cantate ei C
antate dño canticū nouū bn̄ diligenter psallite
ei in iubilo quia rectū est vbū domini et omē opus eius
in fide Diligit iudiciū et misericordiā mīa domini plena est
tra Verbo domini celi firmati sunt et spū oris eius omis
ornatus eorū Congregans sicut in vtre aquas maris ponens
in thesauris abyssos Timeat dnm omis tra ipm for
mident omēs habitatores orbis Quia ipse dixit et facta sunt
ipso precipiente steterunt Dns soluit consiliū gentiū irritas
facit cogitationes populorum Consiliū domini manet stabit
cogitationes cordis eius in generatione et generationē Beata gens
cuius est dns deus eius populus quē elegit in hereditatē sibi
De celo prospexit dns vidit omēs filios adam De fir
missimo solio suo prospexit super omēs habitatores terre
fingens pariter corda eorū intelligens omnia opera eorum
Non saluabitur rex in multitudine exercitus nec fortis
liberabitur in multitudine roboris sui Fallax equus ad
salutē in multitudine virtutis sue nō saluabitur Ecce
oculi domini super timentes eum et sperantes in mīam
eius Ut eruat de morte aīas eorum v iuificet eos in

fame Anima nostra expectabit dominum auxilium nostrum et
clipeus noster est In ipso letabitur cor nostrum quia in nomine
sancto eius speravimus Fiat misericordia tua domine super nos sicut spera- 94
vimus in te. Cum ipse qui est verbum dei patris et celos virtutes
per ipsum firmate sunt virtus eorum constat operibus stabilitas
Pasce domine plebem tuam in fame verbi tui et eripe animas
nostras de morte peccati ut repleti misericordia tua misteriorum
gaudiis aggregari mereamur Psalmus ipsi david cum mutavit
vultum suum coram achis alias abimelech rege geth et dimi-
sit eum et abiit primo regum xxi°
Benedicam
domino in omni tempore semper laus eius in ore meo I
n domino laudabitur anima mea audiant mites et
letentur Magnificate dominum mecum et exaltemus nomen eius
pariter Quesivi dominum et exaudivit nos ex omnibus angustiis
nostris liberavit nos Respicite ad eum et illuminamini vultus vestri non confun-
dentur Hic pauper clamavit et dominus exaudivit eum et de
omnibus tribulationibus salvavit eum Circumdabit angelus domini
in gyro timentes eum et eruet eos Gustate et videte quoniam
bonus dominus beatus vir qui sperat in eo Timete dominum omnes
sancti eius quoniam non est inopia timentibus eum Leones in-
diguerunt et esurierunt querentibus autem dominum non deerit
omne bonum Venite filii et audite me timorem domini
docebo vos Quis est vir qui vult vitam diligens dies vide-
re bonos Custodi linguam tuam a malo et labia tua ne lo-
quantur dolum. Et fac bonum inquire pacem et persequere eam Oculi
domini ad iustos et aures eius ad clamorem eorum Vultus
domini super facientes mala ut perdat de terra memoriam eorum
Clamaverunt iusti et dominus exaudivit eos et ex omnibus tri-
bulationibus eorum liberavit eos Iuxta est dominus contritis
corde et confractos spiritu salvabit Multe tribulationes iusti et
de omnibus hiis liberavit eum dominus Custodit dominus omnia ossa
eius unum ex hiis non confringetur Interficiet impium malicia
et odientes iustum culpabuntur Redimet dominus animas servorum
suorum et non peccabunt sperantes in eo Qui iustos in tribu-
lationibus laborantes angelica visitat consola-
tione et tenebrarum illuminatione sequitur oratio

Angelorum et omnium creature dispositor domine emitte angelum
tuum in adiutorium meum cuius ambitione muniti a morte
peccatorum pessima liberari mereamur psalmus ipsi david
Iudica domine adversarios meos pugna contra pugnantes
me Apprehende scutum et hastam et consurge in ad
iutorium mihi Euagina gladium et preocupa exadverso
persequentibus me dic anime mee salus tua ego sum Con
fundantur et revereantur qui querunt animam meam convertantur
retrorsum et confundantur qui cogitant mala mihi Fiant sicut
pulvis ante faciem venti et angelus domini impellat Fiat via
illorum tenebre et lubricum et angelus domini persequens eos
Quia frustra absconderunt in insidias rethe sui sine
causa foderunt foveam anime mee Veniat ei calamitas quam
ignorat et rethe suum quod abscondit comprehendat eum et
cadat in laqueum Anima mea exultabit in domino letabitur
in salute sua Omnia ossa mea domine quis similis tibi eripiens
inopem a validioribus et pauperem ac mendicum a violento Sur
gentes testes iniqui que nesciebam interrogabant me Re
tribuebant mihi mala pro bono sterilitatem anime mee Ego autem
cum confirmarer ab eis induebar cilicio humiliabar humiliam
in ieiunio animam meam et oratio mea in sinum meum revertetur
Quasi ad amicum quasi ad fratrem meum sic ambulabam quasi
lugens mea tristis sic incurvabar Et in infirmitate mea
letabantur et congregabantur collecti sunt adversum me percutientes
et nesciebam scindentes et non tacebant In sibilatione verborum
fictorum stridebant contra me dentibus suis Domine quando tu vi
debis restitue animam meam a calamitatibus suis a leonibus
solitariam meam Confitebor tibi in ecclesia grandi in populo
forti laudabo te Non letentur super me inimici mei
mendaces qui oderunt me frustra et annuunt oculis Non
enim pacem loquuntur sed in rapina terre in verba fraudulenta
cogitant Et dilataverunt super me os suum dixerunt vah
vah viderunt oculi nostri Vidisti domine ne taceas domine
ne elongeris a me Expergiscere et vigila in iudicium
meum deus meus et domine in causam meam Iudica me

secundum iusticiam meam domine deus meus ut non insultent michi
Ne dicant in corde suo vana anime nostre, et ne dicant ab-
sorbuimus eum. Confundantur et revereantur pariter qui letantur
in afflictione mea. Induantur confusione et reverencia qui
magnificantur super me. Gaudeant et letentur qui volunt iusti-
ciam meam et dicant magnificetur dominus qui volunt pacem servi
eius. Et lingua mea meditabitur iusticiam tuam tota die lau-
dem tuam. Et ipse spiritualibus armis nos defendat
et spiritualibus operibus nos intentos inveniat. Oratio
Protectio et salus anime nostre esto deus. Operi nos galea
spei et scuto inexpugnabilis munimenti ut ab in-
cursibus nequicie necessitatis adiuvari mereamur cum te diligentibus
exultacione et leticia iocundari. In finem servo domini psalmus ipsi david
Dixit scelus impii in medio cordis eius non est
timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit
ad visum eius, in oculis eius inveniet iniquitatem suam
ad odiendum. Verba oris eius iniquitas et dolus cogitare re-
spanit ut bene faceret. Iniquitatem cogitavit in cubili suo
stabit in via non bona malum autem non abiecit. Domine in
celo misericordia tua et fides tua usque ad nubes. Iusticia tua sicut
montes; domine iudicium tuum abyssus multa. Homines et iu-
menta salvos facies domine. Quam preciosa misericordia tua deus
et filii adam in umbra alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur
de pinguedine domus tue, et torrente delicie tuarum
potabis eos. Quoniam tecum est fons vite, et in lumine tuo vi-
debimus lumen. Hettende misericordiam tuam scientibus te et iusticiam
tuam rectis corde. Ut non veniat mihi pes superbie et manus
impiorum non me commoveat. Ibi ceciderunt operantes ini-
quitatem expulsi sunt et non potuerunt surgere abs fugere
Et ipse sit fons vite et lumen indeficiens et vera
via ad veram patriam transire volentibus. Oratio
Clarifica nos preciosa misericordia fons et origo luminis superni
deus ut ubertate domus tue repleti, omnem iniquita-
tem et dolum cum protervitate fervoris superbie renova-
mus. Psalmus ipsi david. Sequitur ulterius

Noli contendere cum malignantibus neque emuleris fa-
cientes iniquitatem Quoniam sicut herba velociter
conterentur et sicut olus viride marcescent
Spera in domino et fac bonitatem peregrinare in terra et pa-
sce in fide Delectare in domino et dabit tibi petitiones
cordis tui Volue super dominum viam tuam et confide in eo
et dabit tibi petitiones cordis tui Et educet sicut
lumine iusticiam tuam et iudicium tuum sicut meridiem
Tace domino et expecta eum noli contendere adversus eum
qui prosperatur in via sua neque adversus virum qui facit
que cogitat Dimitte iram et derelinque furorem noli
contendere ut male facias Quoniam qui male faciunt interi-
bunt expectantes autem dominum ipsi hereditabunt terram
Adhuc enim modicum et non erit impius et cogitabis
de loco eius et non consistet Mites autem hereditabunt
terram et delectabuntur in latitudine pacis Cogitat impius
de iusto et frendet adversus eum dentibus suis Dominus deri-
debit eum quoniam videt quod veniet dies eius Gladium eva-
ginaverunt impii tetenderunt arcum suum ut peniciant egenum
et pauperem et interficiant rectos in via Gladius eorum intret
in cor eorum et arcus eorum confringatur Melius est parum iusto
quam divicie impiorum multe Quoniam brachia impiorum con-
fringentur confirmat autem iustos dominus Novit dominus dies
immaculatorum et hereditas eorum in eternum erit Non confundentur
in tempore malo et in diebus famis saturabuntur Quoniam impii
peribunt et inimici domini gloriantes ut monocerotes consumentes
sicut fumus consumentur Peccator accipiet mutuum et non reddet
iustus autem donat et tribuit Quoniam qui benedicti fuerint ab eo
hereditabunt terram et qui maledicti fuerint interibunt Domino gressus
hominis dirigantur et viam eius volet Cum ceciderit non allidetur
quia dominus supponit manum suam Puer fui etenim senui
et non vidi iustum derelictum nec semen eius querens panem
Tota die donat et commodat et semen eius in benedi-
ctione est ota die donat et commodat Recede a ma-
lo et fac bonum et inhabita insempiternum Quoniam dominus dili-
git iudicium et non derelinquet eum in manum eius

et nō condempnabit eū cū iudicabitur Expecta dnm̄ et custodi via(m)
eius et exaltabit te ut possideas terram cū perierint impij
videbis Vidi impium robustū et fortissimū sicut indige
nam virentē Et transivi et ecce nō erat et quesivi et
nō ē inventus Custodi simplicitatē et vide rectū quoniā
erit in extremū viro pax Prevaricatores aut peribunt pariter
et novissimi impiorū peribunt Salus iustorū a dno fortitu
do eorū in tpe tribulationis Et auxiliabitur eis dns et li
berabit eos et eripiet eos ab impijs et salvabit eos quia
speraverunt in eū. Ut ipse sit salus in sc̄la seculorū nec
titubemus cū malos in malis florere conspicimus

Beatitudo omniū iustorū deus nō meta qui scōs tuos
nō derelinquis in fame nec in stadio tribulationū superari
permittis, precamur, ut ea dextera nos munias quā illis me
rentibus protendisti Psalmus ipi dd in memoratione diei sabbati

Domine ne in furore tuo arguas me neque
in ira tua corripias me Quoniam sagitte tue in
fixe sunt michi et tetigit me manus tua Non est sa
nitas in carne mea a facie indignationis tue nō est pax
ossibus meis a facie pctōrum meorum Quoniam iniquitates mee tran
scevit venerunt sup caput meū quasi honus grave gravate sunt
Computruerunt et tabuerunt cicatrices mee a facie in
sipientie mee Afflictus sum et curvatus sum nimis tota die
merens ambulabam Quoniam lumbi mei impleti sunt ignominia
et nō ē sanitas in carne mea Evigilavi et afflictus
sum nimis rugebā a gemitu cordis mei Domine in conspectu
tuo omne desideriū meū et gemitus meus a te nō est abscon
ditus Cor meū fluctuans dereliquit me fortitudo mea et
lumen oculorū meorū et ipsum nō est mecum Amici mei et
anima mea qui contra lepram meam steterunt et vicini mei
longe steterunt Et irruebant qui querebant animā meā et inve
stigantes mihi mala loquebantur insidias et dolos tota die
meditabantur Ego autē quasi surdus nō audiebam
et quasi mutus nō aperit os suum Et eram quasi homo

non audiens nec habens in ore suo redargutiones Etenim
domine expectabam tu exaudies me domine deus meus Quia di
xi nequando forte insultent mihi et dum vacillaverint pedes meos
super me magnificati sunt Quia ego ad plagas paratus sum et do
lor meus contra me est semper Quoniam iniquitatem meam annunciabo
et cogitabo soliatque eo pro peccato meo Inimici autem mei
viventes confortati sunt et multiplicati sunt qui oderunt me ini
que Et qui reddunt malum pro bono adversabantur mihi quoniam se
quebar bonum Ne derelinquas me domine deus meus ne elongaveris
a me Festina in adiutorium meum domine deus salutis mee
De tempore passionis a sius sit delictus et protector
Emitte domine salutare tuum pusillis / divina consolatus
visceribus nostris vulnerum cicatricum eius potentissime mediator
ut omnem gemitum doloremque nostrum coram te deplorantes
valeamus contra insultationes adversantium viciorum
In finem cantici David canticum ipsi David pro Iditum
Dixi custodiam vias meas ut non peccem in
lingua mea Custodivi os meum silencio
donec est impius coram me Obmutui
silencio, tacui de bono, et dolor meus contur
batus est Incaluit cor meum in medio
mei in meditatione mea incensus sum igne
locutus sum in lingua mea Ostende mihi domine finem meum
et mensuram dierum meorum que sit ut sciam quid desit mihi
Ecce breves posuisti dies meos et vita mea quasi non sit
in conspectu tuo Omnibus enim vanitas omnis homo subsistens
Tantum tamen in ymagine ambulat homo sed et frustra turbatur
congregat et ignorat cui congregabit ea Nunc ergo que est expectatio
domine prestolatio mea tu es Ab omnibus iniquitatibus meis li
bera me opprobrium stulto ne ponas me Obmutui et non
aperui os meum quia tu fecisti tolle a me plagas tuas
a contritione manus tue ego consumptus sum Ab increpatio
nibus in iniquitate corripuisti hominem virum Et posuisti sicut
tineam desiderabilia eius verumtamen vanitas omnis homo
semper Audi orationem meam domine et clamorem meum exaudi
Ad lacrimas meas ne obsurdescas quia advena ego sum
apud te et peregrinus sicut omnes patres mei Parce mihi ut refrigerer ante

quam vadam et subsistam. Ne propter iniquitates nostras nos cor-
ripiat ut a peccatorum maculis nos abstrahat. Oratio
Custodi domine viam nostram ne delinquamus in via ut in
meditationibus nostris spirituali igniculo ardescere ea theza-
urizemus in seculo que te retribuente cupiamus in perpetuo
exordio. In finem psalmus ipsi David xxxix
Expectans expectavi dominum et intendit michi et ex-
audivit clamorem meum. Et eduxit me de lacu sonitus
famoso et de luto fecis et statuit super petram pedes
meos et stabilivit gressus meos. Et dedit in os meum canticum
novum laudem deo nostro. Videbunt multi et timebunt et sperabunt
in domino. Beatus vir cuius posuit deum confidenciam suam. et non est
aversus ad superbias pompas et mendacia. Multa fecisti tu domine
deus mirabilia tua et cogitationes tuas pro nobis. Non imperi-
ordine coram te si narrare voluero et enarrare plura sunt
quam ut narrari queant. Victima et oblatione non indiges
aures fodisti michi. Holocaustum etiam pro peccato non postulasti.
Nunc dixi ecce venio in volumine libri scriptum est de me
Ut facerem tibi domine deus meus placitum volui et medius
legem tuam in medio ventris mei. Annunciavi iusticiam tuam
in ecclesia multa ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti
Iusticiam tuam non abscondi in medio cordis mei veritatem tuam
et salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam
in ecclesia multa. Tu domine non prohibeas miserationes tuas a me misericordia
tua et veritas tua semper susceperunt me. Circumdederunt me mala
quorum non est numerus comprehenderunt me iniquitates mee et non
potui ut viderem. Multiplicate sunt super capillos capitis mei et cor
meum dereliquit me. Placeat tibi deus ut liberes me domine ad ad-
iuvandum me festina. Confundantur et revereantur simul qui querunt
animam meam ut auferant eam. Convertantur retrorsum et confundantur
qui volunt michi mala. Ferant confestim confusionem suam qui dicunt
michi euge alias va va. Gaudeant et letentur in te omnes qui querunt te
Dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare
tuum. Ego autem sum egenus et pauper dominus sollicitus est
pro me. Auxilium meum et salutare meum tu es deus meus

ne moreris. Ps. in capite lectionis scripture ut inimici
dissimus vitare consuetus. Oro. Ex peccato viciata
famulorum tuorum domine quem venturum in medio capite libri
principalis edocuit miserere spiritum legem tuam in medio cor-
dis mei ut tuas iusticias mediantes ab inimicis cunctis protecti
erudiamur. Qui cum patre v. In finem ps. ipsi david vel intellectus
david legendus ad lectionem ysaie prophete xl ps.
Beatus qui cogitat de paupere in die malo salvabit eum
dominus. Dominus custodiet eum et vivificabit eum / et beatum fa-
ciet in terra et non tradat eum in animam inimicorum suorum. Dominus
confortabit eum in lecto infirmitatis / totum stratum eius versasti
in egrotatione sua. Ego dixi domine miserere mei et sana
animam meam quia peccavi tibi. Inimici mei loquuntur ma-
la mihi quando morietur et peribit nomen eius. Et si veniebat
ut visitet vana loquitur cor eius congregavit iniquitatem
sibi / et egrediebatur foras dicebat. Simul adversum me susurrabant
omnes odientes me contra me cogitabant mala mihi. Verbum
dyaboli infundebat sibi / qui nunquam dormit neque adiciet
ut resurgat. Sed homo pacificus meus in quo habui fiduciam
qui manducavit panem meum levavit contra me plantationem.
Tu autem domine miserere mei et leva me ut reddam eis.
In hoc cognovi quia voluisti me / quia non insultabit inimicus
meus mihi. Ego autem in simplicitate mea adiutus sum atque
statuisti me ante faciem tuam in perpetuum. Benedictus dominus
deus israel a seculo et usque in seculum amen amen.
Xpe nos sic fecit pauperes ut sua paupertate nos ditaret.
Destructorum peccaminum medicus indultor qui assis ord
dignaris tibi insinuas diem malum. Si in via persequatur
egenum sed opem quesiturus doloribus nostris ut dum carnalium de-
licta clementer arguas medicinam ac placabilitatem largiaris.
Qui cum patre v. In finem intellectus filiis Chore psalmus.
Sicut cerva desiderat ad irrigationes aquarum / sic anima
mea desideravit est ad te deus. Sitivit anima mea ad
deum viventem quando veniam et apparebo ante fa-
ciem dei. Fuerunt mihi lacrime mee panis per diem ac noctem
dum dicitur mihi ubi est deus tuus. Horum recordatus sum
et effudi in me animam meam quia veniam ad umbraculum Tabernaculi

usque ad domum dei in voce laudis et confessionis multitudinis
festa celebrantis Quare incurvaris anima mea et conturbas me e
xpecta dominum quia adhuc confitebor ei salutaribus vultus eius D
eus meus in memetipso anima mea incurvatur propterea recordabor
tui de terra iordanis et hermoniim de monte minimo Abyssus
abyssum invocat in voce cataractarum tuarum Et omnes gurgites
tui et fluctus tui super me transierunt per diem mandavit dominus
misericordiam suam et in nocte canticum eius mecum oratio in deo vite
mee Dicam deo petra mea quare oblitus es mei quare tristis
incedo affligente inimico Dum me interficiunt in ossibus
meis exprobraverunt mihi hostes mei dicentes ad me tota
die ubi est deus tuus Quare incurvaris anima mea et quare
conturbas me Expecta dominum quia adhuc confitebor illi sa
lutaribus vultus mei et deo meo Ut sitim nostram sancti
ficationis sui baptismatis restringat ut ad se inebriando
Vultus nostri salutare manifestet quem [illegible]
Cunctorum fidelium servorum ardenter sitiunt tibi quesumus ut
deum visibili lacrimarum imbre pasti te requirendo et invisibi
liter intra pectoris nostri tabernacula capiamus Qui tecum vivit
In finem psalmus ipsi david alii filiis chore etc
Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta
a viro doloso et iniquo salva me Quia tu es deus forti
tudo mea quare repulisti me quare tristis incedo affligente
inimico Mitte lucem tuam et veritatem tuam ipsa adducent
me et introducent me ad montem sanctum tuum et ad taber
naculum tuum ~~et confitebor tibi~~ Et introibo ad altare
dei ad deum letitie et exultationis mee et confitebor tibi in
cythara deus deus meus Quare incurvaris anima mea et
quare conturbas me Expecta dominum quia adhuc confitebor
ei salutaribus vultus mei et deo meo Ut ipse sit
lux nostra per quam dirigente iudicio peregrinemur quo
adiuti in celis coronemur Oratio Te fontem pie
tatis luminis omnipotens deus invocamus et quesumus ut emissa
veritate tua in cordibus nostris nove nos lucis claritate
perfundas In finem psalmus ipsi david alii filiis
chore ad intellectum

Deus auribus nostris audivimus patres nostri narraverunt
nobis. Opus quod operatus es in diebus eorum
et in diebus antiquis. Tu manu tua gentes de-
lesti et plantasti illos, afflixisti populos et expulisti eos.
Non enim in gladio suo possederunt terram neque brachium
eorum salvabit eos. Sed dextera tua et brachium tuum et
lux vultus tui quoniam complacuisti eis. Tu es ipse rex meus
deus. Precipe pro salutibus jacob. In te hostes nostros venti-
labimus in nomine tuo conculcabimus adversarios nostros. Non
enim in arcu meo confidam neque gladius meus salvabit
me. Quia salvasti nos de hostibus nostris et eos qui oderunt
nos confudisti. In deo laudabimur gaudebimus tota die
et in nomine tuo in eternum confitebimur semper. Verumtamen
confudisti et proiecisti nos et non egredieris deus in virtutibus
nostris. Vertisti terga nostra hostibus nostris et qui oderunt
nos diripiebant sibi nos. Dedisti nos tamquam oves ad de-
vorandum et in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum
tuum sine precio, nec grandis fuit commutacio eorum. Posuisti
nos obprobrium vicinis nostris subsannationem et irrisum
hiis qui erant in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem
gentibus commotionem capitis in tribubus. Tota die confusio
mea contra me et ignominia faciei mee cooperuit me. A voce
exprobrantis et blasphemantis a facie inimici et ultoris.
Omnia hec venerunt super nos et non sumus obliti tui
nec mentiti sumus in pacto in conspectu tuo. Non est
conversum retro cor nostrum nec declinavit pedes nostri a semita tua.
Quoniam circuisti nos in loco draconum, et operuisti nos umbra
mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri, et expandimus ma-
nus nostras ad deum alienum. Nunquid non deus investigabit
istud ipse enim investigabit cogitationes cordis. Quoniam propter
te mortificati sumus tota die reputati sumus ut grex occisionis.
Consurge quare obdormis domine, vigila quare proicis nos
in sempiternum. Quare faciem tuam abscondis oblivisceris
afflictionis et inopias angustias nostras. Quoniam incurvata
est in pulvere anima mea adhesit in terra venter noster. Exurge
auxiliare nobis et redime nos propter misericordiam tuam.

R. nos ipsi virtute summi liberati et manu sua forti muniti
Exurge domine in auxilium nostrum et erue nos. annichilati sunt
nos obprobrio viatorum et tamen totam patribus nostris inimicitiam gen
tium turmas vicisti / a persecutoribus nostris velut tua illuminatione
nos eripe. Qui cum t v. In finem pro hiis qui commutabuntur
pro filiis Chore ad intellectum canticum pro dilecto
Eructavit cor meum verbum bonum dico ego opera mea
regi. Lingwa mea stilus scribe velociter scribentis. Decore
pulcrior es filiis hominum diffusa est gratia in labiis
tuis propterea benedixit te deus in eternum. Accingere gladio
tuo super femur tuum potentissime. Specie tua et pulchritudine tua
Decore tuo prospere ascende, propter veritatem et mansuetudinem
suetudinem iusticiam deducet te mirabiliter dextera tua. Sa
gitte tue acute. populi sub te cadent in corda inimicorum
regis. Thronus tuus deus in seculum et in eternum / sceptrum
equitatis sceptrum regni tui. Dilexisti iusticiam et odisti
iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis
pre participantibus participibus tuis. Mirra et stacten et
cassia in vestigiis vestimentis tuis de domibus eburneis
quibus letificaverunt te. Filie regum in honore tuo Astitit
regina a dextris tuis in deaurato veste aureo. Audi filia et
vide et inclina aurem tuam / et obliviscere populum tuum et domum
patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum / quoniam ipse est
dominus deus tuus et adora eum. Et filie Tyri in mune-
ribus vultum tuum deprecabuntur principes divites plebis. Omnis
gloria filie regis ab intus in fimbriis aureis vestita est. In
circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines post eam proxime
eius adducentur tibi. Afferentur in leticia et exultatione
adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi
filii constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt
nominis tui in omni generatione et generationem. Propterea
populi confitebuntur tibi in seculum et in seculum seculi. R. ipse spe
ciosus forma pre filiis hominum ecclesiam regat
donec ad ipsum perveniat. Christe domine verbum
patris per quem cuncta creata sunt et creantur custodi consumma

ecclesiam tuam velociter gentium congregatam ut dominum te ex ipsa
credulitatis iusticia corde puro diligamus. Per dominum. Cum
seculo cum patribus invocamus. In finem psalmus filiis chore pro
Deus nostra spes et fortitudo adiu- archanis
tor in tribulationibus inventum esse validum
Ideo non metuemus cum turbata fuit terra
et conversi montes in corde maris. Sonantibus et
turbatis gurgitibus eius et agitantibus motibus in po-
tencia eius semper. Fluminis divisionis impetus eius
letificat civitatem dei sanctum tabernaculum altissimi. Deus
in medio eius non commovebitur auxiliabitur ei deus in
ipso ortu matutino. Conturbate sunt gentes concussa sunt
regna dedit vocem suam postmota est terra. Dominus exercituum
nobiscum protector noster deus Jacob semper. Venite et videte
opera domini civitatis posuit solitudines in terra. Compe-
scet bella usque ad extremum terre arcum confringet et conte-
ret hastam plaustrum comburet igni. Cessate et
cognoscite quoniam ego sum dominus exaltabor in gentibus et
exaltabor in terra. Dominus exercituum nobiscum fortitudo
nostra deus Jacob. Ut ipse flumine sue dulcedinis
irriget ariditatem nostre mentis et plenitudine me-
Respiciens in imminente tribula- [illegible]
tione refugium miserorum deus sanctificat impetu eum fluminis
habitaculum cordis nostri ut te deo iuvante nobis cooperante
terrena prelia vincamus. In finem psalmus david pro filiis chore
Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce
laudis. Quoniam dominus altissimus terribilis rex magnus super
omnem terram. Subiecit et congregabit populos subiecit nos
et tribus subpedibus nostris. Elegit nobis hereditatem nostram speciem
Jacob quam dilexit semper. Ascendit deus in iubilatione dominus
in voce buccine. Psallite deo psallite psallite regi nostro psallite
Quia rex omnis terre deus psallite sapienter. Regnavit deus
super gentes deus sedet super thronum sanctum suum. Principes
populorum congregati sunt cum deo Abraam quoniam dii fortes terre
vehementer elevati sunt. Ut ipse progenitoribus patri-
sic locutus castris liberaverit ab ydolorum cultibus

Rex omnium seculorum deus tuum regnum super omnes populos dila-
tatur subice gentes quecunque inimicorum superbiis nostris ut
dum tibi deo meo sapienter psallimus tuo auxilio eas superemus

psalmus vel laus cantici filiorum chore secunda sabbati vel secundi sabbati

Magnus dominus et laudabilis nimis in civitate dei nostri
in monte sancto eius Preciose germine gaudio vniuerse
terre monti syon lateribus aquilonis civitatule re-
gis magni Deus in domibus eius agnitus est in auxiliando
Quia ecce reges congregati sunt ~~admirati sunt~~ ~~Homo posse-~~
~~dit eos ibi dolor quasi parturientis~~ ~~In vento vehementi con-~~
~~fringens~~ venerunt simul Ipsi videntes sic obstupuerunt con-
turbati sunt admirati sunt Homo possedit eos ibi dolor quasi
parturientis In vento vehementi confringes naves tharsis
Sicut audivimus ita et vidimus in civitate dei nostri deus fun-
davit eam usque in eternum Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi
tui Secundum nomen tuum deus ita et laus tua ad extremum terre
iusticia repleta est dextera tua Letetur mons syon et exultent
filie iude propter iudicia tua domine Circumdate syon et circuite
eam narrate turres eius Ponite cor vestrum menibus separate
pallacia eius Ut enarretis in generationes novissimas quia iste
est deus in seculum et imperpetuum deus noster ipse erit dux noster
lux nostra in morte metuimus Ut ipse sit deus magnus
et venerabilis qui non desinet regere quamdiu nos gubernat

Laudabilis ac terribilis deus qui in mundi inserere
celestis hierusalem principes magistra menibus dilatari mere-
mur spiritualem intelligentiam ut misericordia tua in nostro pectoris
templo suscepta digni ratione tu nobis hereamur per dominum

In finem psalmus ipsi david

Audite hec omnes populi auribus
percipite vniuersi habitatores occidentes ut tam filii
adam tam filii cum filii singulos simul dives et
pauper Os meum loquetur sapientiam et meditatio cordis mei
prudentiam Inclinabo ad parabolam aurem meam aperiam in
psalterio enigma meum Quare timebo in diebus malis ini-
quitas calcanei mei circumdabit me Qui fiducia habent in for-
titudine sua et in multitudine divitiarum suarum superbiunt
Fratrem redimet non redimet nec dabit propiciationem

[..]s pro eo, nec precium redempcionis anime eorum. Sed quiescet
in seculo et vivet ultra in eternum. Non videbit interitum cum
viderit sapientes morientes. Simul insipiens et indoctus
peribunt et relinquent alienis divicias suas. Interiora sua
domos suas in seculo, tabernacula sua in generatione voca
verunt nominibus suis terras suas. Et homo cum commorabitur in ho
nore assimilatus est iumentis et excogitatus est. Hec est via
insipiencie eorum et post eos in ore eorum currunt semper. Quasi
grex in inferno positi sunt mors pascit eos. Et subicient
eos recti in matutino et figura eorum conteretur in inferno
post habitaculum eius. Verumtamen deus liberabit redimet animam
meam de manu inferi cum assumpserit me. Noli timere cum ditatus
b fuerit vir cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quia
animam suam in vita sua benedicet laudabit te cum benefeceris
a sibi. Nec enim moriens tollet omnia neque descendet post eum
gloria eius. Introibit usque ad generationes patrum suorum usque
ad finem videbit lumen. Homo cum in honore esset non
intellexit comparatus est iumentis et similatus est. Et ipse
sit sapiencia patris quem prophete predixerunt quem apostoli
et eorum sequaces firmaverunt. Sequitur oracio
Reple domine ora nostra spiritu tuo ut mereamur te hominem
Christum nos scimus nos esse redemisse de charitate ad peccatores
mereamur vultus tui lumine saciari. Psalmus asaph
Fortis deus dominus locutus est et vocavit filii Chore
terram congregans ab ortu solis usque ad occasum eius.
Ex Syon perfecto decore deus apparuit. Veniet deus
noster et non tacebit, ignis ante ipsum ardebit terram eo vorabit
et in circuitu eius tempestas valida. Vocavit celum desursum
et terram ut iudicet populum suum. Congregate in sanctos meos
qui feriunt pactum meum in sacrificio. Et annunciabunt celi iu
sticiam eius quia dominus iudex est ipse semper. Audi populus et loquar
Israhel et testificabor et contestabor te deus deus tuus ego sum.
Non propter victimas tuas arguam te et holocausta tua
coram te sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos
neque de gregibus tuis hyrcos. Mea sunt enim omnia anima
lia silvarum pecudes in montibus milium. Scio omnes

aues montium et vniuersitas agri mecum est Si esuriero
non dicam tibi meus est enim orbis terre et plenitudo
Nunquid comedam carnes thaurorum aut sanguinem
hircorum bibam Immola deo laudem et redde altissimo
vota tua Et invoca me in die tribulationis liberabo te
et glorificabis me Impio autem dixit deus quid tibi est
cum narratione preceptorum meorum et ut assumas pa-
ctum meum in ore tuo Qui odisti disciplinam et proiecisti
verba mea post te Et videbas furem consentiebas ei et
cum adulteris erat pars tua Os tuum dimisisti ad ma-
liciam et lingua tua concinnabat dolum Sedens adversus
fratrem tuum loquebaris et adversus filium matris tue fabrica-
bas opprobrium Hec fecisti et tacui existimasti me fu-
turum similem tibi Arguam te et proponam te ante oculos tuos
Intelligite hec qui obliviscimini deum ne forte rapiam
et non sit qui liberet Qui immolat confessionem glorificabit
me ordinat viam · ordinate ambulat ostendam illi salu-
tare dei Ex ipse deus coram iusto iudicio constituat
iustos ab impiis statuens agnos a dextris et hedos
a sinistris Mathei 27. Decoram domine te rogantes
ut suscipias nos in sacrificium laudis quo sine onere
pecti iusticias tuas enarrantes iter salutare quo gratia
via ostendit gradiamur Ps ipsi david cum venit ad eum
Nathan propheta quando intravit ad Bersabee 2 Regum
Miserere mei deus secundum xii 2a ps penitencie
magnam misericordiam tuam Et secundum multitudinem misera-
tionum tuarum dele iniquitates meas Multum la-
ua me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me Quoniam
iniquitates meas ego cognosco et peccatum meum contra me
est semper Tibi soli peccavi et malum coram te feci ut iusti-
ficeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris
Ecce in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me
mater mea Ecce enim veritatem dilexisti abscondita et
archana sapientie tue manifestasti mihi Asperges me ysopo

et mundabor lavabis me et super nivem dealbabor Auditui
mi facias gaudium et leticiam et exultet ossa mea que
confregisti Absconde faciem tuam a peccatis meis et omnes
iniquitates meas dele Cor mundum crea in me deus
et spiritum stabilem renova in visceribus meis Ne pro
iicias me a facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas
a me Redde michi leticiam salutaris ihesu tui et spiritu pote
ti confirma me Doceam iniquos vias tuas et pecto
res ad te convertentur Libera me de sanguinibus deus
deus salutis mee laudabit lingwa mea iusticias tuas
Domine labia mea aperies et os meum annunciabit laudem
tuam Non vis ut victimam feram nec holocaustum laudem
placet Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et
humiliatum deus non despicias Benigne fac domine in bona
voluntate tua syon et edificentur muri hierusalem Tunc
suscipies sacrificium iusticie oblationes et holocausta
tunc imponent super altare tuum vitulos V[ersus] Ipse piissimus
pietate moveatur ira peccantes et ad ipsum convertat

Prostrate misericordiae ineffabilem nomen volentes
trinitatis deus qui humanam peccatoris animam
emendatis vitiis super candidam nivem efficias / in
nova quesumus in visceribus meis spiritum sanctum / quo
laudem tuam annunciare possimus ut recto ac principali spi
ritu confirmati eternis mereamur sedibus in hierusalem ce
lesti componi In finem intellectus ipsi david cum venit
doech ydumeus nuncians Sauli venisse david
in domum abymelech primum Regnum xxii

Quid gloriaris in malicia potens iniquitate tota die
Insidias cogitat lingwa tua quasi novacula
acuta facies dolum Dilexisti maliciam magis quam
bonum mendacium magis loqui quam iusticiam D
ilexisti omnia verba adnovorandi lingwa dolosa Sed deus
destruet te in sempiternum tollet et evellet te de tabernaculo
tuo et eradicabit te de terra viventium Videbunt iusti et
timebunt et super eum ridebunt Ecce vir qui non posuit de
um fortitudinem suam sed speravit in multitudine divi
ciarum suarum / confortatus est in insidiis suis Ego

autem sicut oliva virens in domo dei speravi in misericor-
dia dei in seculum et in eternum. Confitebor tibi deus
in seculum quia fecisti et expectabo nomen tuum quoniam
bonum est in conspectu sanctorum tuorum. Ut impietatem no-
stram divitiis sue lenitatis a nobis eliminet et occulta
inspiratione nos sibi reconciliet. Oratio. Totius
mundane vanitatis destructor omnipotens deus fac nos esse
in domo tua sicut olivam fructiferam florere ut in tua
misericordia sperantes ab iniquitatis maledicto solvamur.

In finem intellectus ipsi david pro amalech.

Dixit stultus in corde suo non est deus. Cor-
rupti sunt et abhominabiles facti sunt in ini-
quitate in voluptatibus suis non est qui
faciat bonum. Deus de celo respexit super
filios hominum ut videret si est intelligens
aut requirens deum. Omnes aversi sunt pariter
adheserunt non est qui faciat bonum non est usque ad unum.
Nonne non cognoverunt qui operantur iniquitatem qui co-
medunt populum meum ut cibum panis deum non invocaverunt.
Ibi timuerunt timore ubi non erat timor. Quoniam dominus dispersit
ossa circumdantium te confudentes quia deus proiecit eos.
Quis dabit ex syon salutare israhel cum reduxerit deus cap-
tivitatem populi sui exultabit iacob et letabitur israhel.

Ut ipse populo suo israhelitico adventu suo prestiterit
salutem sic bonum sue salutis cognoverit et auctorem.
Respiciens de celo sancto tuo deus pessime pone quem
fuimus tuum insipientie nostre ut terroribus vanis
eruditi tibi soli de puritate cordis integra fide placeamus.

In finem in carminibus vel in ymnis intellectus ipsi da-
vid cum venissent ziphei ad saulem et indicassent
Sauli de david dicentes nonne absconditus est apud
nos. Primi regum vicesimo tercio et vicesimo sexto.

Deus in nomine tuo salva me et in fortitudine tua
ulciscere me. Deus exaudi orationem auribus percipe verba
oris mei. Quia alieni insurrexerunt adversum me

et fortes quesierunt animam meam et non proposuerunt deum in
conspectu suo semper. Ecce deus auxiliator meus dominus su-
sceptor animam meam Reddet mala insidiatoribus meis
in virtute tua disperdes eos Voluntarie sacrificabo tibi et con-
fitebor nomini tuo domine quoniam bonum est Quoniam ex omni tribula-
tione eripuisti me et in inimicos meos vidit oculus meus

Ad celos ascendens in inimicos fuit adversa respexit
animis spiritum sanctum missurus premiserit oratio

Domine deus exaudi orationem nostram et insurgentem in
nos ignem tamquam leonis invidi rabiem potentie tue
tue virtute constringe ut tu quem adiutorem siste
protectorem esse nostrum fatemur et credimus bona tua in nobis
multiplices et mala omnia inimicorum nostrorum misericorditer amchi-
bees ut voluntaria sacrificia devotis tibi animis offerendo
omnibus bonis participari concedas et ab omni tribulatione
inimicorum visibilium et invisibilium insidiis et insultationibus
violentis eripias Qui vivis etc. In finem in carminibus vel
ympnis intellectus ipsi David sequitur psalmus

Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem
meam attende mihi et exaudi me Humiliatus sum in
meditatione mea et conturbatus sum a voce inimici et
a facie persequentis impii Quoniam proiecerunt super me iniquitatem
et in furore adversabantur michi Cor meum doluit in vitalibus
meis et terrores mortis ceciderunt super me Timor et tremor
venerunt super me et operuit me caligo Et dixi quis dabit michi
pennas columbe ut volem et requiescam Ut extra(?) abeam
et commorer in deserto et festinabo et expectabo ut salver a spiritu
tempestatis et turbidinis Precipita domine divide linguas eorum
quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate Die ac nocte circu-
euntes muros eius Scelus et dolor labor in medio eius in-
sidie in vitalibus in callibus eius Et non recedet depredatores eius
dampnum et fraudulencia Non enim inimicus exprobravit michi ut su-
stinerem utique et si his qui me oderat super me magnificatus esset
ut absconderem me ab eo Sed tu homo unanimis meus dux
meus et notus meus Qui simul habuimus dulce secretum in do-
mo dei ambulavimus cum timore Veniat mors super eos

et descendant in infernum viventes quia nequitie in eorum congregacione
eorum in medio cordis. Ego ad deum clamabo et dominus salvabit
me. Vespere mane et meridie loquar et resonabo et exau-
diet me vocem meam. Redime in pace animam meam ab app-
ropinquantibus mihi quoniam in multa enim fuerunt adversum me. Exaudiat
deus et humiliabit eos qui iudex est ab inicio seculi. Non
enim mutantur neque timent deum. Extendit manum ad pacifi-
ca sua et contaminaverunt pactum suum. Nitidius butiro os eius
pugnat autem cor eius molliores sermones eius ab oleo et
sunt lancee. Proice super dominum caritatem tuam et ipse te enutriet.
Non dabit in eternum fluctuacionem iusto. Tu autem deus dedu-
ces eos in puteum interitus viri sanguinum et dolosi non dimi-
diabunt dies suos, ego autem fiduciam habeo tui. R.
ipse ante secula deus vendicie sua nostram libertatem
Iesu domine qui ante secula manens perdomaverit oro
condicionem nostram humanam suscepisti sine peccato et ad istud lo-
tradicionis mortem subisti pro perditis. exaudi oracionem sup-
plicium et presta ut te vespere et meridie benedicentes atque
laudantes animam absque seculi tempestatibus defensari.
Qui t. v. In finem pro populo qui a sanctis longe factus est
intellectus inscripcionis ipsi David cum tenerent eum allophili
Miserere mei deus in Geth secundi Regum xxi
quoniam conculcavit me homo tota die impugnans
tribulavit me. Conculcaverunt me inimici mei to-
ta die quoniam multi enim qui pugnant contra me altissime. Quotiens die
tercia fuero ego in te confidam. In deo laudabo verba mea in deo
speravi non timebo quid faciat mihi homo. Tota die sermonibus
me affligebat contra me cogitaciones eorum in malum. Non
inhabitabunt abscondite plantas meas observabant expectantes
animam meam. Quia nullus est salvus nulla salus in eis. In
furore populos detrahet deus. Secretiora mea manifesti pone
lacrimas meas in conspectu tuo et non in narracione tua. Tunc
convertentur inimici mei retrorsum in quacumque die invocare
invocavero te ecce scio quia deus meus es. In deo laudabo verbum
et in deo perdurabo deprecabor sermonem. In deo speravi non timebo

quid faciat michi homo In me sunt deus vota tua ut reddam gra
ciandaciom tibi Quia liberasti animam meam de morte pe
des meos de lapsu ut ambulem in lumine coram deo viven
cium Xps ipse nos a laqueis et a lapsu eripiat per orationem
et a pressura tribulationis Oratio Uellorum invisibilium
optime propugnator qui in te confidentes ab inimicis obrui
non permittis exterge precamur ab oculis nostris peccati lacrimam
ut dum carnalia bella comprimimus placere tibi in lumine
viventium valeamus Qui cum deo etc. In finem ne disper
das david vel ne corrumpas david in tituli inscriptione cum
fugeret a facie Saul in speluncam psalmus david ipsi primi Regis
Miserere mei deus miserere mei quoniam in te xxiiii
confidit anima mea In umbra alarum tuarum spera
bo donec pertranseat iniquitas Invocabo dominum altissimum
deum ultorem meum Misit de celo et salvavit me et expro
bravit adversum se conculcantes misit deus misericordiam suam et ve
ritatem suam Anima mea in medio leonum dormivit turba
tus Filii hominum dentes eorum lancee et sagitte et lingua
eorum gladius acutus Exaltare super celos deus et in om
nia gloria tua Rethe paraverunt gressibus meis adincurvaverunt
animam meam Foderunt ante me foveam et inciderunt in eam
ipsi Paratum cor meum deus paratum cor meum cantabo et
psallam Surge gloria mea surge psalterium et cythara
surgam mane Confitebor tibi in psalmis domine cantabo tibi
in gentibus quoniam magna est usque ad celos misericordia tua et usque
ad nubes veritas tua Exaltare super celos deus et in omni
terra gloria tua Xps sua resurrectione gloriosa maxillam le
viathan perforavit ligaturasque [illegible] Oratio
Transfer domine iniquitates familie tue quas sub umbra alarum
tuarum ut missa de celo misericordia tua ab antiquis insidiarum fove
is eruamur Qui cum deo In finem ne disperdas vel ne corrumpas
david in tituli inscriptione psalmus ipsi david
Si vere utique iusticiam loquimini recta iudicate filii hominum
Etenim in corde iniquitates manus vestras apprendite
Alienati sunt peccatores a vulva Erraverunt ab utero
locuti sunt mendacium Furor illis secundum similitudinem serpentis
sicut aspidis surde et obturantis aures suas Ut non

non audiat uocem incantancium et incantatoris incan-
tes callide. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum
molas leonum confringet dominus. Dissoluantur tamquam aqua deflu-
ens intendit arcum suum donec conterantur. Quasi uinus
thabescens pertranseat tamquam abortiuum mulieris quod non vidit
lucem solem. Quinque crescat spine vestre in ramnum
qui viuentes, cum in ora tempestatis rapiat eos. Leta-
bitur iustus cum viderit uindictam pedes lauabit in sanguine
impij. Et dicet homo vere fructus est iusto vere est deus iu-
dicans in terra. xx feria sexta iniuriam potentibus
iuste iudicabit vindictam contra gentes persecutoribus
Iustissime domine corrector populo   accumulabit
tuo sceptrum iusticiam dilige terram ne ciuitate audi
tu autem eos quemadmodum serpentis morsibus sauciantur
eorum ref. In finem ne corrumpas uel ne disperdas
david in tituli inscriptione et cum misit saul et
custodiuit domum eius ut interficeret eum psalmus ipsi
Eripe me de inimicis   david primi Regum xvi
meis deus meus et a resistentibus in me protege
me. Libera me ab operarijs iniquitatis mee et
a uiris sanguinum salua me. Quia ecce insidiati sunt
anime mee. Congregantur aduersum me fortissimi absque
iniquitate mea et absque peccato meo domine. Non erige
inique et ille cucurrit et preparantur surge exaduerso pro
me et respice. Tu domine deus exercituum deus israel eui-
gila ut visites omnes gentes. Non misercaris omnibus
qui operantur iniquitatem semper. Reuertantur aduesperam et famem
ut canes et circumeant ciuitatem. Ecce loquentur in ore
suo et gladius in labijs eorum quasi nemo audiat. Tu
autem domine deridebis eos subsannabis omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te seruo quoniam tu deus eleuator
meus. Deus meus dei mei misericordia tua preueniet me deus
meus ostende michi pro insidiatoribus meis. Disperge
Non occidas eos ne forte obliuiscantur populi disperge
eos in fortitudine tua et destruas protector meus
domine. In peccato oris sui in sermone labiorum suorum

104

et capiantur in superbia sua maledictione et mendacium narrantes.
Consume in furore et non subsistent et ut sciant quia dominator
iacob et finium terre. Ps. Convertentur ad vesperam et latrent et fa
mem patientur ut canes et circuibunt civitatem. Ipsi vagabuntur ut
comedant et si saturati non fuerint murmurabunt. Ego autem cantabo
fortitudinem tuam et laudabo mane misericordiam tuam. Quia factus es for
titudo mea et refugium in die tribulationis mee. Tibi cantabo
quia adiutor meus es quia fortitudo mea deus misericordia mea. Ut
ipse pro vobis suam matutinam audistis nostre dabit pluvi
am serotinam et temporaneam oratis. Omnipotens
domine cuius virtutem atque misericordiam matutino laudamus in tempore
quesumus ut fortitudinem nostram custodias quatenus ab omni obscuritate
tenebrarum eruditi matutino lumine decoremur. Qui cum deo
In finem pro his qui commutabuntur testimonium alias commutabuntur
in tytuli inscriptione ipsi david in doctrinam cum succendit me
sopotamiam alias Sophat et Syriam aut Sobal aut
Sobath et convertit Ioab et Syriam percussit de edom
in valle salinarum xii milia. De ipso david 2 regum viii
et x capitulo et primo paralipomenon xviii et xix capitulis.
Vox apostolorum quando passus est Christus.
Deus repulisti nos et destruxisti iratus es et misertus es nobis.
Commovisti terram et conturbasti eam sana contritiones
eius quia commota est. Ostendisti populo tuo dura
potasti nos vino meroris consopientie. Dedisti metuentibus
te signum ut fugiant a facie arcus. Ps. Ut liberentur dilecti tui
salva dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo
sancto suo letabor et dividam sichimam et convallem tabernaculorum
dimetiar. Meus est galaad et meus est manasses et effraym
fortitudo capitis mei. Iudas legifer meus moab olla pelluvii
lavacri mei. Super ydumeam incedam calciamento meo in
palestinam federata est. Quis deducet me ad civitatem munitam
quis deducet me usque in ydumeam. Nonne tu deus qui re
pulisti nos non egredieris deus in exercitibus nostris. Da nobis
auxilium de tribulatione vana est enim salus hominis. In deo fa
ciemus virtutem et ipse conculcabit tribulantes nos. Ut ipse
sit auxilium in tribulationibus et post iram miseratur
pauperum suorum. Oratio. Clementissime domine salva

salva suppliciter postulamus auxilio gratie tue ut dum adversitatum bonum q
exercemur in tribulationibus in tua semper gratia consolemur. In finem
in ymnis et laudibus exhibitur ipsi david. vox apostoli pauli de epistola
Exaudi deus laudationem meam intende orationem meam. A fi-
nibus terre ad te clamavi dum anxiaretur cor meum. D-
um fortis elevabit adversum me tu eris ductor meus.
Fuisti spes mea turris munitissima a facie inimici. Habi-
tabo in thabernaculo tuo iugiter sperabo in protectione alarum
tuarum semper. Tu enim deus exaudi orationem meam dedisti here-
ditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adicies an- 105
nos eius donec est generatio et generatio. Sedebit semper ante
faciem dei in eternum et veritas servabit eum. Sic cantabo nomini
tuo iugiter reddens vota mea per singulos dies. Et ipse sit
turris fortissima in qua si fuerimus collocati spe firma
vitare possimus inimicorum iacula. Oratio. Anxietatum
nostrarum misericordissime consolator deus protege familiam tuam
a facie inimici ut arce tua fortitudinis communita inhabitare
thabernaculo mereatur eterno. Per. In finem psalmus ipsi david
Et tamen apud deum silebit pro ydithum vox ecclesie
anima mea ex eo salus mea. Attamen ipse est scutum
meum et salus mea fortitudo mea non commovebitur
amplius. Usque quo insidiamini contra virum interficiatis omnes sicut
muro inclinato et macerie corruente. Partem enim eius cogita-
verunt expellere placuerunt enim sibi in mendatio ore suo singuli
benedicunt et corde suo maledicunt semper. Veruntamen deo reticere anima
mea ab ipso enim prestolatio mea. Ipse est fortitudo mea et
salus mea susceptor meus non timebo. In deo salutare meum
et gloria mea robur fortitudinis mee et salus mea in deo. Spe-
rate in eo omnis cetus populi. effundite coram eo cor vestrum. spes nostra
est semper. Veruntamen vanitas filii adam mendacium filii viri
in stateris dolosi fraudulenter agunt semper. Nolite confidere
in calumniam et in rapina ne frustremini. divitie si fuerint
ne apponatis cor. Semel locutus est deus, duo hec audi-
vi quia imperium dei est. Et tibi domine misericordia, quia tu reddes
unicuique secundum opera sua. Et ipse sit adiutor in quem
convenientes ecclesie dicatur sperare ut miserias tempora-
les famulus possit evitare. Sequitur oratio

Absconde tibi dñe animas nr̃as tu es potencia nr̃a et remuneres
nostra diuiciarum delectamenta atque contempta omni mundana
vanitate te solum sequi mereamur psalmus ipsi dd' cũ esset in deserto
ydumee primi Regum vicesimo tercio vox ecc̃e de christo
Deus deus meus ad te de luce vigilo Sitiuit in te anima mea
Deus fortitudo mea tu es de luce consurgo ad te Sitiuit
te anima mea desiderauit te caro mea In terra inuia
et consiccata ac sine aqua Sic in sancto apparui tibi ut vi
derem fortitudinem tuam et gloriam tuam Melior est enim misericordia tua
super vitas labia mea laudabunt te Sic benedicam te in vita mea
et in noĩe tuo leuabo manus meas Sicut adipe et pinguedine
repleatur anima mea et labiis exultacionis laudabit os meum Re
cordans tui in cubili meo per singulas vigilias meditabor in te
Quia fuisti adiutor meus et in velamento alarum tuarum lauda
bo adhesit anima mea post te me suscepit dextera tua Ipsi
vero in vanum quesierunt animam meam introibunt in inferiora terre Rex
vero letabitur in deo laudabuntur omnes qui iurant in eo quia
obstructum est os loquencium iniqua Et ipse sit lux et splendor
sempiternus splendor meus in matutinis meditacionibus operacio
Ad te diluculo vigilantibus lumen largire Deus scientiarum
peccatorum auctor lucis Deus ut te labia nostra laudent te
vita benedicat te meditacio glorificet Cum eo dd' Psalmus
psalmus ipsi dauid vox populi de passione ipsius christi
Exaudi deus uocem meam cum deprecor a timore inimici eripe animam
meam Protexisti me a conuentu malignancium a multitudine
operancium iniquitatem Quia exacuerunt ut gladium
linguas suas intenderunt arcum rem amaram
Ut sagittent in occultis immaculatum subito sagittabunt
eum et non timebunt Firmauerunt sibi sermonem nequam
Narrauerunt ut absconderent laqueos dixerunt quis videbit
eos Scrutati sunt iniquitates defecerunt scrutantes scrutinio Ac
cedet homo ad cor altum et exaltabitur deus Sagitte paruulorum facte sunt
plage eorum et infirmate sunt contra eos lingue eorum Et conturbati sunt omnes qui videbant eos
Et timuit omnis homo et annunciauerunt opera dei et facta
eius intellexerunt Letabitur iustus in domino et sperabit in eo
et laudabuntur omnes recti corde Et ipse innocentes animas
a sagittis eripiat inimicorum et sit tutela firma in se spe
rancium Tutela omnium credencium deus custodi celum

ecclesiam tuam a conuentu malignancium qui eam occulte latenter
impugnare nituntur ut te salubri et recto regimine intellectu mistico
mitis spiritualiter aggregetur psalmus ipsi david cantici Jeremie
cum Aggei et Ezechielis de verbo peregrinacionis vel de populo
N E silet laus transmigracionis cum inciperet proficisci
deus et tibi reddetur votum in Jerusalem Exaudi deus
oracionem meam donec omnis caro ad te veniat Verba
iniquitatum iniquorum prevaluerunt adversum me sceleribus nostris 106
tu propiciaberis Beatus quem elegeris et susceperis habitabit
in atriis tuis Replebimur bonis domus tue sanctificacione
templi tui Terribilis in iusticia exaudi nos deus salvator
noster Confidencia omnium finium terre et maris longinqui Pre
parans montes in virtute tua accinctus fortitudine Compe
scens sonitum maris fremitum fluctuum eius et multitudinem
gencium Et timebunt qui habitant in extremis maris a signis
tuis exitus matutini et vespere laudantes facies Visita terram
et irriga eam ubertate dita eam Rivus dei plenus aque pre
parabis frumentum eorum quia sic fundasti eam Sulcos eius inebria
multiplica fruges eius et pluviis alis fluviis irriga eam
et germen eius benedices Solvetur annus in ubertate tua et
vestigia tua rorabunt pinguedinem Pinguescent pascua deserti
et exultacione colles accingentur Vestientur agni gregibus et
valles plene erunt frumento coequabuntur et canent Oratio
Ipse sit spes omnium finium terrarum et salubris portus in his
Spes omnium finium terre deus mari navigancium
exaudi oracionem supplicem familie tue ut dum te plausu co
sono primo modulante pulsat infusione paracliti spiritus deco
rata multiplici fructu pinguescent psalmus ipsi david canticum resurreccionis
Iubilate deo omnis terra cantate gloriam nomini eius Date gloriam
laudi eius dicite deo quam terribilia opera tua In multitudine
fortitudinis tue mencientur tibi inimici tui Omnis terra
adoret te deus et psallat tibi · cantet nomini tuo Venite et
videte opera domini terribilia consilia super filios hominum Con
vertit mare in aridam in flumine pertransibunt pede ibi le
tabimur in eo Qui dominatur in fortitudine sua a seculo ocu

eius gentes aspiciunt Qui increduli sunt exaltantur in semetipsis
semper Benedicite gentes dominum deum nostrum et auditam facite vocem
laudis eius Qui posuit animam meam ad vitam et non dedit
in commotionem pedes meos Probasti enim nos domine igne nos con-
flasti sicut conflatur argentum Introduxisti nos in obsidionem
posuisti tribulaciones in dorso nostro Imposuisti homines super capita
nostra Transivimus per aquam et ignem et induxisti nos in re-
frigerium Ingrediar domum tuam in holocaustis reddam tibi
vota mea que distinxerunt labia mea Et locutum est os meum
in tribulatione mea Holocausta medullata offeram tibi cum incenso
et arietibus offeram boves cum hircis semper Venite et audite
et narrabo omnes qui timetis deum quanta fecit deus anime mee
Ipsum ore meo clamavi et exaltavi in lingua mea Iniqui-
tatem si aspexi in corde meo non exaudiet dominus Ideo
exaudivit deus et attendit vocem deprecationis mee
Benedictus deus qui non amovit orationem meam et misericordiam suam
a me *Ex hoc fit terribilis in consiliis super filios hominum*
quod semper debet esse infixum mentibus deum timentibus
Mentibus nostris domine gratiam laudis tue infunde ut dum
secuti sumus media vitam in terra refrigeria te presule tui
fruamur *In finem in ymnis psalmus cantici ipsi David*
Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet fa-
ciem suam super nos semper Ut nota fieret
in terra via tua in universis gentibus salus
Confiteantur tibi populi omnes Letentur et laudent
gentes quoniam iudicas populos in equitate et gentium que
in terra sunt doctor es sempiternus sed Confiteantur tibi
populi deus confiteantur tibi populi omnes Terra dedit ger-
men suum benedicat nos deus deus noster Benedicat nos
dominus deus noster et timeant eum omnes fines terre *Ex ipse*
respectu sue misericordie quottidie misereatur nostri resplen-
dens illuminatione vultus sui sequitur oratio
Illumina domine vultum tuum super nos et benedictionem celeste
atque eternam ubertatem largire *In finem cantici ipsi David*
Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant
qui oderunt eum a facie eius Sicut deficit fumus
deficiant sicut fluit cera a facie ignis sic per-
eant impii a facie dei Iusti autem letentur et exultent
in conspectu dei et gaudeant in leticia Cantate domino

canticum novum praeparate viam ascendenti per deserta In domino n
omen eius et exultate coram eo Patri pupillorum et defensori
viduarum Deus in habitaculo sancto suo deus inhabitare
facit solitarios in domo Educit vinctos in fortitudine
increduli autem habitaverunt in siccitatibus Deus cum egredieris
ante populum tuum et ambulantes per desertum semper Terra com
mota est et celi distillaverunt a facie dei hic est in Sinai
a facie dei Israhel Pluviam voluntariam elegisti elevasti deus
hereditatem tuam laborantem tu confortasti Animalia tua
habitaverunt in ea praeparasti in bonitate tua pauperi deus D
ominus dabit sermonem annuntiantibus fortitudinis plurime R
eges exercituum foederabuntur et pulchritudo domus dividet spo
lia Si dormieritis inter medios terminos penne columbe de
argentate et posteriora eius in pallore auri Cum dispergit ro
bustissimus optimus reges in ea nive dealbabuntur, deal
bata est in Selmon Mons dei mons pinguis mons
excelsus Quare contenditis montes excelsi adversus montem
quem dilexit deus ut habitaret in eo. Siquidem habitabit dominus
confidenter semper Currus dei innumerabiles milia annuntiantium
dominus in eis in Sinai in sancto Ascendisti in excelsum capti
vitatem duxisti captivitatem accepisti dona in hominibus insuper
et non credentes dominum deum Benedictus dominus deus per singulos
dies portabit nos deus salutis nostre semper Deus noster deus
salutis nostre semper et domini dei mortis egressus Verum
tamen dominus confringet capita inimicorum suorum verticem crinis
perambulantium in delictis suis Dixit dominus de Basan con
vertam convertam in profundis maris Et calcet pes tuus in sanguine
lingua canum tuorum ex inimicis a temetipso Viderunt itinera
tua deus itinera dei mei regis mei qui est in sancto Prece
sserunt cantores eos qui post tergum psallebant in medio pu
ellarum tympanistriarum In ecclesiis benedicite domino deo de
fontibus Israhel Ibi Beniamin parvulus continens eos principes
Iuda in purpura sua principes Zabulon principes Neptalim
Praecepit deus de fortitudine sua conforta deus hoc quod
operatus es in nobis De templo tuo quod est in Hierusalem

ubi offerent reges munera. Increpa bestiam calami congregatio
fortium in vitulis populorum celestium calcaverunt con̄ totas arg-
tias. Dissipa populos qui bella volunt. Offerant velociter ex egipto
ethiopia festinet dare munera domui dei. Regna terre cantate
deo psallite domino semper. Intra quiete qui ascendit super celum
celi ad orientem a principio. Ecce dabit voci sue vocem fortitudinis
Date gloriam deo meo super israel magnificencia eius et fortitudinis
eius in celis. Terribilis deus de sanctuario suo deus israel ipse
dabit fortitudinem et robur populo suo benedictus deus. Q-
uero pugnante inimici nostri dispergantur et velut
fumus flatu suo evanescentur. Sequitur oratio.
Dominator domine qui nostris spiritualem epulum tribuis et facis
eos in leticia delectari concede quesumus gregi tuo mor-
tem tuam intelligere et te per resurgentem mortuis sedentem ad dexteram
dei patris confiteri. Qui cum. In finem pro hiis qui commuta-
buntur alleluia in scriptione david ipsi david.
Salva me deus quoniam venerunt aque usque ad
animam meam. Infixus sum in limo profundi
et non possum subsistere. Veni in profundum aquarum
et flumine operuit me. Laboravi clamans et
assecutum est guttur meum defecerunt oculi mei
expectantes dominum meum. Multiplicati sunt super
capillos capitis mei qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui
persequebantur me inimici mei iniuste que non rapueram tunc redde-
bam. Deus tu scis stulticiam meam et peccata mea a te non sunt
abscondita. Non confundantur in me expectantes te domine deus
exercituum. Non revereantur super me qui querunt te deus israel. Quia
propter te portavi obprobrium operuit confusione faciem meam. Alie-
natus sum fratribus meis et peregrinus filiis matris mee. Quo-
niam zelus domus tue comedit me et obprobrium exprobrantium
tibi ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animam meam et factum
est obprobrium mihi. Et posui vestimentum meum saccum et factus sum
eis in parabolam. Contra me loquebantur qui sedebant in porta
et cantabant bibentes vinum. Mea autem oratio ad te domine tempus
reconciliationis est. Deus in multitudine misericordie tue exaudi me
in veritate salutis tue. Eripe me de luto ut non infigar libera

me ab hijs qui oderunt me et de profundis aquarum No d
me fluctus aque neque absorbeat me profundum et non urgeat super
me puteus os suum Exaudi me domine quoniam bona est misericordia
tua secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me
Et ne abscondas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor cito
exaudi me Intende anime mee et redime eam propter
inimicos meos redime eam Tu scis opprobrium meum et confu-
sionem meam et ignominiam meam coram te sunt hostes mei O-
pprobrio contritum est cor meum et desperatus sum Et expectavi
qui contristaretur et non fuit et qui consolaretur et non inveni
Et dederunt in escam meam fel et in siti mea potaverunt
me aceto Sit mensa eorum coram illis in laqueum et in re-
tributiones et ad corruendum Contenebrentur oculi eorum ne vi-
deant et dorsum eorum incurva semper Effunde super eos
indignationem tuam et ira furoris tui comprehendat eos Fiat
commemoratio eorum ~~coram~~ deserta in tabernaculis eorum non sit
qui inhabitet Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt et ut affli-
gerent vulneratos tuos narraverunt Da iniquitatem super iniquitatem
eorum ut veniat in iusticia tua Deleantur de libro viventium
et cum iustis non scribantur Ego autem pauper et dolens salus
tua deus suscepit me Laudabo nomen dei in cantico et
magnificabo eum in confessione Et placebo deo super vitulum
novellum cornua afferentem et ungulas Videntes mansue-
ti letabuntur querite deum et vivet anima vestra Quoniam exaudivit
pauperes dominus et vinctos suos non despexit Laudent eum celi
et terra maria et omnia que moventur in eis Quoniam deus
salvabit Syon et edificabuntur civitates iude et habitabunt
ibi et possidebunt eam et qui diligunt nomen eius habitabunt
in ea Xpc ipse vino mirrato sit potatus et lancea crude-
li propter vulnera nostra sit perforatus
Dignissime domine exaudi nos in veritate salutis tue ut c-
uditi a signaculo peccati mereamur in libro vite celestis ascribi
Qui cum &c In finem psalmus ipsi david in rememoratione
quod salvum fecit eum deus
Deus ut liberes me deus ut auxilieris mi festina Con-
fundantur et erubescant qui querunt animam meam
Convertantur retrorsum et erubescant qui volunt

[m]ala michi. Reuertantur ad vestigium confusionis sue qui di-
cunt michi va va. Gaudeant et letentur in te omnes qui que-
runt te, et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt saluta-
re tuum. Ego autem egenus sum et pauper deus festina pro
me. Auxilium meum et saluator meus es tu domine ne moreris.
Oratio. Ipse adiutor sit in se credencium alumniorum et persecutorum
Inexhausti adiutoris deus eterne ad merorsi in se sperancium
adiuuandum famulie supplici festinus occurre ut a cunctis
malorum obprobriis tuis semper auxiliis muniatur. Psalmus
In te domine speraui non confundar ipsi dauid filiorum yonadab et
priorum captiuorum etc.
in eternum in iusticia tua eripe me. Inclina ad me aurem tuam
et salua me. Esto in robustum habitaculum ut ingrediar iugiter
precepisti ut liberes me quia petra mea et refugium meum es
tu. Deus meus salua me de manu impii et de manu iniqui
et nocentis. Quia tu es expectatio mea domine deus fiducia
mea ab adolescencia mea. A te sustentatus sum ex utero de
ventre matris mee tu es protector meus et in te laus mea.
Quasi portentum factus sum multis et tu spes fortissima
mea. Impleatur os meum fortissime laude tua tota die ma-
gnitudine tua. Ne proicias me in tempore senectutis cum defecerit
fortitudo mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei
michi et qui obseruabant animam meam inierunt consilium pariter dicentes
Deus dereliquit eum persequimini et comprehendite eum quia non
est qui eripiat. Deus ne elongeris a me deus meus
in auxilium meum festina. Confundantur et consumantur adver-
sarii anime mee operiantur obprobrio et confusione qui querunt
animam meam malum michi. Ego autem iugiter expectabo et ad-
iciam super omnes laudationes tuas. Os meum narrabit
iusticiam tuam tota die salutare tuum, quia non cognoui li-
teraturas. Ingrediar in fortitudine domini dei recordabor
iusticie tue solius. Deus docuisti me ab adolescencia mea
et usque nunc annunciabo mirabilia tua. Insuper et usque
in senectutem et canos deus ne derelinquas me donec
annunciem brachium tuum generationi omni que uentura
est fortitudines tuas. Et iusticiam tuam deus usque in excelsum
quia fecisti magnalia deus quis similis tibi. Quia ostendisti

nobis tribulationes plurimas et malas et afflictiones Et con
uersus uiuificabis nos et de abyssis terre iterum reduxisti n
Multiplicasti magnificentiam tuam et conuersus consolaberis me
Ego autem confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam deus
meus cantabo tibi in cythara sanctus israel Laudabunt labia
mea cum cantauero tibi et anima mea quam redemisti Insuper
et lingwa mea tota die meditabitur iusticiam tuam quia con
fusi sunt et dehonestati querentes mala michi Et ipse
defectus senum baculo sustentetur pie consolationis ne deficiat
in via temptationis. Sequitur oratio
Excelsior solus regnator eterne qui sperantes in te eternis dampnari
non permittis confusionibus reple quesumus labia nostra laude
tua et hos semper meditationibus bonorum insinuator coherere
Qui cum deo patre Psalmus ipsi dauid in Salomonem
Deus iudicium tuum regi da et iusticiam tuam filio regis
Iudicabit populum tuum in iusticia et pauperes tuos
in iudicio Assumant montes pacem populo et colles
iusticiam Iudicabit pauperes populi saluos faciet filios pauperum et
humiliabit calumpniatorem Et timebunt te cum sole et
ante lunam in generatione et generationem Descendet sicut pluuia super
uellus et sicut stille stillantes super terram Orietur in diebus eius
iusticia et habundantia pacis donec auferatur luna Et dominabitur
a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum
Coram illo procident ethiopes et inimici eius terram lingent
Reges tharsis et insule munera offerent reges arabum
et saba dona adducent Et adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes seruient ei
cum omnes reges vniuerse nationes seruient ei Quia liberabit
pauperem a potente et pauperem cui non erat adiutor Parcet in
opi et pauperi et animas pauperum saluas faciet Ex usuris et iniquitate
redimet animas eorum et preciosum nomen eorum coram illo
eius Et viuet et dabitur ei de auro arabie Saba et adorabunt
de eo ingiter tota die benedicent ei Et erit firmamentum
terram in terra in summis montium Et leuabuntur sicut libanii
fructus eius et florebunt de ciuitate sicut fenum terre Et
erit nomen eius benedictum et ultra ante solem permanebit
nomen eius Et benedicentur in eo omnes gentes et bea//

Dauid ex. Benedictus dominus deus israel qui facit mirabilia solus
Et benedictum nomen glorie eius in sempiternum replebitur
gloria eius omnis terra amen amen. Et ipse simulatore
calumniatore sit ab omnibus regibus honorandus
colendus et metuendus Sequitur oratio
Domine tuum ante omnia secula benedictum omnipotens deus
imponentes oramus ut simulatore calumniatore parcam popu
lo iusticiam ope largiri digneris Defecerunt laudes vel
Quam bonus deus est hymni david filii iesse vel asaph 52
Israel hiis qui recto sunt corde Mei autem pene moti
sunt pedes pene effusi sunt gressus mei
Quia zelavi super iniquos pacem peccatorum videns
Quia non est respectus morti eorum et firmamentum in plaga
eorum In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagella
buntur Ideo tenuit eos superbia operti sunt iniquitate
et impietate sua Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum transierunt in affectum
cordis Cogitaverunt et locuti sunt nequitiam iniquitatem
in excelso locuti sunt Posuerunt in celum os suum et lingua eorum
transivit in terra Ideo convertetur populus meus hic et
dies pleni invenientur in eis Et dixerunt quomodo scit deus et si
est scientia in excelso Ecce ipsi peccatores et abundantes
in seculo obtinuerunt divitias Et dixi ergo sine causa iustificavi
cor meum et lavi inter innocentes manus meas Et fui flagellatus
tota die et castigatio mea in matutinis Si dicebam narrabo
sic ecce nationem filiorum tuorum reprobavi Existimabam ut cognoscerem
hoc labor est ante me Donec intrem in sanctuarium
dei et intelligam in novissimis eorum Verumtamen propter dolos
posuisti eis deiecisti eos dum allevarentur Quomodo facti sunt in desolationem subito
defecerunt perierunt propter iniquitatem suam velut somnium surgentium
domine in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges Quia
inflammatum est cor meum et renes mei commutati sunt et ego
ad nihilum redactus sum et nescivi Ut iumentum factus sum
apud te et ego semper tecum Tenuisti
manum dexteram meam In voluntate tua deduxisti me et cum
gloria suscepisti me Quid enim mihi est in celo et a te
quid volui super terram Defecit caro mea et cor meum
deus cordis mei et pars mea deus in eternum Quia ecce

qui elongant se a te peribunt perdidisti omnes qui fornicantur
abs te. Michi autem adherere deo bonum est ponere in domino
deo spem meam. Ut annunciem omnes predicationes tuas

Et ipse iniquorum dolositatem occulta destruat vindicta et
omnem dolum consilio sue prudencie destruet

Fac nos tibi domine iugiter adherere et totam virtutem
spei nostre in te defigere ut mereamur laudes tuas in por
tis eternalibus inchoare. Qui cum [filio] deo. Intellectus asaph ad aptet

Ut quid deus repulisti in finem iratus est furor tuus
super oves pascue tue. Memor esto congregationis tue
quam possedisti ab inicio. Redemisti virgam here
ditatis tue montem syon in quo habitasti. Sublimitas pedum 110
tuorum dissipata e usque adfinem omnia mala elegit inimicus
in sanctuario. Firmaverunt hostes tui in medio pacti tui
posuerunt signa sua. Signa in trophea manifesta in introi
tu desuper in saltu lignorum securibus sue sculpturas eius
pariter bipenni et dolatorijs de rasserunt. Miserunt ignem
in sanctuarium tuum in terra. Dixerunt in cordibus suis posteritas
corum simul incenderunt omnes solemnitates dei in terra. Si
gna nostra non vidimus non est ultra propheta et non est nobiscum
qui sciat usque. Usquequo deus exprobrabunt adversarius blas
phemant inimici nomen tuum in finem. Quare convertis ma
num tuam et dexteram tuam a medio sinu tuo consumens
ad medium sinum tuum consume. Deus autem rex meus ab
inicio operatur salutem in medio terre. Tu dissipasti in for
titudine tua mare contrivisti capita draconum in aquis
Tu confregisti capita leviathan et dedisti eum escam populis
ethyopum. Tu dirupisti fontes et torrentes tu exsiccasti
flumina fortia. Tuus est dies et tua est nox tu ordinasti
luminaria et solem. Tu fecisti omnes terminos terre estatem
et hiemem tu plasmasti. Memento huius inimicus exprobravit
domino et populus insipiens blasfemavit alle mutavit nomen
tuum. Ne tradas bestijs animam eruditam lege tua vite pa
uperum tuorum ne obliviscaris in perpetuum. Respice ad pactum
tuum quia repleti sunt tenebris terre habitaciones iniquitatum. N
e revertatur humiliatus factus confusus egenus et pauper

[lau]dabunt nomen tuum. Surge domine causam tuam memento
[op]probrii ab insipiente tota die. Ne obliviscaris voces hostium
tuorum sonitus adversariorum tuorum ascendat iugiter. Et ipse
creavit cuncta elementa que [continentur] ut terrea que videntur
Creator omnium elementorum [et] celestia que non videntur
deus ante secula rex eterne memento gregis tui quem effusione
cruoris proprii redemisti atque omnium te querentium et ad te clamantium
voces propitiatus exaudi. In finem ne perdas vel ne corrumpas psalmus
Confitebimur tibi deus confitebimur. cantica asaph 3 ca
et iuxta nomen tuum narrabo mirabilia tua. Cum acce
pero tempus ego recta iudicabo. Dissoluta est terra cum ha
bitatoribus suis ego appendi columnas eius semper. Dixi inique
agentibus nolite inique agere et impiis nolite exaltare cornu.
Nolite exaltare in excelso cornu vestrum loquentes in cervice
veteri. Quia neque ab oriente neque ab occidente neque a solitu
dine montium. Sed deus iudex hunc humiliat et hunc exaltat.
Quia calix in manu domini et vino mero quoniam ad
plenum mixtum et [propinavit] ex eo. Verumtamen feces eius po
tabunt bibentes omnes impii terre. Ego autem annunciabo in
sempiternum cantabo deo Jacob. Et omnia cornua peccatorum confrin
gam et exaltabuntur cornua iusti. Et ipse ob redemptionem humani
generis calicem hausit passionis et amarissime
mortis
Pastor bone qui pro mortalium omnium redemptione hausisti
passionis calicem nomen tuum supplices invocamus ut
nos super columnas sapientie stabilitos septiformis spiritus
sanctificatione confirmes. Qui cum deo. In finem in carminibus vel
Cognoscetur in iudea deus in laudibus assiriorum
Israhel magnum nomen eius. vel canticum contra assirios
psalmus asaph secundum
Et in Iherusalem erit in salem tabernaculum eius et
habitatio eius in Syon. Ibi confregit volatilia arcuum scutum gla
dium et bellum semper. Lumen tu es magnifice a montibus
captivitatis. Spoliati sunt superbi corde dormitaverunt somnum suum
et non invenerunt omnes viri exercitus manus suas. Ab increpatione
deus Jacob consopiti sunt currus et equus. Tu terribilis es et quis
stabit adversum te ex tunc ira tua. De celo annunciabis iudicium ter
ra timuit. Cum surrexisset ad iudicandum deus ut salvos facia
at omnes mites terre sela. Quia meditatio hominis confitebitur tibi
reliquias memorie accingeris. Vovete et reddite domino deo
vestro omnes qui in circuitu eius sunt offerant dona terribili

Quia aufert spiritum principum duci terribili regibus [...]
Et hoc non solum in iudea sed eciam in cunctis finibus terre apostolorum scilicet di[...]
predicacione et verbi dei dilatacio[ne]
Cogitacionibus nostris et confitentibus
effectum largire terribilis deus ut a motibus eius d[...]
innati dum gloriam resurreccionis tue suscipimus
futuri iudicii ignominiam careamus Qui cum deo patre Intende
Voce mea domino clamavi Pro idithum psalmus ipsi asaph
voce mea ad deum et exaudivit me In die tribu-
lacionis mee dominum exquisivi Manus mea nocte
extenditur et non quiescit Noluit consolari anima mea
et recordans dei tunc turbabar loquebar in memetipso et
deficiebat spiritus meus semper Prohibebam suspectum oculos
meos et stupebam et non loquebar Recogitabam dies
antiquos et annos seculi pristinos Recordabar psalmorum
meorum in nocte cum corde meo loquebar et scrutabar
scopebam spiritum meum Ergo ne in eternum proiciet deus et
non placabit ultra Ergo ne complevit usque in finem mise-
ricordiam suam et consumabitur verbum de generacione in generacionem
Numquid oblitus est misereri deus aut complevit in furore
misericordias suas semper Et dixi imbecillitas mea hec est com-
mutacio dextere excelsi Recordabar cogitacionum domini re-
miniscens antiqua mirabilia tua Et meditabar in omni opere
tuo et adinvenciones tuas loquar Deus in sancto via tua
quis deus magnus ut deus noster Tu es deus qui facis mi-
rabilia solus ostendens in populis potenciam tuam Redemi-
sti in brachio tuo populum tuum filios iacob et ioseph semper
Viderunt te aque parturierunt et commote sunt abyssi E-
xtruserunt aquas nubila vocem dederunt nubes sagitte
tue discurrebant Vox tonitrui tui in rota apparuerunt
fulgura orbi terre contremuit et commota est terra In mari
via tua et semite tue in aquis multis et vestigia tua
non sunt cognita Deduxisti quasi gregem populum in manu moysi
et aaron Qui ipse facit mirabilia magna solus et omnia
que sunt in celo et in terra fecit dominus Sequitur
Mirabilium omnium deus operator immense Oracio Ceterra
qui quondam aquas in conspectu tuo sistentes in
murum coegisti te humiliter imploramus ut suscepta vo-
ce clamoris nostri iniquitatum quas numquam obliviscaris largiaris Qui

Attendite popule meus legem Intellectus asaph
meam inclinate aurē vestrā in vba oris mei Aperiam
in parabolis os meū loquar enigmata antiqua
Que audiuimus et cognouimus et patres narrauerunt nobis Non
sunt abscondita a filijs eorū in generatione sequenti Narrā
tes laudes domini et potentiam eius et mirabilia eius que fecit Et su
scitauit testimoniū iacob et legem posuit in israel que mandauit
patribus nostris ut docerent filios suos Ut cognoscat generatio fo
sequens Filij nascentur surgent et narrabunt ea filijs suis
ut ponant in deo spem suam et nō obliuiscantur cogitationum
dei et mandata eius custodiant Et ut non fiant sicut patres
eorū generatio declinans et prouocans generatio que nō preparauit
cor suum et nō creditus est deo spiritus eius Filij effraym inten-
dentes et mittentes arcum conuersi sunt in die belli Non
custodierunt pactum dei sui et in lege eius noluerunt ambu
lare Et obliti sunt cogitationum eius et mirabilium eius que
ostendit eis Coram patribus eorū fecit mirabilia in terra
egipti in regione campo thaneos Diuisit mare et perduxit
eos et statuit sicut aquas quasi in utre Et deduxit eos in nube per die
et tota nocte in illuminatione ignis Scidit petrā in deserto et po-
tū dedit quasi de abyssis multis Et eduxit aquam de petra et
eduxit quasi flumina aquas Et addiderunt ultra peccare ei
exprouocauerunt ~~dm̄ ut~~ excelsum in biuio in diluuio et inuio E
t temptauerunt dm̄ ut prouocarent eū in cordibus suis peten
tes cibū anime sue Aloquentes con dm̄ dicebant Numquid
poterit deus parare mensam in solitudine Ecce percussit petram
et fluxerunt aque et torrentes inundauerunt Numquid et
panem poterit dare aut parare carnem populo Ideo audiuit dns
et nō distulit et ignis accensus ē in iacob et furor ascendit
in israel Quia nō crediderunt nec habuerunt fiduciam in sa
lutari eius Et precepit nubibus desuper et portas celi aperuit
et pluit super eos manna ut comederent et panem celi dedit
eis Panem fortium comederunt cibaria misit eis in saturitate
Abstulit austrum de celo et introduxit in fortitudine sua af
fricum Et pluit super eos quasi puluerem carnes et quasi arena
maris volatilia pennata Et ceciderunt in medio castrorum
eius et in circuitu tabernaculorum eius Et comederunt et

saturati sunt et desiderium eorum attulit eis Non ...
de cupiditate sua cum adhuc cibus esset in ore ...
iror ergo dei ascendit super eos et occidit pingues eorum
electos israhel incurvavit In omnibus hiis peccaverunt ...
et non crediderunt mirabilibus eius / et consumpsit in vanitate
dies eorum et annos eorum velociter Si occidebat eos querebant
eum et convertebantur et diluculo consurgebant ad eum Et recor-
dabantur quia deus fortitudo eorum est / et deus excelsus rede-
ptor eorum est Et lactaverunt eum in ore suo / et lingua sua
mentiti sunt ei Cor autem eorum non erat firmum cum eo / nec per-
manserunt in pacto eius Ipse autem misertus propiciabitur iniqui-
tati / et non disperdet multum quod avertit iram suam et non suscitavit
totum furorem suum Sed recordatus est quia caro essent spiritus
vadens et non rediens Quotiens provocaverunt eum in deserto
afflixerunt eum in solitudine Et conversi sunt et temptaverunt
deum et sanctum israhel concitaverunt Non sunt recordati manus eius
die qua redemit eos de tribulatione Quomodo fecit in egipto si-
gna sua et ostenta sua in regione tanneos Quem convertit
in sanguinem flumina eorum / et flumina eorum ut non biberent
Quam immisit in eis omne genus muscarum ut comederent
eos ranas ut disperderent eos Quam dedit bruco germine eorum
et labores eorum locuste Quam occidit in grandine vineas eorum
et siccomoros eorum frigore Quam tradidit grandini pascua
eorum et iumenta eorum volucribus Quam misit in eos iram
furoris sui et indignationem et commotionem et angustiam im-
missionem angelorum malorum Minuit semitam furoris sui non
pepercit morti anime eorum et animalia eorum morti tradidit
Et percussit omne primogenitum primicias partus in tha-
bernaculis cham Et tulit velut oves populum suum et minavit
eos sicut gregem in deserto Et eduxit eos absque fiducia cum
timore inimicos autem eorum operuit mare Et adduxit eos ad
terminum sanctificationis sue montem sanctum istud quem possedit dextera
eius Et eiecit a facie eorum gentes et possidere eos fecit
in funiculo hereditatem et collocavit in thabernaculis eorum
tribus israhel Et temptaverunt et provocaverunt deum excelsum

113

…nia eius nō cuſtodierūt Et auerſi ſūt et p̄uaricati
… p̄res eorū mutati ſūt quaſi arcus inutilis At
…uocauerūt dñm in excelſis ſuis in ſculptilibus ſuis ad
…ulandū eū concitauerūt Audiuit dñs et nō diſtulit
… proiecit uehementer iſrl̄ Et reliquit thabernaculū in ſy
lo [illegible] qd collocauit inter hoīes Et tradidit
in captiuitatē uirtutē ſuā et decorē ſuū ī man' hoſtis
Et concluſit in gladio p̄plm̄ ſuū et hereditatē nō diſtulit
Iuuenes eius deuorauit ignis et uirgines eorū nemo
luxit Sacerdotes eius in gladio ceciderūt et uidue eius
nō ſūt flete Et euigilauit q̄ſi dormiens dñs quaſi fortis
poſt crapulā uini Et percuſſit hoſtes ſuos retrorſū oppro
brio ſempiterno dedit eos Et proiecit thabernaculū ioſeph
et tribum effraym nō elegit Et elegit tribū iuda montem
Syon quē dilexit Et edificauit ī ſimilitudine monocerotis
ſanctuariū ſuū quaſi terram fundauit eā in ſeculū Et elegit
Dauid ſeruū ſuū et tulit eū de gregibus ouium De[illegible]
fetas adduxit eū ut paſceret in iacob p̄plm̄ eius et in iſrl̄
hereditatem eius Qui pauit eos ī ſimplicitate cordis ſui et
prudentia manuū ſuarū dux fuit eorū Cr̄ ipſe populis
ſpūalis manne reſtat alimēto et eterne uite dul
cedine ſatiatio Reſice nos omnipotens deus largitor opulē
tiſſime manna ſpūalis alimēti ut in ſenſu mādatorū
tuorū directi montē acquiſitū dextera tua glorificando intrare
mereamur Qui cū deo patre Pſalmus Aſaph

Deus uenerunt gentes in hereditatē tuā polluerunt
templū ſanctū tuū poſuerūt ierlm̄ in aceruos lapi
dū Dederūt cadauera ſeruorū tuorū eſcam auiū
celorū carnes ſanctorū tuorū beſtiis terre Effuderūt ſangui
nem eorū in circuitu q̄ſi aquā in circuitu ierlm̄ et nō erat qui ſe
peliret Facti ſumus opprobriū uicinis nr̄is ſubſannatio et
deriſio qui in circuitu noſtro ſūt Uſquequo dñe iraſceris ī
finē ardebit q̄ſi ignis zelus tuus Effunde furorē tuū ſup
gentes que nō cognouerūt te et ſup regna que nomē
tuū nō inuocauerūt Quia comederunt iacob et decorem
eius deſolauerūt Ne recorderis iniquitatū noſtrarum

veterum cito anticipent nos misericordie tue quia a[...]
Auxiliare nobis ihesu salvator noster, deus [...]
gloriam nominis tui libera nos et propiciare peccatis n[...]
nomine tuum. Quia dicunt gentes ubi est deus [...]
nota fiat in gentibus ante oculos nostros ulcio
nis servorum tuorum qui effusus est. Ingrediatur coram te
gemitus vinctorum in magnitudine brachii tui relinque
interitos intemptos. Redde vicinis nostris septupl[um]
in sinum eorum opprobrium suum quod exprobraverunt tibi do[mine].
Nos enim populus tuus et oves pascue tue confitebimur
tibi in seculum in generatione et generationem narrabimus laudem
eius. Ut ipse sit effusi sanguinis servorum suorum terribilis
ultor et laboris vestri remunerator. Oratio. An
ticipa nos domine misericordia tua priusquam zelus ire tue de se
viat ut horum prodiciis adiuti quorum propter te sanguis
effusus est tua propiciatione peccatorum veniam consequamur.
In finem pro hiis qui commutabuntur testimonium asaph pro
Qui regis israhel ausculta qui ad assiriis
ducis quasi gregem ioseph. Qui sedes super
cherubin ostende te coram effraim beniamin et
manasse. Suscita fortitudinem tuam et veni ut salvos
facias nos. Deus converte nos ostende faciem tuam et salvi
erimus. Domine deus exercituum quousque irasceris super
orationem servi tui. Cibabis nos pane flebili et potasti nos
in lacrimis tripliciter. Posuisti nos contentionem contradictionem
vicinis et inimici nostri subsannaverunt nos. Deus exercituum
converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus. Vi
neam de egipto tulisti eiecisti gentes et plantasti ea[m].
Preparasti viam ante faciem eius et stabilisti radices
eius et repleta est terra. Operuit montes umbra
eius et rami illius cedri dei. Expandit ramos suas
usque ad mare et usque ad flumen germina sua. Quare di
strupasti maceriam eius et vindemiaverunt eam omnes
qui transeunt per viam. Vastavit eam aper de silva et omnes

113

[...]e pascue sue eam Deus exercituum convertere obsecro re-
[...]lo et vide et visita vineam istam Et radice quam
[...] dextera tua et filium quem confirmasti tibi Incensa
[...]uta ab increpatione faciei tue peribunt Fiat
[...]na super virum dextere tue et super filium hominis quem
[...]masti tibi Et non recedimus a te vivificabis nos
[...] nomen tuum invocabimus Domine deus exercituum converte
[...] et ostende faciem tuam et salvi erimus
[...]cherubin sedens vineam ecclesiasticam Christe ipse super
[...]bat reget et germinare faciat oratio sequitur
[...]cus qui iste regis rem et proga libitatem oppressis ut lae-
[...]tia una mentem iram non obviat si sobria compunctio
[...]ne emulat eam ad deo In finem pro torcularibus
psalmus ipsius david alias asaph quinta
sabbati Sequitur vetterus
Laudate domini fortitudinem vestram iubilate
deo iacob Assumite psalmum et date tym-
panum cytharam iocundam cum psalterio C-
langite in neomenia buccina in meo
mense die solemnitatis vestre Quia legi-
timum iste est et testimonium indicium deo
iacob Testimonium in ioseph posuit cum egrederetur de terra
egypti labium quod nesciebat audivit Amovit ab onere dorsum
eius manus eius in cophino servierunt In tribulatione invo-
casti et eripui te exaudivi te in abscondito tempestatis probavi
te super aquam contradictionis semper Audi populus meus et
contestabor te israel si audieris me Non sit in te deus alie-
nus et non adores deum peregrinum Ego sum dominus deus tuus qui
eduxi te de terra egypti dilata os tuum et implebo illud Et
non audivit populus meus vocem meam et israel non intendit
mihi Et dimisi eum in pravitate cordis sui et ambulaverunt
in consiliis suis Utinam populus meus audisset me et israel
in viis meis ambulasset Quasi nichilum inimicos eius hu-
miliassem et super hostes eorum misissem manum meam Qui in-
deum negabat negabunt eum et erit tempus eorum in seculum
Et cibavit eos ex adipe frumenti et de petra melle saciavit

eos Or ipsi debeamus spiritualibus tabis cum me...
ut nocturna insidias valeamus devitare Or...
domine supplicanda ora ad cognoscendum tuam gloriam...
operibus veterosum relictis nobis tui confessione leta...
Deus stetit in cetu deorum in medio psalmus...
deos deus diiudicat Usquequo iudicatis in...
et facies impiorum sumpsistis semper Iudicate pau...
pupillo et egeno et inopi iudicate iuste facite Er...
inopem et pauperem et de manu impiorum liberate Ne...
sunt neque intellexerunt in tenebris ambulant movebuntur om...
fundamenta terre Ego dixi dii estis vos et filii excelsi omnes
Ergo sicut adam moriemini et sicut unus de principibus cadetis Ex
urge deus iudica terram quoniam tu hereditabis in omnes gentes
Or ipse in medio iudicorum solus omnipotens cognoscatur clemens
credentium mirabilis propugnator Oratio Destitue a nobis
domine omnem superstitionem erroris ut relictis gentilibus sentibus
viacionem te solum qui super omnem terram altissimus es mereamur
Deus ne taceas tibi, ne sileas Canticum ipsi asaph david
et non compescas deus Quoniam ecce inimici tui tumultua-
ti sunt et qui oderunt te levaverunt caput Super popu-
lum tuum malignaverunt consilium et cogitaverunt adversus sanctos
tuos Dixerunt venite et disperdamus eos de gente et non sit memoria
nominis israel ultra Quoniam cogitaverunt unanimiter simul adversum te testamentum
disposuerunt Tabernacula ydumeorum et ysmahelitarum moab
et agareni Gebal et amon et amalech alienigene cum
habitantibus tyri Sed et assur venit cum illis facti sunt in adiutorium
filiis loth semper Fac illis sicut madyan et
sysare sicut iabin in torrente cyson Disperierunt in endor
facti sunt ut stercus terre Pone principes eorum sicut oreb et
zeb et zebee et salmana omnes principes eorum Qui di-
xerunt hereditate possideamus nobis sanctuarium dei Deus meus pone
eos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti Sicut ignis qui
comburit silvam et sicut flamma comburens montes Ita per-
sequeris eos in tempestate tua et in ira tua turbabis
eos Imple facies eorum ignominia et querent nomen tuum
domine Erubescant et conturbentur in seculum seculi et confundantur

...t sicut quia nomē est tibi dominus solus tu excelsus
[in omnem] terram Ct ipse sit omnis terre altissimus habitator
ierusalem inde flacus edificator Deus quus
...a qui scios tuos et in bonitate erudis et uirtute
... da nobis de tua misericordia confidentibus auxilium
...z ab inimici consilio saluos efficiat et mdatos ā tie
...uāte ondat et tuaz nos perducas ad gloriam qui solus
altissimus super omnē terram Qui cum deo p. In finem
Quam dilecta thabernacula pro thorcularibus filiis chore ps
tua dñe virtutum desiderat et deficit anima mea in atria
domini Cor meum et caro mea landabitur dum viuitz
Etenim passer auis inuenit sibi nidum et auis turtur
nidum sibi vbi repōt pullos suos Altaria tua dñe virtutum
rex meus et deus meus Beati qui habitant in domo tua adhuc
laudabunt te Beatus homo cuius auxilium est abs te ascensiones in
corde eius Transeuntes in valle fletus fonte ponat cum
benedictione qz ambulabunt doctor Ibunt de fortitudine in for
titudinē parebit apud deum in syon Dñe deus virtutum
exaudi oracionem meam ausculta deus iacob semper Clipeus
nr̄ inde deus et attende faciem christi tui Quia melior ē
dies vna in atriis tuis super milia Elegi abiectus esse in
domo dei magis quam habitare in thabernaculis impietatis Quia sol
et scutum dñs deus gratiam et gloriam dabit dñs Nec prohibe
bit bonum ab hiis qui ambulant in perfectione Domine virtutum
beatus hō qui confidit in te Ct ipse sit dñs et eterne nobis
vite ianuas pandit et thabernacula gloriosa preparat oro
Domine ihesu christe rex eterne glorie benignitatis et gratie
qui disposuisti ascensiones in corde ut de valle ploracionis
per misericordiam et humilitatem in loco quem fundasti perueniat
da benedictionem gratie qui legem dedisti iusticie ducem de virtutibus
in virtutem te donante gradiamur te deorum deo qui presta ut eius
eius plenissima pulchritudine perfruamur Qui cum deo patre In
Placatus es dñe terre tue finē filiis Chore Sequitur
Auertisti captiuitatem iacob Remisisti iniquitatem plebis
tue operuisti omnia peccata eorum omnes iniquitates Miti
gasti omnem indignacionem tuam conuertisti ab ira furoris tui

Converte nos deus ihesu noster et solve i
adversum nos Numquid in eternum irasceris nobis extende
tuam a generatione in generationem Deus tu conver
tens vivificabis nos et plebs tua letabitur in te Ostende
misericordiam tuam et salutare tuum da nobis Audi
quid loquatur in me dominus deus quoniam loquetur pacem
et ad sanctos suos ut non convertantur ad iusticiam
Verumtamen prope est hys qui timent salutare eius ut inhabitet glo
in terra nostra Misericordia et veritas obviaverunt iusticia
et pax deosculate sunt Veritas de terra orta est et iusticia
de celo prospexit Sed et dominus dabit bonum et terra nostra
dabit fructum suum Iusticia ante eum ibit et ponet in
via gressus suos Et ipse nobis misericordiam adve
ntu suo corporeo dignatus fuerit unde et in ipso me = 115
rerum possimus vivere oro Remitte domine iniquitates
plebis tue et ostende nobis misericordiam tuam qui nos
in viam pacis iusticia precedente perducit oro ipse do
Inclina aurem domine tuam et exaudi me quia egenus
et pauper sum ego Custodi animam meam quoniam sanctus
sum salvum fac servum tuum deus meus qui confidit in te Mi
serere mei domine quoniam ad te clamavi tota die Letifica
animam servi tui quia ad te domine animam meam levavi Quo
niam tu domine suavis et mitis et multe misericordie omnibus qui
invocant te Exaudi domine orationem meam et ausculta vocem
deprecationis mee In die tribulationis mee invocavi te
quia exaudies me Non est similis tui in diis domine et non est
secundum opera tua Omnes gentes quascumque fecisti venient et
adorabunt coram te domine et glorificabunt nomen tuum Quoniam
magnus es tu et faciens mirabilia tu deus solus Deduc
me domine viam tuam ut ambulem in veritate tua letetur cor
meum ut timeat nomen tuum Confitebor tibi domine deus
meus in toto corde meo et glorificabo nomen tuum in eternum
Quia misericordia tua magna est super me et eruisti animam
meam ex inferno inferiori Deus iniqui insurrexerunt adversum
me et synagoga potentium quesierunt animam meam

[pl]acerunt te in conspectu suo Tu autem domine miserator et
[misericors] et paciens et multe misericordie et verus Respice ad me
[et miserere] mei da fortitudinem tuam servo tuo et salva fi[lium ancille]
tue Fac mecum signum in bonum ut videant qui
[oderunt me] et confundantur quoniam tu domine adiuvisti me et
[consolat]us es me Oracio Ipse suavis ac mitis deprecanti-
[bus pre]ces exaudit et in se sperantes nequaquam deserit
celsitas domine vultum familie tue et erue animas nostras
Lex inferno inferiori ut tui vultus contemplacione perfrui
desideria nostra tua protectione calcemus Qui cum deo patre
Fundamenta eius Psalmus filiis chore psalmus cantici
in montibus sanctis diligit dominus portas syon super
omnia tabernacula Iacob Gloriosa dicta sunt de te
civitas dei Memor ero superbie et babilonis scienti-
um me Ecce palestina moab et thyrus cum ethyopia iste natus
est ibi Numquid syon dicet homo et homo natus est in ea
et ipse fundavit eam excelsus semper Dominus narrabit scripturis
populorum ipse natus est in ea Et principes cantabunt cum in choro
omnes fontes mei in te Oracio Ipse celestis sive portas in stabi-
mentibus collocatas super cunctam israheliticam templa disposuit
et clave fidei signatas clausas reliquit oro Fundamen-
tum fidei nostre ex deus qui in mentibus nostris tanquam in excelsis
montibus construis portas iusticie munimine opponis Concede
nobis in te gloriose credere atque ad redemptorem cuncto nostro te ho-
mines factum predicabunt confiteri Qui cum deo patre Canticum psalmi filiis
chore in finem pro amalech ad respondendum intellectus eman
Domine deus salutis mee israhelite et iezrahelite
O per diem clamavi et nocte coram te Ingrediatur
ad te oracio mea inclina aurem tuam ad oracionem meam
Quia repleta est malis anima mea et vita mea ad infernum
descendit Reputatus sum cum descendentibus in lacum factus sum
sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber Sicut vulnerati dor-
mientes in sepulcris quorum non recordaris amplius et qui de
manu tua abscisi sunt Posuisti me in novissimo lacu in tene-
bris et in profundis Super me confirmatus est furor tuus
et cunctis fluctibus tuis afflixisti me Longe fecisti notos

meos a me posuisti me abhominacionem sibi clau
deuntez O culi mei infirmati sunt ab afflictione me
domine tota die expandi palmas meas ad te N
mortuis facias mirabilia aut gigantes surgent
tebuntur tibi. N unquid narrabit in sepulcro miser
et veritatem tuam in perdicione. N unquid cognoscentur
bris mirabilia tua et iusticia tua in terra que oblivi
tradita est. E go autem domine ad te clamavi et mane or
mea preveniet te. Q uare domine abicis animam meam abscon-
dis faciem tuam a me. P auper ego et erumnosus ab adolescen-
cia mea portavi furores tuos et conturbatus sum. P er me transi-
erunt ire tue et furores tui oppresserunt me. C ircumdederunt
me sicut aqua tota die vallaverunt me pariter. L onge fecisti a
me amicum et sodalem notos meos abstulisti. Qui ipse pro
nobis mortem dignatus est suscipere et glorificatus sic matutina
resurrectione. Oratio. P ie redemptor omnium ineffabilis qui
salus nostra cum pro nobis inferna peteras factus quasi es i-
ter mortuos liber exaudi matutinas familie tue preces
et eripe nos ab inimici insidiantis pessima servitute. Qui
M isericordias domini Intellectus Eman Israhelite
in eternum cantabo in generatione et generationem annun-
ciabo veritatem tuam in ore meo. Q uia dixisti sem-
piterna misericordia edificabitur celos fundabis et veritas tua in eis.
P ercussi fedus cum electo meo iuravi David servo meo
U sque in eternum stabiliam semen tuum et edificabo in generatione
et generationem thronum tuum semper. C onfitebuntur celi mirabi-
lia tua domine et veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Q uis enim in nu-
bibus equabitur domino aut assimilabitur domino de filiis dei. D eus
robustus inclitus in archano sanctorum nimis et terribilis cunctis
qui circa eum sunt. D omine deus exercituum quis similis tibi forti-
ssime domine et veritas tua in circuitu tuo. T u dominaris superbie
maris et elationes gurgitum eius tu comprimis. T u confregi-
sti quasi vulneratum superbum et in brachio fortitudinis fortiter per-
cussisti inimicos tuos. T ui sunt celi et tua est terra orbem
et plenitudinem eius tu fundasti aquilonem et dexteram mare
tu creasti. T habor et hermon nomen tuum laudabunt. T uum
brachium cum fortitudine roboretur manus tua exaltetur. I usticia

firmamentum throni tui misericordia et veritas precedent faciem
Beatus populus qui novit iubilacionem domine in lumine
vultus tui ambulabunt. In nomine tuo exultabunt tota die
et in iusticia tua exaltabuntur. Quoniam gloria fortitudinis eorum
tu es et in voluntate tua exaltabitur cornu nostrum. Quia
domini est protectio nostra et sancti israel regis nostri. Tunc locutus es
in visione sanctis filiis tuis et dixisti posuisti adiutorium
super robustum et exaltavi electum de plebe mea. Inveni david
servum meum oleo sancto meo unxi eum. Cum ergo manus mea
firma erit et brachium meum roboravit eum. Non decipiet
inimicus eum et filius iniquitatis non affliget eum. Sed concidam
ante faciem eius hostes illius et qui eum oderunt fugabo.
Veritas autem mea et misericordia mea erit cum ipso et in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius
et in fluminibus dexteram eius. Ipse invocavit me pater meus
es tu deus meus et susceptor salutis mee. Ego autem primo-
genitum ponam eum et excelsum regibus terre. In eternum custo-
diam ei misericordiam meam et pactum meum erit fidele ei. Et ponam
in seculum seculi semen eius et thronum eius sicut dies celi. Si autem
dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non
ambulaverint. Si cerimonias meas prophanaverint et pre-
cepta mea non custodierint. Visitabo in virga scelera eorum
et in plagis iniquitates eorum. Misericordiam autem meam non aufe-
ram ab eo neque mentiar in veritate mea. Non violabo pactum
meum et quod egressum est de labiis meis non mutabo. Se-
mel iuravi in sancto meo si david mentiar. Semen eius
in eternum erit et thronus eius sicut sol in conspectu meo
Et sicut luna stabilietur in eternum et testis in celo fidelis
semper. Tu vero repulisti et proiecisti: distulisti christum
tuum. Avertisti pactum servi tui prophanasti in terra diadema
eius. Dissipasti omnes macerias eius posuisti munitiones eius
pavorem. Diripuerunt eum omnes qui transeunt per viam factus
est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram hostium eius
letificasti omnes inimicos eius. Avertisti robur gladii eius
et non sublevasti eum in prelio. Domestice fecisti mediam eius
et thronum illius in terram detraxisti. Abbreviasti dies adolescentie
eius operuisti eum ignominia sempiterna. Usquequo domine
abscondens in finem succendetur quasi ignis indignacio tua

tua Memento mei de terra de profundo alioqui
creasti filios hominum Quis est homo qui vivit et non v
tem salvavit animam suam de manu inferi semper M
tue antique domine quas iurasti in veritate tua
ecordare domine obprobrii servorum tuorum quia portavi in
sinu meo omnes iniquitates populorum quibus expro
runt inimici tui domine quibus exprobraverunt vestigia
tui Benedictus dominus in sempiternum amen amen Christe ipse in
pie omnipotens coequalis genitur per quem celi et terra in mag
confitentur oro domine Tuere domine animas nostras qui in-
ferna confregisti ut animas nostras de temptantibus a confusione
criminum et a morte perpetua liberemur Qui cum patre Oratio mo-
ysi hominis dei alias cantici diei sabbati psalmus

Domine habitaculum tu factus es nobis a generatione in ge-
neratione antequam montes nascerentur aut parturiretur
terra et orbis a seculo et usque in seculum tu es
deus Convertes hominem usque ad contritionem et dicens re-
vertimini filii adam Quia mille anni ante oculos tuos
sicut dies hesterna que preteriit sicut vigilia nocturna per
tractantes eos somniaverunt mane sicut herba pertransiens
Mane floruit et abiit ad vesperam conteretur atque sicca-
bit Consumpti enim sumus furore Posuisti iniquitates nostras
coram te negligentias nostras in luce vultus tui Omnes enim
dies nostri preterierunt in furore tuo consumpsimus annos nostros
quasi sermones loquentes Dies annorum nostrorum in ipsis lxx
annis Si autem in potentibus viris lxxx anni et quod am-
plius est labor et dolor quoniam transivimus cito et avola-
vimus Quis novit fortitudinem ire tue et secundum timo-
rem tuum indignationem tuam innumerentur dies nostri
sic ostende et veniemus corde sapienti Revertere domine
usquequo et exorabilis esto super servos tuos Imple nos
matutina misericordia tua et laudabimus et letabimur in cunctis
diebus nostris Letifica nos pro diebus quibus nos afflixisti
annis quibus nos vidimus mala Appareat apud servos
tuos opus tuum et gloria tua super filios eorum Et sit decor
domini dei super nos et opus manuum ~~manuum~~ nostrarum fac stabi-
le super nos et opus manuum nostrarum dirige Qui ipse refugium

…ctrina xpi fectus mira … nos refecit et
…e sua iniquitas deserit. Oro. L ucifer splendoris
…ps deus qui lucem mundo novam fugata nocte
…iti fama nos ejus in lucem veram mittentes ut omnes
…obscuritates te illuminante pellantur. Qui cum deo
in …itet in abscondito. Laus Cantici ipsi david
Q … excelsi in umbraculo domini commorabitur. D icet
domino spes mea et fortitudo mea deus meus spe-
rabo in eo. Q uia ipse liberavit me de laqueo venantium
… de morte insidiantium. I n scapulis suis obumbrabit tibi et sub
alis eius sperabis scutum et protectio veritas eius. N on
timebis a timore nocturno a sagitta volante per diem. A peste
in tenebris ambulante a morsu demonis meridiani. C
adent de latere tuo mille et decem milia a dextris tuis t-
amen non appropinquabit. V eruntamen oculis tuis videbis et
ultionem impiorum cernes. T u es domine spes mea excel-
sum posuisti habitaculum tuum. N on accedet ad te malum et
lepra non appropinquabit tabernaculo tuo. Q uia angelis suis
mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. I n ma-
nibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
S uper aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem
et draconem. Q uoniam in me adhesit liberabo eum exaltabo eum
quoniam cognovit nomen meum. I nvocabit me et ego exaudiam
eum cum ipso sum in tribulatione eruam et glorificabo eum.
L ongitudine dierum replebo eum et ostendam illi salutare
meum. Ant. Ipse caput leonis et draconis … de in-
ferno conculcavit et potencias aspidis et basilisci an-
nichilavit. Oro. P resta nobis domine per invocationem tuam nos
basilisci et aspidis letalia venena calcare ut omnes sa-
lutari tuo adiecti insidias dyaboli spiritualis clipei um-
braculo muniamur. Per. Psalmus cantici in die sabbati
B onum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime.
A d annunciandum mane misericordiam tuam et veritatem
tuam per noctem. I n decacordo et psalterio et cantico in
cythara. Q uia delectasti me domine in opere tuo et in factura
manuum tuarum laudabo. Q uam magnificata sunt opera tua
domine satis profunde facte sunt cogitationes tue. V ir insipiens
non cognoscet stultus non intelliget ista. P ermanserunt

impii sicut fenum et floruerint omnes qui operant[ur]
ut conterantur in sempiternum Tu autem altissimus i[n]
Quoniam ecce inimici tui domine ecce inimici tui peribunt et disp[ergentur]
qui operantur iniquitatem Et exaltabitur sicut monoceron[tis]
meum et senectus mea in oleo uberi Et respexit ocu[lus]
eos qui insidiantur mihi de his qui consurgunt adversum me ma[-]
lignantibus audiet auris mea Iustus ut palma [florebit]
sicut cedrus in libano multiplicabitur Transplantati i[n]
domo domini in atriis domus dei nostri germinabunt Adhuc mul[ti-]
plicabuntur in senectute pingues et florentes erunt Annuncient
quia rectus dominus fortitudo mea et non est iniquitas in eo
Or[atio] ipse vincentibus viriditatem palmarum cum perpetuitatis
florem dabit et coronam decoris adornabit Oratio [illegible]
iustorum eterna qui iustos domus honorum refertos stipendiis
palmiferis atriis florere immarcescibiles facias quesumus
ut remissis molestiis delictorum eorum nobis societatem dig-
nanter impertiaris Qui cum Laus cantici david in die ante
Dominus regnavit gloria sabbatum quando fundata est terra
induit est indutus est dominus fortitudinem et accinctus
est Insuper appendit orbem qui non commovebitur
Firmum solium tuum extunc ab eterno tu es Levaverunt
flumina domine levaverunt voces suas levaverunt flumina gurgites
suos a vocibus aquarum multarum grandes fluctus maris glorio-
sus in excelso dominus Testimonia tua fidelia facta sunt nimis
domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierum Or[atio]
ipse de inimica morte decorem victoriis induit et fidelibus
suis causam gloriam post mortem promittit Oratio Domine
deus omnipotens qui prima potentie virtute celum et terram ma-
nibus collocasti exaudi supplices tuos et da credulitatem testi-
moniis tuis et nos indue fortitudine et decore sanctitatis
Deus ultionum dominus deus Psalmus alleluia laus cantici david iiii sabbati
ultionum libere egit Exaltare qui iudicas terram redde
vicissitudinem superbis Usquequo [...] impii domine usquequo
impii exaltabuntur Pronunciabunt loquentes iniquitatem garrient omnes
qui operantur iniquitatem Populum tuum domine conterent et hereditatem
tuam affligent Viduam et advenam interfecerunt et pupillos occi-
derunt Et dixerunt non videbit dominus nec intelliget deus iacob
Et intelligite stulti in populo et insipientes aliquando discite

… aurem non audiet aut qui finxit oculum non videbit
… gentes non arguet qui docet hominem scientiam
… cogitationes hominum quoniam vane sunt. Beatus vir
… dieris domine et de lege tua docueris eum. Et quie-
… diebus afflictionis donec fodiatur impio interitus. Non enim
… plebem suam et hereditatem suam non deseret. Quo-
… iusticiam revertetur in iudicium et sequuntur illud omnes recti
… Quis stabit pro me adversum malos quis stabit pro
… adversus operarios iniquitatis. Nisi quia dominus auxilia-
… meus. Paulominus habitasset in inferno anima mea. Si
dicebam motus est pes meus misericordia tua domine sustentabat me.
In multitudine cogitacionum mearum que sunt in corde meo
in me consolationes tue delectabant ~~me~~ animam meam.
Numquid particeps erit tibi thronus iniquitatis qui finges do-
lorem in precepto. Copulabantur adversus animam iusti et
sanguinem innocentem condemnabant. Erit autem mihi dominus
in refugium et deus meus est petra spei mee. Et resti-
tuet super eos iniquitatem suam et in malicia sua disper-
det eos. Disperdet dominus deus noster. Christe qui humana di-
stringeres membra hominis, scientia qua cogitationes scrutaris
Ne repellas domine plebem tuam. intus erudiat
quam tuo interitu es sanguine ne delinquas hereditatem
tuam pro qua in cruce suspensus es. sed quem singulis la-
borem in precepto da nobis requiem in futuro seculo
Laus cantici ipsi David id est Christo
Venite laudemus deum iubilemus per Ihesum nostro pre-
occupemus vultum eius in actione gratiarum in ag…
gratione in canticis iubilemus ei. Quoniam fortis et ma-
gnus dominus et rex magnus super omnes deos. In manu
eius fundamenta terre et excelsa moncium ipsius sunt. Eius
est mare ipse enim fecit illud et siccam manus eius pla-
smaverunt. Venite adoremus et curvemus genua ante faciem
domini factoris nostri. Quia ipse est deus noster et nos populus
pascue eius et oves manus eius. Hodie si vocem eius
audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in contradictione
in die temptacionis in deserto. Ubi temptaverunt me patres
vestri probaverunt et viderunt opera mea. Quadraginta annis

displicuit in generatio illa et dixi. semper hi errant co[...]
cognoscentes vias meas. Ut iuravi in furore [...]
introibunt in requiem meam. Rex ipse pastor [...]
suis etiam preparat pascua et locatio mansi[...]
est amenissima. oratio Salutare eximii [...]
domine respice perditas oves gregis tui easque in p[...]
salem sapientie et introduce easdem innoxias [...]
in requiem eternam. Quando domus edificabatur p[...]
tivitatem et archa domini reducta per ipsum david [...]
Cantate domino canticum novum canta- Regio v. et
te domino omnis terra. Cantate domino et benedicite nomi-
ni eius annunciate de die in diem salutare eius. Narra-
te in gentibus gloriam eius in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam
magnus dominus et laudabilis nimis terribilis est super omnes deos.
Quoniam omnes dii gentium sculptilia. dominus autem celos fecit. Confessio
et decor ante conspectum eius. fortitudo exultationis et exultatio
in sanctuario eius. Afferte domino familie populorum afferte domino gloriam
et fortitudinem. Afferte domino gloriam nomini eius. levate munera
et introite in atria eius. Adorate dominum in decore sanctuarii pa-
veat a facie eius omnis terra. Dicite in gentibus dominus regnavit
etenim appendit orbem immobilem. iudicabit populos in equitate.
Letentur celi et exultet terra commoveatur mare et plenitudo eius
Gaudeat ager et omnia que in eis sunt. tunc laudabunt
omnia ligna silvarum alis saltus. Ante faciem domini quia venit
iudicare terram. Iudicabit orbem terre in iusticia et populos in
fide sua. Rex ipse sit nunc vere novum cantat canticum si talis
conversacio transferatur in meliorem statum regni. oratio
Cantet tibi domine ecclesia tua in omni terra canticum novum an-
nuncians in omnibus populis nativitatem. passionem resurrec-
tionem. teque redemptorem venisse et iudicem venturum confite-
mur. Supplices itaque deposcimus ut sicut appruisti miseros
redimendo ita etiam appareas placabilis iam redemptis. Qui
Dominus regnavit exultet psalmus ipsi david quando terra
terra letabuntur insule multe. ei restituta est propter ultimus Nubes et caligo in
circuitu eius iusticia et iudicium firmamentum sedis eius.
Ignis ante faciem eius ibit et exuret in circuitu hostes eius
Apparuerunt eius fulgura orbi vidit et contremuit et commota
est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini
a facie dominationis omnis terre. Annunciaverunt celi iusticiam

[...]t omnes populi gloriam eius Confundantur omnes qui
[...]t sculptilia qui gloriantur in ydolis suis Adorate eum
[...]d dei audivit et letata est syon Et exultaverunt
[...]e propter iudicia tua domine Tu autem dominus excelsus super
[...]rram vehementer elevatus es super omnes deos Qui
[...]gitis dominum odite malum custodit dominus animas sanctorum suorum
[...] de manu impiorum eruet eos Lux orta est iusto et
[...] corde leticia Letamini iusti in domino et confitemini memo-
[...]e eius Ut ipse sit nomen magnum et terribile et hoc
cordi nostro sit impressum memoriale Oratio Domine deus
omnipotens qui solus altissimus super omnem terram approbaris concede
nobis ut in te confitentibus tendatur custodia tua ut de peccatorum
manibus liberemur et ad fulgorem celestem cum rectis corde sine
macula transferamur Per dominum Psalmus ipsi david Scriptus

Cantate domino canticum novum quia mirabilia fecit
Salvavit sibi dexteram eius et brachium
sanctum eius Notum fecit salutare suum in con-
spectu gentium revelavit iusticiam suam Re-
cordatus est misericordie sue et veritati sue do-
mui iacob Viderunt omnes fines terre salutare
dei nostri Iubilate deo omnis terra vociferamini
et laudate et cantate Cantate domino in cythara et cythara et
voce carminis In tubis et clangore buccine iubilate coram
rege domino Moveat mare et plenitudo eius orbis et habitato-
res eius Flumina plaudent manibus simul montes laudi-
bunt ante dominum quia venit iudicare terram Iudicabit orbem in iusticia
et populos in equitate Ut ipse per mysterium sue nativitatis salu-
tare suum patefaciat omnibus Oratio Emitte domine salutare
tuum mentibus nostris ut qui quondam iudicari venisti pro perditu-
rinam cum advenieris iudicare pro quibus mortem adiudicatus
es largiaris Qui cum tu deo Psalmus ipsi david Scriptus

Dominus regnavit commoveantur populi sessor cherubim commo-
veatur terra Dominus in syon magnus et excelsus super
omnes populos Confiteantur nomini tuo magno terribili
sanctum est Imperium regis iudicium diligit Tu fundasti equitates
iudicium et iusticiam in iacob tu fecisti Exaltate dominum deum nostrum
et adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est Moyses et aaron
in sacerdotibus eius et samuel inter eos qui invocant nomen
eius Invocabant dominum et ipse exaudiebat eos in columna nubis

loquebatur ad eos Custodiebant testimonia eius ...
dedit eis domine Deus noster tu exaudisti eos ...
isti eis et ultor super omnes adinventiones eorum E...
dominum nostrum et adorate in monte eius quia sanctus ...
noster Ex ipse in celesti syon excelsus super o...
habeatur et in ipsis sine fine dominetur O...
therorum domine te oramus et quesumus ut columne ...
in nobis ad modum sacerdotalis ordinis te custode s...
Iubilate domino omnis terra servite Psalmus in com...
in leticia Ingredimini coram eo in laude scitote quoniam ...
ipse est deus Ipse fecit nos et ipsius sumus populus eius
grex pascue eius Ingredimini portas eius in gratiarum
actione atria eius in laude Confitemini ei in laude et
benedicite nomini eius quia bonus dominus In sempiternum misericordia
eius et usque in generationem et generationem fides eius Ex ab
ipso facti debemus ei psallere iubilando devotos et sincere
affectu cordis et opere Oro Iubilemus tibi domine deus
in leticia et exultatione poscentes ut domini pectorum nostrorum
porte in tuis laudibus reserantur semper ad meritorum vitam
et pandantur cum tu deo Ps ipsi david contra per psalterium
Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine psallam
Et erudiar in via perfecta quando venies ad me A-
mbulabo in simplicitate cordis mei in medio
domus mee Non proponebam coram oculis meis verba
bellial facientes declinationem odivi nec adhesit michi Cor
pravum recede a me malum nesciebam Loquentem in ab
scondito contra proximum suum hunc insectabar Superbo oculis
et alto corde cum hoc esse non poteram Oculi mei ad fideles
terre ut sedeant mecum Ambulans in via simplici hic mi-
nistrabit michi Non habitabit in medio domus mee faciens
dolum loquens mendacium non placebit in conspectu oculorum
meorum Mane perdam omnes impios terre ut disperdam de
civitate domini omnes qui operantur iniquitatem Ex in
innocentia cordis inter generationes debet ei referre
super ineffabili beneficio misericordie sue Oro Incompre-
hensibilis virtutis deus qui tuis famulis viam atque iudi-
cium clementer insinuas concede nobis ea fideliter intelli-
gere rectamque viam ingredi et a vanitate execrabilis superbie

120

[Orati]o pauperis cum anxiaretur et in conspectu
[domini eff]undit precem suam Sequitur psalmus

[Domin]e exaudi oracionem meam et clamor meus ad te veniat
[N]on abscondas faciem tuam a me in die tribulacionis
[mea]e inclina ad me aurem tuam In quacumque die invocavero
[v]elociter exaudi me Quia consumpti sunt sicut fumus
[dies me]i et ossa mea sicut cremium frixa contabuerunt Percussus
[s]um ut fenum et arefactum est cor meum quia oblitus sum come-
[d]ere panem meum A voce gemitus mei adhesit os meum carni
[mee] Assimilatus sum pellicano deserti factus sum sicut bubo soli-
tudinis Vigilavi et factus sum sicut avis solitaria super tectum Tota die
exprobrabant michi inimici mei et exultantes per me iurabant Quia
cinerem sicut panem comedi et poculum meum cum fletu mi-
scebam A facie indignacionis et ire tue quia levasti et allisisti me
Dies mei sicut umbra declinaverunt alias declinati sunt et ego sicut
fenum arui Tu autem domine in eternum permanes et memoriale tuum
in generacione et generacionem Tu exurgens misereberis Syon quia
tempus est ut miserearis eius quia venit tempus pacti Quoniam
placitos fecerunt servi tui lapides eius et pulverem eius miserebuntur
Et timebunt gentes nomen domini et omnes reges gloriam
tuam Quia edificavit dominus Syon et apparuit in gloria sua Re-
spexit ad oracionem vacuorum et non despexit oracionem eius Scribantur
hec in generacione novissima et populus qui creabitur laudabit
dominum Quia prospexit de excelso sanctuario suo dominus de celo in
terram contemplatus est Ut audiret gemitum vinctorum et solveret
filios mortis Et narrent in Syon nomen eius et laudacionem
eius in Ierusalem Cum congregati fuerint populi et regna ut serviant
domino Afflixit in fortitudine viam meam abbreviavit dies
meos Dicam deus meus ne rapias me in medio dierum
meorum in generacione generacionum anni tui In principio terram
fundasti et opus manuum tuarum sunt celi Ipsi peribunt tu autem
stabis et omnes sicut vestimentum atterentur Et sicut pallium
mutabis eos et mutabuntur tu autem idem es et anni tui non
deficient Filii servorum tuorum habitabunt et semen eorum
ante faciem tuam persticabit Ex ipse prospiciens ex al-
to audit gemitus compeditorum ut per ipsum liberati animae

Exorabilis domine intende in oracionem laudem eius oro
supplicum tuorum ut qui in peccato tanquam fenum aruimus
respectu misericordie celestis sublevemur Psalmus ipsi david

B Enedic anima mea dno et omnia
secto eius B enedic anima mea dn
et noli obliuisci omnes retribuciones eius Q ui p
iniquitatibus eius et sanat omnes infirmitat
Q ui redimit de corrupcione uitam meam et sanat
initates (?) meas Q ui coronat me in mia et misera
replet in bonis desiderium tuum renouabitur sicut
iuuentus tua F aciens misericordias dns et iudicium cu
caluniam sustinent N otas fecit uias suas moysi f
cogitaciones suas M iseracio et clemens dns paciens et
miseracionis no in sempiternum irascitur neque irascetur metu
N on secundum peta nra fecit nobis neque secundum iniquitates nras
retribuit nobis Q uoniam scilicet excelsus est celum a tra tanto
confortata est mia eius sup timentes eum Q uantum longe est
oriens ab occidente tam longe fecit a nobis scelera nostra
S icut miseretur pr filiorum misertus est dns timentibus se I
pse enim nouit plasmacionem nram recordatus est quia
puluis sumus H omo quasi herba dies eius sicut flos
agri sic florebit Q uia spus ptransibit eum et non subsistet
et non cognoscet eum ultra locus eius M isericordia aute
domini ab eterno et usque in eternum sup timentes eum et iusticia eius
in filios filiorum hiis qui custodiunt pactum eius et recordati
preceptorum eius ad faciendum ea D ns in celo stabiliuit tro
num et regnum illius omni dominabitur B enediciate dno oes
angeli eius potentes uirtute facientes verbum eius obedientes
uoci sermonum eius B enedicite dno omnes exercitus eius
ministri eius qui facitis placitum eius B enedicite domino
omnia opa eius in omnibus locis potestatis eius bndic aia
mea domino Ct Ipse in celestibus residens angelica vi
sitacione misericordie actus nros regit et custodit Oro seq
S ana domine languores nros tu qui semper parcis
quasi pater misereris ut exempti ab interitu mortis
B enedicat te anima nra benedicat et uita glorificet Ps o pi dd
B enedic anima mea dno dne deus meus magnificatus
es uehementer G loria et decore induutus es amictus luce
sicut uestimento E xtendens celum sicut pellem
qui tegis aquis superiora eius qui ponit nubem

ambulat sup pennas ventoꝝ Qui facis angelos
[tuos] ministros tuos ignē urentē. Qui fundasti terram
[super stabilitatem su]am nō inclinabit in sclm̄ sculi. Abysso sicut
[vestimentum a]mictus eā super mōtes stabunt aque Ab increpacione
[tua fug]ient a voce tonitrui tui formidabunt Ascendunt
[montes] et descendunt campi in locū quē fundasti eis Ter
[minum] posuisti eis quē nō ptransibunt ut reuertant ut operire
[terram] Qui emittis fontes in conuallibz ut int medios mō
[tium pertra]nsibunt Et bibant omīa aīalia regionis et refitiant
[o]nagri sitim suā Sup ea uolucres celi morabuntur de
medio nemoꝝ dabunt uoces Qui rigas mōtes de supa
[rior]ibz de tenaculis tuis de fructu operum tuoꝝ saciabit tra
Germinans herbaz iumentis et erbam seruitu hominū Ut
educas panē de tra et vinū letificat cor hois ad exhilara
dam faciem in oleo panis aut cor hois confirmat Saciabu
tur ligna domini cedri libani quas plantauit Et ibi
aues nidificabunt erodii domus dux eaꝝ Montes ex
celsi ceruis petra refugium erinaciis Fecit lunam in tpa
sol cognouit occasum suū Posuit tenebras et facta est
nox in ipa ptransibunt omēs bestie silue Leones rugientes
ut rapiant et querant a deo escam sibi Ortus est sol et cō
gregati sunt et in cubilibus suis collocabuntur Exibit homo ad opus
suū et ad operationem suam usqz ad vesperum Quam magnificata sunt
opa tua dne omīa in sapia fecisti impleta ē tra posses
sione tua Hoc mare magnū et spaciosū manibz ibi reptilia
quorum non est numerus aīalia pusilla cū magnis Illic naues ptransibunt
Draco iste quem formasti ad illudendum ei Omīa a te
expectant ut des illis escam in tpe suo Dante te illis colli
gent aperiente te manum tuam omīa implebuntur bonitate Auertente
autem te faciem turbabuntur auferes spiritum eoꝝ et de
ficient et in puluerem suū reuertentur Emitte spiritum tuū
et creabuntur et renouabis faciem tre Sit gloria dni i secu
lum letabitur dns in opibz suis Qui respicit terram
et facit eam tremere qui tangit montes et fumigant Cantabo dno
in vita mea psallam deo meo quamdiu sum Jocundum sit ei eloquium meum
quin mod ego aut letabor in dno Deficiant peccatores
a terra et iniqui ita ut nō sint Benedic aīa mea dno Ex parabus

et impij ut

viuis et spiritualibus scitum refiat ecclesiam m
lemens angelicam semper Inclite om
complecta terram aridam satiasti da nobis q
mente ascensum tue glorie contueri ut diuin
conspiciamus illa semper que celestia sunt me
Confitemini domino et inuocate nomen eius p
notas facite in operibus cogitaciones eius
Cantate ei et psallite ei et loquimini ei in omnibus m
eius exultate in nomine sancto eius letetur cor que
Querite dominum et virtutem eius querite faciem eius m
Recordamini mirabilium eius que fecit signorum et iudicia
oris eius Semen abraham servi eius filii iacob elec
eius Ipse dominus deus noster in universa terra iudicia eius
Recordatus est in eternum pacti sui verbi quod mandavit precepit
in mille generationes Quod pepigit cum abraham et
iuramentum sui cum ysaac Et firmavit illud cum iacob
et legem cum israel et pactum sempiternum Dicens tibi dabo ter tēm
ram chanaan funiculum hereditatis vestre Cum essent viri pauci
et advene in ea Et transierunt de gente in gentem et de
regno ad populum alium Non dimisit hominem ut noceret
eis et corripuit pro eis reges Nolite tangere christos
meos et prophetas meos nolite affligere Et vocauit ye
famem super terram et omnem virgam panis contrivit
Misit ante faciem eorum virum in servum venditus est joseph
Affixerunt in compedibus pedes eius ferrum venit in
animam eius usque ad tempus donec veniret verbum eius elo
quium domini probavit eum Misit rex et solvit eum princeps
populorum et dimisit illum Posuit eum dominum domus sue
et principem omnis possessionis sue in omni possessione sua
Ut erudiret principes eius sicut voluntatem suam et seniores
eius sapientiam doceret Et ingressus est israel in egiptum et iacob
fuit advena in terra cham Et crescere fecit populum suum ni
mis et roboravit eum super hostes eius Convertit cor eorum
ut odio haberent populum eius et dolos ut dolose agerent contra
filios illius Misit moysen et aaron quem elegit sibi
Posuit in eis verba signorum suorum et portentorum in terra

[...]t tenebras et contenebravit et non fuerunt
[...]lis eius Convertit aquas in sanguinem et occidit
[...] Et ebullivit terra eorum ranas in cubilibus
[r]egum Dixit et venit musca eorum omnoda cinifex
[...]mia terre eorum Dedit pluvias eorum grandinem
[fl]ammantem in terra eorum Et percussit vineas eorum et
[...]us et confregit lignum finium eorum Dixit et venit
[...] et bruchus cuius non erat numerus Et eduxit eos cum ar-
[gent]o et auro et non erat in tribubus eorum infirmus Le-
[ta]ta est egyptus in egressione eorum quia incubuit timor eorum
super eos Expandit nubem in protectionem et ignem ut luceret
nocte Petierunt et advenit ortigometram et pane cele-
sti saturavit eos Dirupit petram et fluxerunt aque occurre-
runt in aridis in siccitate flumina Quoniam recordatus est verbi
sancti sui cum Abraham puero suo Et eduxit populum suum in leticia
et in laude electos suos Et dedit eis terram gentium et
labores populorum possederunt ut custodirent cerimonias
eius et leges eius servarent Et ipse dominus deus terminis sa-
terra iudicia sua premittit et nobis timorem et amorem
suum mittit Oratio Invocantes nomen tuum domine deprecamur ut qui patres nostros virtute tui nominis percutiente an-
gelicis pastibus refecisti nos quoque misticis dapibus
Confitemini domino quoniam bonus quoniam in
seculum misericordia eius Quis loquetur fortitudines
domini auditas faciat laudes eius Beati qui custo-
diunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore Recor-
dare mei domine in reprobatione populi tui visita me in
salutari tuo Et videas bona electorum tuorum in leticia gen-
tis tue exulteris cum hereditate tua Peccavimus cum patribus
nostris iniuste fecimus impie gessimus Patres nostri in egy-
pto non intellexerunt mirabilia et non sunt recordati multi-
tudinis misericordie tue Et ad iracundiam irritaverunt ascende-
tes super mare in mari rubro Salvavit autem eos propter
nomen suum ut ostenderet fortitudinem suam Et comminatus est
mari rubro et aruit et eduxit eos per abyssos sicut in
deserto Et salvavit de manu odientium et redemit eos de
manu inimici Et operuit aqua hostes eorum unus ex eis

non superfuit Et crediderunt in verbis eius cantaveru[nt]
Cito obliti sunt operum illius ut expectaver[unt]
illius et desideraverunt desiderium in deserto te[mptaverunt]
[De]um in solitudine Dedit ergo eis peti[tionem]
misit tenuitatem in animam eorum Et ze[laverunt Moy]
sen in castris eorum Aaron sanctum domini A[perta est terra]
et devoravit Dathan et operuit synagogam [Abiron]
Succensus est ignis in synagoga eorum fla[mma]
impios Fecerunt vitulum in Oreb et adoraverunt
et mutaverunt gloriam suam in similitudinem bovis
fenum Obliti sunt dei salvatoris sui qui fecit mag[nalia] in
[mira]bilia in terra Cham terribilia super mare rubrum Dixit ergo
ut contereret eos dominus nisi Moyses electus eius stetisset
in medio confractionis coram facie illius ut converteret indignationem eius ut
non interficeret Et despexerunt terram desiderabilem non crediderunt
sermoni eius Et murmuraverunt in tabernaculis suis non
audierunt vocem domini Et levavit manum suam super eos ut
deiceret eos in deserto Et ut deiceret semen eorum in nationibus
gentibus et dispergeret eos in terris Et consecrati sunt Beel
Phegor et comederunt victimas mortuorum Et irritaverunt
eum in studiis eorum et percussit eos plaga Stetit autem
Phinees et diiudicavit et est retenta percussio Et re-
putatum est ei ad iustitiam in generatione et generationem usque
in eternum Et provocaverunt eum super aquam contradictionis et
afflictus est Moyses propter eos Quia provocaverunt spiritum eius
et precepit labiis suis Non disperdiderunt populos quos dixit
dominus eis Et commixti sunt in gentibus et didicerunt opera
eorum et servierunt sculptilibus eorum et factum est illis in scan-
dalum Et ymolaverunt filios suos et filias suas demoniis
Et effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorum
suorum et filiarum suarum quos immolaverunt sculptilibus Cha-
naan Adulterata est terra per sanguinem et polluerunt eam
in operibus suis Contaminati sunt in operibus eorum et fornicati
sunt in studiis suis Iratus est itaque furor domini in populum
suum et abhominatus est hereditatem suam Et dedit eos in
manus gentium et dominati sunt eorum qui oderunt eos Et afflixerunt

123

...rũt et humiliati sũt sub mal' eorũ Multis vicibȝ
...ipsi ũo inimic' iracibȝ provocabãt eũ in consiliis
...sũt ꝑpt' iniquitates suas Et vidit tribulatões
...dixit eos rogantes Et recordatus sim cũ eis
...ũ sedm̃ multitudinẽ mĩe sue Et dedit eos
...rdiãy omnibȝ hominibȝ qui ceperant eos Salva nos
...os dñe et congrega nos de gentibȝ Ut confiteamur
...tuo et cantamus laudantes te Benedictus dñs
...ab etno et usqȝ in etnũ et dicet omnis pplꝫ amen

...ipse mirabili sua dispositõe nos congregat
...versis mundi partibȝ ut ipsm̃ corde unanimi laudem[us]

Memento nr̃i in beneplacito ppli tui dñe et a peti nos
servitute liberatos salutaris tui visitatõe salvifica

Confitem̃i dño qm̃ bonus qm̃ in seculũ mĩa
eius Dicant nunc qui redempti sũt a dño qs redemit
de manu hostis Et de terris congregat' eos ab orie-
te et occidente ab aquilone et mari Erraverunt in so-
litudine in xp̃ta uia civitatꝫ que habitaculi nõ reperierunt
Esurientes et sitientes anima eorũ in ipsis defficiebat
Et clamaverunt ad dñm in tribulatõne sua de necessitatibꝫ
eorũ liberavit eos Et eduxit eos ꝑ viam rectã ut venirent
ad civitatẽ habitationis Confiteantur dño mĩe eius et mira-
bilia eius in filiis hominũ Quia saciavit aiam vacuam
et animam esurientẽ implevit bonis Habitantes in tenebris
et in umbra mortis vinctis alligandos inopia mendicitate
et ferro Quia provocaverunt sermones domini et consiliũ excelsi
blasfemaverunt Et humiliavit in labore cor eorũ infirmati sunt
et nõ erat qui adiuvaret Et clamaverunt ad dñm in tribulatõe
sua et de angustiis eorũ liberavit eos Et eduxit eos de te-
nebris et umbra mortis et vincula eorũ dirrupit Confite-
antur dño mĩe eius et mirabilia eius filiis hom̃ Quia
contrivit portas ereas et vectes ferreos confregit Suscepit
eos ꝑpt' viam iniquitatis eorũ et ꝑpter iniquitatẽ affligitos
Omne cibũ abhominata est anima eorũ et apropinquaverunt ad
portas mortis Et clamaverunt ad dñm in tribulatõne sua et
de angustiis eorũ salvavit eos Misit verbum suũ et sanavit
eos et salvavit eos de interitu Confiteantur dño mĩe
eius et mirabilia eius in filios hom̃ Et immolent hostias

gratiarum et narrant opera eius in laudem Q[ui descendunt ma]
re in nauibus facientes opus in aquis multis
opera domini et mirabilia eius in profundo D[ixit et stare fecit]
ventum et eleuauit gurgites eius Ascen[dunt in celum]
et descendunt in abyssos anima eorum in affli[ctione tabescit? ...]
est Obstupuerunt et intremuerunt quasi ebri[us et]
vniuersa eorum absorpta est Clamauit ad dominum [in tribulatione]
sua et de angustia eduxit eos Statuet tu[rbinem in]
tranquillitatem et silebunt fluctus eius Letabuntur qui[a siluerunt? ...]
runt et adduxit eos ad portum quem voluerunt Confiteantur
domino misericordie eius et mirabilia eius in filios hominum Et exal
tent eum in ecclesia populi et in cathedra seniorum laudent
eum Ponet flumina in desertum et fontes aquarum in sitim terram
fructiferam in salsuginem pre malicia habitatorum eius Ponet
in desertum paludes aquarum terram inviam in fontes aquarum
Et collocauit ibi esurientes fundabuntur vrbes ad habitandum
Et serent agros et plantabunt vineas et facient fruges
germina Et benedicet eis et multiplicabuntur nimis et
pecora eorum non minuentur Imminuta sunt autem et afflicti
propter angustiam mali et doloris Et effundet despectionem
super principes et errare eos faciet in solitudine devia
Et subleuauit pauperem de inopia et ponet quasi gregem
familias Videbunt recti et letabuntur et omnis iniquitas
contrahet os suum Quis sapiens et custodiet hec et intelli
gent misericordias domini Et ipse sit qui captiuitati nostre
misertus nos reducat ad confitendum se nos constituit

Confitemur domine misericordias tuas quas iugiter circa nos
exerces multiplices operantes ut qui exaltatus in excelsis
resides ad dexteram patris in trono nobis tante misericordie
intelligere et custodire concedas archanum Canticum psalmi
ipsius dauid

Paratum cor meum deus paratum cor meum cantabo
et psallam sed in gloria mea Consurge psalterium
et cythara consurgam mane Confitebor tibi in
populis domine et cantabo te in nationibus Quoniam magna
super celos gloria tua et usque adtram veritas tua

...per celos deus et super omnem terram gloria tua. Ut
... saluum fac dextera tua et exaudi me. Deus lo
cutus est in sancto suo gaudens diuidam Sychem et vallem
... metiar. Meus est galaad et meus est manasses et
... capitis mei. Iuda rex meus moab lebes spei
mee. Super ydumeam extendam calciamentum
... alienigene federati sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam
quis deducet me in ydumeam usque. Nonne tu qui pro
... deus et non exies deus in virtutibus nostris. Da nobis
... de tribulatione quia vana salus hominis. In deo
... deo faciemus fortes et ipse conculcabit hostes nostros. Ad ipsum
... ... nos salua ...

Prepara domine cor nostrum ad confitendum nomini tuo ut te intelli
gentes resurrectionis diluculo illuc tendamus unde quo tu
iustorum eleuatus es in regno. Per. In finem psalmus ipsi David.

Deus laudabilis meus ne tacueris quia os impii et dolosi super
me apertum est. Locuti sunt enim lingua mendacium de me
lingua mea ... odii circumdederunt me et expugna
uerunt me frustra. Pro eo ut me diligerent adulsabantur michi
ego autem orabam. Et posuerunt contra me mala pro bonis et odium
pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem et sathan stet
a dextris eius. Cum iudicatur exeat condempnatus et oratio eius fiat
in peccatum. Fiant dies eius pauci et episcopatum eius accipiat alter.
Fiant filii eius pupilli et uxor eius vidua. Instabiles vagentur
filii eius et mendicent et eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur
exactor omnem substantiam eius et diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor nec sit qui misereatur pupillis eius.
Fiat nouissima eius in interitum in generatione altera deleatur
nomen eius. Redeat in memoriam iniquitas patrum eius in conspectu
domini et peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper
et intereat de terra memoria eorum. Pro eo quod non est recordatus facere
misericordiam et persecutus est hominem inopem et pauperem et com
punctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem et veniet ei et
noluit benedictionem et elongabitur ab eo. Et induit maledictionem
sicut vestimentum et intrauit sicut aqua in interiora
eius et sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur
et sicut zona qua semper precingitur. Hoc opus eorum
qui detrahunt michi apud dominum et qui loquuntur mala aduersus animam
meam. Et tu domine deus meus fac mecum propter nomen tuum quia

bona est misericordia tua Libera me quia egenus et pa[uper]
meum vlneratum conturbatum est intrinsecus Si[cut]
cum declinat abductus sum excussus sum sicut locu[sta]
mea infirmata sunt a ieiunio et caro mea imm[utata]
oleum Et ego factus sum opprobrium eis viderunt
et mouerunt capita sua Adiuua me domine deus m[eus]
secundum misericordiam tuam Et sciant quia manus tua hec [tu]
fecisti eam Maledicent illi et tu benedices qui insurg[unt]
fundantur seruus autem tuus letabitur Induantur qui detra[hunt]
confusione et operiantur sicut pallio vestimento c[onfusione]
sua Confitebor domino vehementer in ore meo e[t]
plorum laudabo eum Qui astitit a dextris pauperis ut sal[vam]
a iudicantibus animam eius. vt saluam faceret a persequentibus ani-
mam eius ¶ Ipse super celos exaltatus gloriam suam in omni
terra dilatet nos ex carnis corruptione dei unica oro
Unice obseruationis deus qui maledictorum subiacere di-
gnatus es, es ut nos a maledicto legis cruce christi
nomine tuo digneris et nos a persequentibus vitiis et ama-
roris obtrectationibus liberare Qui cum psalmus dauid
Dixit dominus domino meo sede a dextris meis
Donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum Virgam virtutis tue emittet
dominus ex syon dominare in medio inimicorum
tuorum Populi tui iudices erunt in die for-
titudinis tue in montibus sanctis Quasi
de uulua orietur tibi ros adolescentie tue
Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sa-
cerdos in eternum secundum ordinem melchisedech Dominus a dextris
ad dexteram tuam percussit in die furoris sui reges Iudica-
bit in gentibus implebit valles Percutiet capita in terra
multorum De torrente in via bibet propterea exaltabit caput ¶
Ipse ante luciferum spiritali preordinatione a deo patre sit natus
tuus felici progressu mundus est saluatus oratio Ante
luciferum genitus qui es ante principium omnis creature te ro-
gamus et quesumus ut sicut inimicos tuos ad dexteram patris se-
dens pedibus tuis subiecisti ita nos tuis officiis dignos facias
ablata inimici dominatione Alleluia alleluia alleluia
Confitebor domino in toto corde meo in conspectu iustorum
et congregatione Magna opera domini exquisita in omnes
volentibus eum Gloria et decor opus eius et iusticia

125

…re semper. Memoriam fecit mirabilium suorum mise-
…tor dominus escam dedit timentibus se memor erit
…i pacti sui. Fortitudinem operum suorum annunciabit
…t det illis hereditatem gentium. Opera manuum eius
…iudicium. Fidelia omnia precepta eius firmata in se-
…culum seculi facta in veritate et equitate. Redemptionem misit
…o suo mandavit in eternum pactum suum. Sanctum et terribile no-
…. Principium sapientie timor domini. Doctrina bona omni-
…entibus eum laus eius permanens in seculum seculi. Ut ipse spiritualem
…verbi sui famem patientibus largiatur de communi
…one congratulatur. Sequitur oratio. Sanctorum omnium
gloriosa confessio deus tribue nobis timorem nominis tui quem
esse initium sapientie dixisti ut tuorum adunati consiliis inme-
tue dapibus saciemur. Psalmus. Alleluya alleluya.

Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis.
Potens in terra erit semen eius generatio rectorum
benedicetur. Substancia et divicie in domo eius et iu-
sticia eius perseverat semper. Ortum est in tenebris lumen
rectis clemens misericors et miserator et iustus. Beatus homo
vir clemens et comodans disponet verba sua in iudicio
quia in eternum non commovebitur. In memoria eterna erit iustus
ab auditu malo non timebit. Paratum cor eius sperare in
domino firmum cor eius non timebit donec despiciat in hostibus
suis. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius permanet in seculum
seculi cornu eius exaltabitur in gloria. Impius videbit et irascetur
dentibus suis fremet et tabescet desiderium impiorum peribit.
Ut ipse distributores pauperum celestibus premiis remunerabit
et de gazophilacio habundancie sue ditabit. Sequitur oratio.

Lumen rectorum rectorum cordium deus concede nobis te dili-
gere gloria tua et mundari et sic dispergere in hoc seculo ut
careamus auditu aspero in futuro. Alleluia. Laudate pueri dominum laudate.

Laudate servi dominum laudate nomen domini. Sit nomen
domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum. A solis
ortu solis usque ad occasum ~~et super celos gloria eius~~ lau-
dabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus et
super celos gloria eius. Quis ut dominus deus noster qui in excelsis habi-
tat et humilia respicit in celo et in terra. Suscitans a terra
inopem et de stercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum principibus

sue. Qui collocat sterilem in domo matrem fil[iorum]
Or[atio]. Ipse ecclesiam dominus sterilem fecunditate dota[vit]
Laudantes benedicimus sanctum nomen pecu[...]
tum rogamus omnipotens deus ut nos in s[...]
ecclesie collocatos caritatis tue facias stabilitate co[...]
Cum egredetur israel de egypto domus iacob de p[opulo]
barbaro. Factus est iudea in sanctificatione [eius]
potestas eius. Mare vidit et fugit iordanis [conversus est]
retrorsum. Montes subsaltastis sicut arietes et co[lles]
filii gregis. Quid est tibi mare quod fugisti quia [...]
conversus es retrorsum. Montes subsaltastis ut arietes et col[les]
sicut filii gregis. A facie domini mota est terra a facie dei iacob.
Qui convertit petram in paludes aquarum silicem in fontes
aquarum. Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Pro
pter misericordiam tuam et veritatem tuam ne dicant gentes ubi est
deus eorum. Deus autem noster in celo universa que voluit fecit.
Idola gentium argentum et aurum opus manuum hominum. Os
habent et non loquentur oculos habent et non videbunt. Aures
habent et non audient nares habent et non odorabunt. Manus
habent et non palpabunt pedes habent et non ambulabunt non clama
bunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea et
omnes qui confidunt in eis. Israel confidit in domino auxi
liator et protector eorum est. Domus aaron confidit i[n]
domino auxiliator et protector eorum est. Dominus recordatus
est nostri et benedixit domui israel benedixit domui aaron. B
enedixit timentes dominum parvis cum maioribus. Addat deus
super vos super vos et super filios vestros. Benedicti vos
domino qui fecit celum et terram. Celum celorum domino terram autem
dedit filiis hominum. Non mortui laudabunt te domine dominum
neque omnes qui descendunt in silentium in infernum. Or[atio]. Ipse
semel duritiam petre liquefecit fluminis effusione ut cottidie
duritiam cordis liquefaciat spiritus sancti infusione. Oratio sequitur
Ineffabile lumen trinitatis qui fluenta iordanis accon
secrasti tui luminis tetigisti presta quesumus ut nos ablutos
sacro baptismate innovasti numquam patiaris a vetust[is]
simulachrorum ydolis maculari. Per. Alleluia alleluia

…domini exaudivit dominus vocem deprecationis mee
…ia inclinavit aurem suam mihi et in diebus meis
…cabo. Circumdederunt me gemitus mortis et
…es inferni invenerunt me. Angustiam et do-
…n et nomen domini invocavi. Obsecro domine salva
…licias clemens dominus et iustus et deus noster miseretur. C-
…ns parvulos dominus humiliatus sum et salvavit me
…e anima mea in requiem tuam quia dominus benefecit t-
…ibi eripuit animam meam de morte oculos meos a la-
…pedes meos ab offensa. Deambulabo coram domino
…rum viventium. Et ipse dolores inferni flebilibus suis
mitigavit nos qui quotidie de periculis imminentibus
liberavit. Oratio sequitur. Absolutor criminum domine qui animam
te fideliter invocantem velocitate consolaris te rogamus ut nos
a periculo inferni erutos in regionem vivorum ablata peccati
Credidi propter quod Alleluia morte restituas
locutus sum ego autem afflictus sum nimis. Ego
dixi in stupore meo omnis homo mendax. Quid re-
tribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. Calicem salutaris
accipiam et nomen domini invocabo. Vota mea domino reddam
coram omni populo eius. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.
O domine quia ego servus tuus et filius ancille tue
dirupisti vincula mea. Tibi immolabo hostiam laudis
et nomen domini invocabo. Vota mea domino reddam in conspectu
omnis populi eius in atriis domus domini in medio tui
Jerusalem. Et insufficientes sumus sibi regraciari pro omnibus
que ad salutem nostram dignatus est operari. Oratio sequitur
Talis sit quesumus domine vita supplicum sicut in conspectu
tuo preciosa mors sanctorum ut a vinculis peccati liberari
mereamur et future vite gaudia prelibare
Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum uni-
versi populi. Quoniam confortata est super nos misericordia
eius et veritas domini manet in eternum. Et ipse per adven-
tum sancti spiritus confirmavit nos in bonis nec cesset nos
ditare celestibus donis. Oratio. Omnipotens sempiterne deus qui ab
omni gentium ore laudaris precamur ut dilates veritatem
tuam in mentibus nostris et firmes misericordiam tuam super nos. Alleluia

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum m[isericordia eius]
Dicat nunc domus aaron quoniam in seculum mi[sericordia eius]
nunc qui redempti timent dominum quoniam in secu[lum]
Cum tribularer invocavi dominum et exaudivit [me]
dine dominus. Dominus meus est non timebo quid faci[at]
Dominus michi auxiliator et ego despiciam ini[micos]
Melius est sperare in domino quam sperare in homine. B[onum est]
sperare in domino quam sperare in principibus. Omnes gen-
tes circumdederunt me et in nomine domini ultus sum
Circumdederunt me sicut apes extincte sunt quasi ig-
nis et in nomine domini quia ultus sum eas. Impulsus
pellebar ut caderem et dominus sustentavit me. Fortitudo
et laus mea dominus factus est michi in salutem. Vox leticie
et salutis in tabernaculis iustorum. Dextera domini fecit
virtutem dextera domini exaltata est. Non moriar sed vivam
et narrabo opera domini. Corripiens arguit me dominus et morti
morti non tradidit me. Aperite michi portas iusticie ingressus
in eas confitebor domino hec porta domini et iusti intrabunt
in eam. Confitebor tibi domine quoniam exaudisti me et factus
es michi in salutem. Lapidem quem reprobaverunt edificantes
hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud et est
mirabile in oculis nostris. Hec dies est quam fecit dominus exul-
temus et letemur in ea. Obsecro domine salvum fac obsecro. Obsecro
domine prosperare obsecro. Benedictus qui venit in nomine domini
Benediximus vobis de domo domini. Deus dominus et apparuit illuxit
nobis. Constituite solemnitatem in frondosis usque ad cornu
altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi deus meus
es tu et exaltabo te. Confitemini domino quoniam bonus quoniam
in eternum misericordia eius. Christus ipse est lapis solidus et
angularis et dies nostre illuminationis. Oratio. Consola-
tio tribulatorum vivarum piissime domine qui iustorum tabernacula
leticia et exultatione perfundis dexteram tuam virtute me po-
tentie exalta quo fiat porta iusticie et ita se angulari
stabilitate connectat ut tua resurrectione clarificata re
Beati immaculati in via. Alleluia. Alleluia. surgunt
qui ambulant in lege domini. statur vel temperationum
Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde

nocte ix c xv solemne diem constituite in condensis. Constituite in deside- [illegible] affligit et ... usque ad altaris cornu ... [illegible] ut ... ad ... in sacrificio ... ad ... perrigat [illegible]

127

[..]m Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambu
[..]lav[erunt] Tu mandasti mandata tua custodiri nimis Utinam
[dirig]antur vie mee ad custodienda precepta tua Tunc non
[confund]ar cum prospexero ad omnia mandata tua Confitebor
[tibi in di]rectione cordis mei in eo quod didici iudicia iusticie tue
[Iustifica]tiones tuas custodiam ne derelinquas me usquequaque In quo corri
[git ado]lescentior viam suam in custodiendo sermones tuos
[In toto co]rde meo exquisivi te ne repellas me a
[mandatis tuis] In corde meo abscondi eloquia tua ut non
peccem tibi Benedictus es domine doce me precepta tua
In labiis meis pronunciavi omnia iudicia oris tui In via
testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diviciis In
preceptis tuis meditabar et contemplabor semitas meas
In iustificacionibus tuis meditabor non obliviscar verba tua Et
ipse nos instruat preceptis suis legibus ac iustificationibus
quibus eruditi paciencia habeamus in tribulationibus
Deus qui iusticia tua vias adolescentium corrigis instar
dotes et renovas a peccatis fac nos in testimoniis tuis sicut in
omnibus delectari diviciis Gimel plenitudo vel retribucio
Retribue servo tuo vivam et custodiam verba mea
Revela oculos meos et considerabo mirabilia de le
ge tua Incola ego sum in terra non abscondas
a me mandata tua Concupivit anima mea desiderare iu
dicia tua in omni tempore Increpasti superbos maledicti qui de
clinant a mandatis tuis Aufer a me opprobrium et con
temptum quia testimonia tua exquisivi Etenim sedentes
principes adversum me loquebantur servus autem tuus exer
citabatur in iustificationibus tuis Deus delectis tuis habitacle sine pauper
ant ianna Sequitur deleth
Adhesit pavimento anima mea vivifica me secundum verbum
tuum Vias meas enunciavi et exaudisti me doce
me iusticias tuas Viam iustificationum tuarum instrue me
et exercebor in mirabilibus tuis Dormitavit anima
mea pre tedio confirma me in verbis tuis Viam iniquitatis amove
a me et de lege tua miserere mei Viam veritatis elegi iudi
cia tua non sum oblitus Adhesi testimoniis tuis domine noli me
confundere Viam mandatorum tuorum cucurri cum
dilatasti cor meum Et ipse nobis tacita sapiencia quibus iniquitates

Deus qui animam tremens cſodi deant impat l
Diſpas ſui
actibus inherentem ubi tu uiuis diſſocias
ne in nos ſompnus mortis incubat ad ui
veritatis Cum ie He ipſa ul' iſta ſuſceptio au
Oſtende michi viam preceptorum tuorum
perueſtigium Doce me et obſeruabo le
cuſtodiam eam in toto corde meo D
ſemita mandatorum tuorum quia ipſam uolui In
meum ad teſtimonia tua et non ad auariciam Au
meos ne videant vanitatem in via viuifica me S
ſeruo tuo eloquium tuum in timore tuo Auerte opprobrium
meum quod reueritus ſum iudicia tua bona Ecce deſideraui
preceptum tuum in iuſticia tua viuifica me Et veni 128
m veniet ſuper me tue domine ſalus tua ſecundum eloquium tuum Et re
ſpondebo exprobrantibus michi verbum quia ſperaui in ſermonibus
tuo Et ne auferas de ore meo verbum veritatis uſquequaque ni
mis quia in iudicia tua ſuperſperaui Et cuſtodiam legem
tuam ſemper iugiter in ſempiternum et ultra Et ambulabam
in ſpacioſo quia precepta tua queſiui Et loquebar de te
ſtimoniis tuis coram regibus et non confundebar Et de
lectabar in mandatis tuis que dilexi et loquebar in
preceptis tuis Et ipſe nos ondit viam iuſtificationum ſuarum
et dat intellectum ſacre
Veniant nobis miſerationes tue ſcripturarum oratio
et ſalus tua iuxta eloquium tuum domine ut cuſtodiamus
legem tuam iugiter et auribus veritatis edocti ſalutaris tui
eloquio roboremur Zay iſta vel hec pſalmus
Memento ſermonis ſerui tui quo me ſperare
feciſti Hec eſt conſolatio mea in afflictione mea
quia eloquium tuum viuificauit me Superbi deride
bant me nimis a lege tua non declinaui Recordatus
ſum iudiciorum tuorum a ſeculo domine et conſolatus ſum Horror
obtinuit me ab impiis quia dereliquerunt legem tuam C
armina mihi erant precepta tua in domo peregrinationis mee
Recordatus ſum in nocte nominis tui et cuſtodiui legem tuam
Hec facta eſt mihi quia iuſtificationes tuas exquiſiui Hec eſſe ut
ve Pars mea domine dixi cuſtodiam verbum tuum Deprecatus
ſum vultum tuum in toto corde meo miſerere mei ſecundum
eloquium tuum Recogitaui vias meas et conuerti pedes meos

...a tua Festinavi et non neglexi custodire mandata
...s peccatorum implicaverunt me legem tuam non sum
...dio noctis surgebam ad confitendum tibi super
...ficationis tue Particeps ego sum omnium timen-
...stodientium precepta tua Misericordia tua domine
...ta tua precepta domine doce me Qui ipse non cert
ad nobis promisit tamen non sumus immemores nec pre-
mitte
... qui mandata tua servantibus portionem te esse pro-
...a ut peccatorum funibus non implicemur sed iustifi-
...tionum vinculis alligemur Qui cum patre Dicitur super
vel infra sicut bonum quod excelsis psalmus
Benefecisti servo tuo domine secundum verbum tuum Bonitatem
sermonem et scientiam doce me quia mandatis tuis cre-
didi Antequam audivi ego ignoravi nunc autem eloqui-
um tuum custodivi Bonus es tu benignitate tua doce me
precepta tua Applicabant in me iniquitatem superbi ego autem
in toto corde servabam precepta tua Incrassatum velut
adeps cor eorum ego in lege tua delectabar Bonum mi-
chi quia afflictus sum ut discerem precepta tua Melior est mi-
chi lex oris tui super milia auri et argenti Iod prima
spiritu vel scientia Manus tue fecerunt me et firmaverunt me et
distam mandata tua Qui timent te videbunt me et leta-
buntur quia sermonem tuum expectavi Scio domine quia iustitia
iudicium tuum et vere afflixisti me Sit obsecro misericor-
dia tua in consolatione tua [illegible] mea sicut locutus es servo tuo Ve-
niant in me tue et vivam quia lex tua delectatio mea
est Confundantur superbi quia inique contulerunt me
ego autem loquar in preceptis tuis Revertantur me qui
timent te et qui sciunt testimonia tua Fiat cor meum perfectum
in preceptis tuis ut non confundar Qui ipse vocat sit bonus et sua
Deus qui nos manu plasmasti bonitate est nostre saluti sunt
omnia reformasti da nobis intellectum gratia doceat nos custodire Oro
ut legem tuam imma-
culato corde meditemur et te sola et beneplacita confessione
Defecit in salutare Caph incurvatus sectemur
tuum anima mea verbum tuum expectavi Consumpti sunt
oculi mei in verbum tuum dicentes quando consolaberis me
Et cum essem sicut uter in pruina precepta tua non sum
oblitus Quot sunt dies servi tui quando facies in per-
sequentibus me iudicium Foderunt michi superbi foveas

que nō erant secundum legem tuam Omnia mandata
falso persecuti sunt me adiuva me Paulominus
consummaverunt me in terra Ego autem non dimisi precepta t[ua]
[Secundum misericordi]am tuam vivifica me et custodiam testimonia o[ris tui]
Lamech interpretatur ut admonicio seu erudicio aut firma
In eternum domine verbum tuum permanet in celo In generacio[nem]
et generacionem fides tua fundasti terram et stat Iudicio tuo
stat usque in hodie quia omnia serviunt tibi Nisi quod lex tua
meditacio mea est forsan perissem in pressura mea In se-
mpiternum non obliviscar preceptorum tuorum quia per ipsa vivifica-
sti me Tuus ego sum salva me quia precepta tua exquisivi
Me expectaverunt impii ut perderent me testimonium tuum consi-
derabo Omni consummacioni vidi finem latum mandatum tuum
nimis Quia omnia que mandantur sunt virtutes et directa via quia sua observatione
Deus cuius civitas in celo manet et verbum lex nos tollit id est prima
perseverat et dies fac nos in tuo sermone iugiter permanere
ut filii lucis eterne esse mereamur Mem interpretatur ex ipsis vel viscera
Quam dilexi legem tuam domine tota die hec meditacio
mea Super omnes inimicos meos instruxisti me man-
dato tuo quia in sempiternum hec est michi Super omnes qui
docent me eruditus sum quia testimonia tua meditacio
mea est Super senes intellexi quia precepta tua servavi Ab
omni semita mala prohibui pedes meos ut custodirem
verba tua A iudiciis tuis non recessi quia tu illuminasti me Q-
uam dulce gutturi meo eloquium tuum super mel ori meo
Precepta tua considerabam propterea odivi omnem semitam
~~malam~~ mendacii Nun aliter nivium pascens vel pascua cor
Iter nun vel nivium fetus vel piscis seu
Lucerna pedi meo verbum tuum innatans semper mutabilis
et lux semite mee Iuravi et perseverabo ut custo-
dire iudicia iusticie tue Afflictus sum et humiliatus
usque nimis domine vivifica me secundum verbum tuum Volunta-
ria oris mei beneplacita tibi domine et secundum iusticiam tuam
iudicia tua doce me Anima mea in manibus meis sem-
per et legis tue non sum oblitus Posuerunt impii laqueum michi
et a preceptis tuis non oberravi Hereditas mea testimonia
tua in sempiternum quia gaudium cordis mei sunt Inclinavi cor
meum ut facerem iusticias tuas propter eternam retribucionem
Quia ipse preceptis suis prudentes esse docuit et adipisci diligentes ardentes fecit

qui ubi tu Rume sermones meos dedisti magis mag-
gere digne ut in tue testimoniis hereditate possiderent
prevaricatores odivi et legem Sameth firmamentum
tuam dilexi Protectio mea et scutum meum vel audi-
tu es et verbum tuum expectavi Recedite a me tio vel
maligni et custodiam mandata dei Confirma me secundum
verbum tuum et vivam et noli me confundere ab expectatione
mea Auxiliare mihi et salvus ero et delectabor in preceptis
tuis iugiter Abiecisti omnes qui adversantur precepta tua
quia iniusta cogitatio eorum Quasi scoriam reputasti omnes
impios terre ideo dilexi testimonia tua Confige timore
tuo carnes meas et iudicia tua timui Ayin malum vel videat
Feci iudicium et iustitiam non derelinquas me his qui calumniantur
me Sponde servo tuo in bono ne calumnientur me super-
bi Oculi mei defecerunt in salutare tuum et in eloquium
iustitie tue Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam et precepta
tua doce me Servus tuus sum ego instrue me et cog-
noscam testimonia tua Tempus est ut facies domine prevari-
cati sunt legem tuam Propterea dilexi mandata tua
super aurum et thopazion Propterea universa precepta tua
dilexi omnem semitam mendacii odio habui Fe vel os sive fi-
sim eloquium
Promissionem nos suscipiet et expectationem meam non confundet
Deus qui rectum iudicium et iustitiam sponte tribue-
sat cum servis tuis ut illa semper mediteretur te
adiuvante et instante etc. Phe disciplina vel os ab ore
Mirabilia testimonia tua domine ideo seu error adisti-na
custodivit ea anima mea Hostium sermonum tuorum
illuminat docet parvulos Os meum aperui et suspiravi
quia mandata tua desiderabam Respice ad me et miserere
mei secundum iudicium diligentium nomen tuum Gressus meos
firma in sermone tuo et ne dedis potestatem universe in me ini-
quitati Redime me a calumnia hominis et custodiam pre-
cepta tua Rivi aquarum fluebant de oculis meis quia
non custodierunt legem tuam Sade zegez vel iustitia seu conso-
latio aut venena-
tio
Iustus es domine et rectum iudicium tuum Precepisti
iustitiam testimonii tui et veritatem tuam nimis Consumpsit
me zelus meus quia obliti sunt verba tua hostes
mei Probatus sermo tuus nimis et servus tuus dilexit

tuum Parvulus ego sum et contemptibilis sed precepta
non sum oblitus Iustitia tua iustitia sempiterna et lex tua
veritas Tribulatio et angustia invenerunt me mandata
tua voluntas mea Iustitia testimonia tua semper doce me
et vivam Ex sermone suorum declaratio creatum invenit me det in
Iustus es domine et rectum iudicium supplices nos intellectum
ab omni tribulatione et angustia libera ut effecti in futuro mereamur
tuorum mandatorum tuorum meditatione felices Cum tu Coph
Operatio l. clericisio sum aurib. ant crimissio Sequitur
Clamavi in toto corde meo exaudi me domine precepta
tua custodiam Clamavi te salvum me fac ut
custodiam testimonia tua Surgebam adhuc in te
nebris et clamavi verbum tuum expectavi Preveniebant
oculi mei vigilias ut meditarer in sermonibus tuis Vocem
meam audi nostram misericordiam tuam secundum verbum tuum vivifica me
Appropinquaverunt persequentes me a lege tua precul
facta sunt Prope es tu domine et omnia mandata tua veritas
Initio cognovi de testimoniis tuis quia in eternum funda
veris ea Res vero ut pa sta Vide affliccionem meam et redime
me in sermone tuo et eripe me quia legis tue non sum oblitus
Iudica causam meam et redime me in sermone tuo vivifi
ca me Longe ab impiis salus quia precepta tua non
exquisierunt Misericordie tue multe domine iuxta iudicia tua vi
vifica me Multi persequuntur et affligunt me a testimoniis
tuis non declinavi Vidi prevaricatores tuos et tabescebam
quia verbum tuum non custodierunt Vide quia precepta tua dile
xi domine in misericordia tua vivifica me Caput verborum tuorum
veritas in sempiternum omnia iudicia iustitie tue Ex ipsis vo
ces orationis mee audit pro sua misericordia et clamorem in specie mee ostat silentia
Deus qui salutem fidelium aperte vibus elongasti miseria
tionum tuarum memor humilitatem nostram ab iniquis persequen
cium Sin consummas ut assumatis seu assumator ut consumma
Principes persecuti sunt me sine causa tio psalmis
Et a verbis tuis timuit cor meum Gaudens ego sum in
eloquiis tuis sicut qui invenit spolia multa Men
dacium odio habui et detestatus sum legem autem tuam
dilexi Septies in die laudem te super iudicia iustitie tue

[Pax mul]ta diligentibus legem tuã et nõ est illis in scãdalũ
[Expectab]ã salutare tuũ doĩe et mãdata tua feci Custo
[divit] anima mea testimonia tua et precepta tua quia omnes
[vi]e mee in conspectu tuo Hau consuãs consũatis seu cõsũator
Ingrediatur laus mea coram te domine aut consumatio
secundum verbum tuũ doce me Veniat deprecacio mea ante
vultum tuũ secundum eloquium tuũ libera me Eructabunt labia
mea ymnum docebis me precepta tua loquetur lingwa mea
sermonem tuũ. quia omnia mãdata tua iusticia Fiat manus
tua ut salvet me quia precepta tua elegi Desideravi sa
lutare tuũ dñe. et lex tua voluntas mea Vivet anima
mea et laudabit te et iudicia tua auxiliabuntur michi Er
ravi sicut ovis perdita quere servum tuũ quia mandatorum
tuorũ nõ sũ oblitus Et ipse miseris facit pacem legem suam
diligentibus et nõ est scandalum ipsum i. vite imitantibus
Palma totius benedictionis
P deus qui fideles tuos in lege tua ambulare testimo
nia tua scrutantur mãdata tua custodire ut salubris
provisor informas, concede nobis quesumus iustificati
ones tuas toto corde querere eloquia tua intelligere mi
rabilia predicare ut opus hactenus ut oves erravimus
apud pastoris humeris et restituti paradiso presentemur Ad
dominum cum tribularer clamavi Canticum graduum
et exaudivit me Domine libera animam meam a labiis
iniquis et a lingwa dolosa Quid detur tibi
aut quid apponatur tibi ad lingwam dolosam Sagitte po
tentis acute cum carbonibus desolatoriis Heu michi quia
incolatus Heu michi quia habitacio mea prolongata est habitavi
cum habitantibus tabernaculis cedar multum peregrinata est anima
mea Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus loquebar
illis bellabant Et ipse miseris michi clamat super hoc eripiat et
laris me prolongatione ad se temporum non differat
Tribulacione mearum optime magister
T deus libera animas fidelium a labiis detrahentibus iniquo
ut tuis adiutoriis muniti nullis impugnacionibus terreantur
Levavi oculos meos in montes Canticum graduum psalmus dd
L unde veniat auxilium michi Auxilium meum a domino factore
celi et terre Non det in commocionem pedem tuũ nec
dormitet qui custodit te Ecce nõ dormitabit neque dormi
et qui custodit Israel Dominus custodiet te dominus protectio tua

tua super manum dexteram tuam Per diem sol non uret te neque
luna per noctem Dominus custodiet te ab omni malo custo
diat animam tuam dominus Dominus custodiat introitum tuum et exitum
tuum a nunc et usque in seculum Or Ipse nos sue plenitudine ne
stabiliat et pedes nostros ne
labi te vie sinat benedictus

Protege domine plebem tuam
pro dormitans neque dormies protector israel et ne uramur
per diem nec nos a scandalis huius mundi defende Canticum graduum ipsi david ps

Letatus sum in hiis que dicta sunt michi in
domum domini ibimus Stantes erant pedes nostri in atriis
tuis ierusalem Ierusalem que edificatur ut civitas cuius
participatio eius in idipsum Quia illuc ascenderunt tribus tribus
domini testimonium israel ad confitendum nomini tuo Quia ibi
sederunt sedes in iudicio sedes domini david Rogate que ad pacem
ierusalem sit bene hiis qui diligunt te Sit pax in muris tuis
et abundantia in domibus tuis Propter fratres meos
et amicos meos loquebar pacem de te Propter domum
domini dei nostri quesivi bona tibi Or In atriis celestis iherusalem
nos collocabit et pacem sue dulcedinis mentis letificabit omnibus

Ambulantibus in atriis domus tue omnipotens deus abun
dantiam largiri dignare ut dum te tota aviditate
cordium confitemur dona tua in celestibus capiamus per

Ad te levavi oculos meos qui habitas Canticum graduum
in celis Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum
Sicut oculi ancille in manibus domine sue sic oculi nostri
ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri Miserere nostri domine miserere
nostri quia multum repleti sumus despectione Multum repleta est
anima nostra opprobrio habundantium et despectio superbis Or
Ipse oculos interiores cordis nostri faciat ad se dirigi qui dum habitat in celis et opera nostra cuncta est misereri

Celorum habitator deus ad te levamus oculos
nostros precantes ut confusionis superborum oppro
briis misericordiam nobis solitam clementer indulgeas per xpm

Nisi dominus fuisset in nobis dicat nunc israel Canticum graduum
Nisi dominus fuisset in nobis cum exurgerent
super nos homines Forsitan vivos absorbuissent
nos cum irasceretur furor eorum super nos Forsitan aqua
intrudedisset nos torrens pertransisset super animam nostram aque
superbie Benedictus dominus qui non dedit nos in predam den
tibus eorum Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo
venantium Laqueus contritus est et nos liberati sumus

131

...rium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. Et ipse sit
...ns de torrente voluptatis effluens tuus irrigatione auditus
cordis nostri letatur fructuum ubertate. Conclude domine hyantium
malorum ora qui nos semper obtrectationum dentibus rodere nituntur
ut qui de tua confidimus virtute nominis tui adiutorio muniamur.
Canticum graduum psalmus ipsi David. Sequitur.
Qui confidunt in domino sicut mons Syon non movebitur in eternum qui
habitat in Jerusalem. Jerusalem montes in circuitu eius et
dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc et usque in seculum. Quia
non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum ut non extendant iusti ad iniquitatem manus
suas. Benefac domine bonis et rectis corde. Declinantes autem
in obligationes adducet dominus cum operantibus iniqui-
tatem pax super Israel. Et ipse sit mons et propugnaculum nostre pu-
gne in quo qui fuerint confisi non timebit a vana impressi-
one. Repelle domine nequicias insurgentium. omnipotens vite ordo
tuum adiutorium impende ut qui in te toto corde confidunt
nullis temptationum turbinibus quatiantur. Canticum graduum ipsi David.
In convertendo dominus captivitatem Syon facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione. Tunc
dicent inter gentes. Magnificavit dominus facere cum eis. Magnificavit dominus facere nobiscum
facti sumus letantes. Converte domine captivitatem nostram sicut torrens
in austro. Qui seminant in lacrimis in exultatione metent. Eun-
tes ibant et flebant mittentes semina sua.
Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.
Et ipse erit remuneratio nostri laboris cum ipsi attulerimus mani-
pulos nostre operis. Consolare domine populum tuum et libera nos
a captivitate pessima viciorum ut quod hic in lacrimis seminamus
te tribuente in gaudio metamus. Canticum graduum Salomonis.
Nisi dominus edificaverit domum in vanum laboraverunt qui e-
dificant eam. Nisi dominus custodierit civitatem frustra vi-
gilat qui custodit eam. Frustra est vobis ante lucem
surgere surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. cum de-
derit dilectis suis sompnum. Ecce hereditas domini filii merces
fructus ventris. Sicut sagitte in manu potentis ita filii
excussorum. Beatus vir qui implevit desiderium suum
ex ipsis non confundetur cum loquetur inimicis
suis in porta. Et ipse sit edificator et custos solicitus nostre
edificationis alioquin in vanum laboraret intencio nostre solicitudinis.
Bonorum spiritualium edificator deus ut nos custodias presta et
imple desiderium nostrum ut electis tuis nos adiungere
promerearis. Canticum graduum ipsius David. Sequitur.

Beatus vir omnis qui timet dominum qui ambula[t in viis]
eius Laborem manuum tuarum qui manducabis [beatus]
es et bene tibi erit Uxor tua sicut vitis habundans la-
tera in parietibus domus tue Filii tui sicut novelle olivarum
in circuitu mense tue Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum
Benedicat tibi dominus ex syon et videas bona Iherusalem omnibus diebus
vite tue Et videas filios filiorum tuorum pacem super israel
Et ipse dabit altissimum premium timentibus nomen suum tum duplicem
Timentibus nomen tuum domine benedictionem eternorum fructuum
largire perpetuam et talis nobis actio tribuatur qua sit vita que semper
de bonis fructibus meritum reportet ad sidera Canticum graduum
Sepe expugnaverunt me a iuventute mea dicat
nunc israel Sepe expugnaverunt me a iuventute mea
sed non potuerunt michi Supra dorsum meum fabricaverunt
peccatores prolongaverunt iniquitatem suam Dominus iustus concidet
cervices peccatorum Confundantur et convertantur re-
trorsum omnes qui oderunt syon Fiant sicut fenum tectorum
quod priusquam evellatur exaruit De quo non implevit manum
suam qui metit et sinum suum qui manipulos colliget Et non
dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos benediximus vo-
bis in nomine domini Et ipse est qui humiliat contumaciam super-
borum quam tolerant fideles propter regnum celorum Oratio sequitur
Intendant quesumus domine aures tue pietatis in orationem supplicantium
Quoniam apud te est propiciatio peccatorum ut non observes iniquitates
nostras sed impertiaris nobis misericordias tuas Canticum graduum
Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt
oculi mei Neque ambulavi in magnis neque in
mirabilibus super me Si non proposui et silere feci animam
meam Sicut ablactatus super matrem suam ita abla-
ctatur super me ablactatum ad me anima mea Expectat
israel dominum a nunc et usque in eternum Et ipse docet nos ne
superbiendo efficiamur in malignis civitatis sordescentes totaliter de propria laude
Ne permittas nos exaltari in superbis seculi Oratio
omnipotens pater sed quia mitis es et humilis corde doce
nos humilibus placitum tibi moribus consentire Qui
Memento domine david et Canticum graduum
omnis afflictionis eius Sicut iuravit domino votum
vovit deo iacob Si introiero in thabernaculum

…us mee si ascendero super lectum strati mei Si dedero
sompnum oculis meis et palpebris meis dormitacionem Do
nec inveniam locum domino thabernaculum deo iacob Ecce audivimus
illum in effrata invenimus illum in regione saltus Introibimus
in thabernacula eius adorabimus scabellum pedum eius Surge
domine in requiem tuam tu et archa sanctificacionis tue
Sacerdotes tui induantur iusticia et sancti tui exultent
Propter david servum tuum ne avertas faciem christi tui
Iuravit dominus david veritatem et non avertetur ab ea
De fructu ventris tui ponam super sedem tuam Si custo
dierint filii tui pactum meum et testificacionem meam
quam docebo eos Et filii eorum super thronum tuum sede
bunt usque in seculum Quoniam elegit dominus syon et desi
deravit eam in habitacionem sibi Hec est requies mea
in sempiternum hic habitabo quoniam desideravi eam Gene
raciones vero eius benedicens benedicam et pauperes eius
saturabo panibus Sacerdotes eius induam salutari
et sancti eius laude laudabunt Ibi oriri faciam cornu
david parami lucernam christo meo Inimicos eius
induam confusione super ipsum autem efflorebit dyadema
meum Et ipse sic eius mansuetudine imitari debeam
et commociones que in nobis surgunt mitigare possimus
In omni ingressu nostro memor esto nostri omnipotens deus
Et indue nos sacerdotali iusticia ut induti sic indua
Ecce quam bonum A mercam Canticum graduum
Et quam iocundum habitare fratres in unum. sicut unguen
tum optimum in capite quod descendit in barbam. in bar
bam aaron Quod descendit super oram vestimenti
eius Sicut ros hermon qui descendit super montem
syon Quoniam illic mandavit dominus benediccionem et vitam usque
in seculum Et ipse sit ros qui humectet vallem cordis
nostri ut vitam beatam civitatem fraternitatis oro Infun
de domine in ecclesiam tuam caritatem fraternitatis et pacis ut
rore spiritualis unguenti et gratia benediccionis tue aspersio
Ecce nunc benedicite Canticum graduum / dominum
domino omnes servi domini Qui statis in domo domini
in noctibus levate manus vestras ad sancta et benedicite domino
Benedicat tibi dominus ex syon qui fecit celum et terram Et ipse

moveat nos ut in adversis manus nostras extollamus ad [illegible]

Benedicentes te domine omnes implentes ipsius auxilium

Benedictionem servi tui deposcimus ut nos inde semper caligine gentium
illuminare digneris, qualiter dum manus nostras in bonis operibus
elevamus benedictionem tuam largissimam consequamur

Laudate nomen domini laudate servi dominum Alleluia
Qui statis in domo domini in atriis domus dei
nostri. Laudate dominum quia bonus dominus cantate nomini
eius quoniam decens est. Quoniam Iacob elegit sibi dominus Israel
in peculium sibi. Quia ego scio quod magnus dominus et de-
us noster prae omnibus diis. Omnia quaecumque voluit dominus
fecit in celo et in terra in mari et in abyssis. Educens
nubes de summitatibus terre fulgura in pluviam fecit
educens ventum de thesauris suis. Qui percussit pri-
mogenita egypti ab homine usque ad pecus. Misit signa
et portenta in medio tui egipte in pharaonem et
in omnes servos eius. Qui percussit gentes multas
et occidit reges fortes. Seon regem amorreorum
et Og regem basan et omnia regna chanaan. Et de-
dit terram eorum hereditatem Israel populo suo. Domine nomen
tuum in eternum domine memoriale tuum in generatione et ge-
neratione. Quia iudicabit dominus populum suum et in
servis suis placabilis erit. Idola gentium argentum et
aurum opera manuum hominum. Os habent et non loquentur ocu-
los habent et non videbunt. Aures habent et non audient neque
enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui
faciunt ea et omnes qui confidunt in eis. Domus Israel
benedicite domino domus Aaron benedicite domino. Domus
levi benedicite domino timentes dominum benedicite domino

Ex ipsius suavitate et humilitate docti non cessemus
cum laudare non tantum vocibus et verbis sed etiam operibus

Suavissime deus quem omnis terra bonus oratio
pro dulcedinis benignitate collaudat rogamus ut
ablato a nobis vane superstitionis errore tuis volu-
ptatibus connectemur. Per dominum nostrum deo patre Alleluia psalmus

Confitemini domino quoniam bonus quoniam in eternum misericordia eius

fitemini deo deorum quoniam in eternum misericordia eius Confitemini domino dominorum quoniam i e t Qui facit mirabilia magna solus quoniam Qui fecit celos in sapientia quoniam Qui firmavit terram super aquas quoniam Qui fecit luminaria magna quoniam Solem in potestatem diei quoniam Lunam et stellas in potestatem noctis q. Qui percussit egiptum cum primitivis suis q. Et eduxit israel de medio eorum quoniam Et excussit israel de medio eorum q. Qui excussit pharaonem et exercitum eius in mari rubro q. Qui perduxit populum suum per desertum q. Qui eduxit aquas de petra rupis q. Qui percussit reges magnos quoniam Qui occidit reges potentes quoniam Seon regem amorreorum q. Et og regem basan quoniam Et dedit terram eorum hereditatem q. Hereditatem israel servo suo q. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri q. Qui eripuit nos de tribulationibus nostris q. Qui dat panem omni carni quoniam Confitemini deo celi quoniam in eternum misericordia eius

Et ipse in manu forti qua eduxit israel de egipto populum suum non cessat quotidie liberare de domo d[ia]b[o]li

Miserere nobis memor humilitatis nostre omnipotens deus et qui quondam patribus nostris terram adversariorum in hereditatem donasti / nos a peccati laqueo liberatos in tua hereditatem constitue Qui cum deo patre

Psalmus ipsi david

Super flumina Babilonis sedimus et flevimus cum recordaremur in syon Super salices in medio eius suspendimus organa nostra Quia illic interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos verba cantionum Et qui abduxerunt nos hymnum cantate nobis de canticis syon Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena Si oblitus fuero tui ierusalem in oblivione sit dextera mea Adhereat lingua mea faucibus meis si non recordatus fuero tui Si non proposuero ierusalem in principio letitie mee Memento domine filiorum edom in die ierusalem Qui dicunt exinanite exinanite usque ad fundamentum in ea Filia Babilonis misera beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis Beatus qui tenebit et allidet parvulos suos ad petram

Et ipse sit verum flumen et ex lucidis super quod sedentes discimus columbina simplicitate insidias dyaboli vitare Oratio

Captivitatem nostram potentissime absolutor deus converte nobis laudes tuas canere concede ut q[ui]s

Vel dicitur specialiter in libro de penitentia de pe. d. iii in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena Sicut enim terra ... repugnat nec est subiecta animi gubernaculo et ... aliena est terra que non domatur exercitio cultoris fructum enim non potest ... et ... afferre ... ergo ... respiciens ... Non ... opera penitentie ne in ipsa penitentia fiat quod penitentia indigeat ... que si semel fuerint ... celebrata ... fructum ... et aufert usum possessoris ... et ... repugnat ... ad ... Et si opera non sequuntur ... et si ... impugnet ... vel ... adversarie ... Deo dedita ... magis ... Et ... qui ... misera ... omnia ... Exinanite exinanite usque ad fundamentum in ea quoniam ... dominus ait filia Babilonis misera utique filia Babilonis misera est que filia dei esse desinit Cum tu mediam invenit diceris Beatus qui tenebit et allidet parvulos suos ad petram est qui infirmas ac lubricas cogitationes suas allidat ad petram christum qui omnes ... meris sine vene... et ... confirmat ...

fiat homines peccatorum obnoxios exules elevam
issime dextere tue celi civibus restituat Psalmus
Confitebor tibi domine in toto corde meo in conspectu
angelorum alleluia decorum psallam tibi · cantabo tibi
Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo
super misericordia tua et veritate tua quoniam magnificasti super
omne nomen sanctum tuum In die qua invocavero te exaudi
me multiplicabis in anima mea fortitudinem Confiteantur tibi
domine omnes reges terre quia audierunt omnia verba oris tui
Et cantent in viis domini quoniam magna est gloria domini
Quoniam excelsus dominus et humilia respicit et alta a longe
cognoscit Si ambulavero in medio tribulacionis vivificabis me
et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam et
salvum me fecit dextera tua Dominus retribuet pro me domine
misericordia tua in seculum opera manuum tuarum ne despicias
Ut ipse sit in tuis conspectibus delectat nostra confessio per
severare ut statum de miseria presentis vite possimus evadere
Multiplica domine in animabus nostris supplicacionem tuam
ut deum te in templo sancto tuo integre adorantes in con
spectu tuo cum sanctis angelis glorientur Psalmus
Domine investigasti me et cognovisti me tu cogno
visti sessionem meam et resurreccionem meam intellexisti
cogitaciones meas de longe Semitam meam et funiculum meum
investigasti et omnes vias meas previdisti quia non est sermo
in lingua mea Ecce tu domine cognovisti omnia novissima et antiqua
tu formasti me et posuisti super me manum tuam Mirabilis facta
est sciencia tua ex me confortata est et non potero ad eam Quo
ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam Si ascendero
in celum tu illic es si descendero in infernum ades Si sumpsero pennas
meas diluculo et habitavero in extremis maris Etenim illuc manus tua
deducet me et tenebit me dextera tua Et dixi forsitan te
nebre conculcabunt me et nox illuminacio mea in deliciis meis Quia tenebre non obscura
buntur a te et nox sicut dies illuminabitur Sicut tenebre eius
ita et lumen eius Quia tu possedisti renes meos suscepisti me
de utero matris mee Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es
mirabilia opera tua et anima mea cognoscit nimis Non est
occultatum os meum a te quod fecisti in occulto

maris sunt in novissimis terre Informem adhuc
viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur dies for-
mabuntur formati sunt et non est una in eis Michi autem quam
abhorribiles facti sunt amici tui deus quam fortes principes
eorum Dinumerabo eos plures erunt quam harena et evigilavi et adhuc
sum tecum Si occideris deus impium viri sanguinum declinate
a me Quia contradicent tibi scelerate elati sunt frustra
adversarii tui Nonne odientes te domine odivi et contra adver-
sarios tuos distabui Perfecto odio oderam illos inimici
facti sunt michi Scrutare me deus et cognosce cor meum
proba me et cognosce semitas meas Et vide si via ini-
quitatis aliquis doli in me est et deduc me in via eterna Qui
ipse sit pro nobis remuneratione tollerimus variis tempta-
tores ne dominentur in nos pene infernales Oratio
Celi et terre protector deus quo moriente illuminata sunt
tartara quo resurgente gavisa est sanctorum multitudo quo
ascendente angelorum exultat caterva precamur tante
glorie excellentem virtutem ut dirigas in via eterna illo tue-
amur brachio quo honorabiles amici tui gloriantur in celo
Eripe domine ab homine malo a viris Psalmus david
iniquis salva me Qui cogitaverunt malicias
in corde tota die adversati sunt in prelijs Exacuerunt
linguas suas sicut serpens venenum aspidum sub labijs eorum
Custodi me domine de manu impij et a viris iniquis eripe
me Qui cogitaverunt supplantare gressus meos absconderunt
superbi laqueum michi Et funibus extenderunt rethe iuxta se-
mitam posuerunt offendiculum michi semper Dixi domino deus
meus es tu audi vocem deprecationis mee protexisti caput
meum in die belli Ne des domine desiderio impij scelera eorum
ne offendant et eleventur semper Amaritudo conviciatorum
eorum labor labiorum eorum operiet eos Cadent super eos
carbones et in igne deicies eos in foveas et ut non
resurgant Vir linguosus non dirigetur in terra virum
iniustum mala capient in interitu Scio quia dominus faciet causam
inopis iudicia pauperum Verumtamen iusti confitebuntur nomini
tuo et habitabunt recti cum vultu tuo Qui ipse sit adiutor
verus in insultatione malorum hominum contra nos ne con-
fundamur in insidiis eorum Oratio Virtus salutis

nostre deus quesumus defende ecclesiam tuam ad...
nemis mortiferis ut a te obumbrata de obliq...
a laqueis inimici eruatur per dominum ... Psalmus ipsi David aliis intellectus ipsi cum
Domine clamavi esset in spelunca Sequitur
ad te festina in me et exaudi vocem meam clamantis
ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in con-
spectu tuo. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.
Pone domine custodiam ori meo: et ostium circumstantie la-
biorum meorum. Non declines cor meum in verba malicie: ad ex-
cusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem neque
communicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia et
increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quia adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt
iuncti petre iudices eorum. Audient
verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est
super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia
ad te domine domine oculi mei in te speravi non auferas animam meam.
Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi et a
scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius
peccatores: singulariter sum ego donec transeam. Et ipse omnes supplicantium
tamquam incensum assumit bonum odorem odoris corpus refici-
Pone domine custodiam at suavitate sue dilectionis o-
ri meo ne inania proferam eloquia ut iussa tua cor-
repti ab omnibus insidiis iniquitatum et a scandalis protegamur
Intellectus ipsi David cum fugit de Geth et venit in spelun-
cam Odollam Secundum Regum xxij^o oratio eius ad dominum
Voce mea ad dominum clamavi voce mea ad dominum
deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem
meam et tribulationem meam ante ipsum pronuncio. In defi-
ciendo ex me spiritum meum et tu cognovisti semitas meas.
In via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi.
Considerabam ad dexteram et videbam et non erat qui cognosceret me.
Periit fuga a me et non est qui requirat animam meam. Clamavi
ad te domine dixi tu es spes mea portio mea in terra
viventium. Intende ad deprecationem meam quia humiliatus
sum nimis. Libera me a persequentibus me quia confor-
tati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendum

Ho...
bis ...
sub persona ... officio ...
... ... disciplina ... sic vir ...
regenti apta et accomoda-
ta est non solum episcopo regenti
plebem suam sed etiam pauperi
regenti domum suam divitii
regenti familiam suam ac
monacho regenti conscientiam suam
presbitero regenti plebem suam medi-
co regenti corpus suum
regi regenti gentem suam.
Ita nulla hominum clementia
a misericordia sicut nulla
peccatorum impietas relaxanda
...

135

me expectant iusti donec retribuas michi Ꝝ
Ut sit portio nostra in terra viventium si decesse usque onere
peccatorum de hac terra moriendo sequitur oratio Maiestatem
tuam domine supplici voce deprecamur ut a te adiuti spei nostre
portionem cum electis tuis in terra viventium sortiamur Psalmus
ipsi david quando persequebatur eum absolon filius eius
Domine exaudi orationem meam in veritate tua exaudi me
in tua iusticia Et non intres in iudicium cum ser
vo tuo quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis
vivens Persequutus est enim inimicus animam meam confregit
in terra vitam meam Posuit me in obscuris sicut mortuos
antiquos Et anxiatus est in me spiritus meus in me
cor meum turbatum est Memor fui dierum antiquorum
meditatus sum in omnibus operibus tuis in factis manuum tuarum meditabar
Expandi manus meas ad te anima mea sicut terra
sine aqua tibi Velociter exaudi me domine defecit spiritus meus
Non avertas faciem tuam a me et similis ero descendentibus
in lacum Auditam fac mihi mane misericordiam tuam quia in te
speravi Notam fac mihi viam in qua ambulem quia ad
te levavi animam meam Eripe me de inimicis meis domine
ad te confugi doce me facere
voluntatem tuam quia deus meus es tu spiritus tuus bonus
deducet me in terram rectam Propter nomen tuum domine vivi
ficabis me in equitate tua educes de tribulatione animam
meam Et in misericordia tua disperdes inimicos meos Et perdes omnes
qui tribulant animam meam quoniam ego servus tuus sum Ꝝ
Ipse a morte inferni nostrorum redemptor satisfecit expectatio
clamantium qui est expectatio nostra premium oratio sequitur
Deus qui matutinam sacre resurrectionis tue auditam
fecisti iocunditatem qui ex inferno rediens replesti terram
gaudiis quam reliqueras in obscuris rogamus potentiae tue
ineffabilem maiestatem ut sicut tunc tenebrarum caliginem
gaudere fecisti sancti spiritus illustratione ita nunc nos immaginem
tuam flagitantes suppliciter splendore celestis iubaris
illustrare digneris Qui cum patre Ꝝ ipsi david cum stetit ad
Benedictus dominus deus meus versus goliam primo Regum xvii c.
meus qui docet manus meas ad prelium et digitos

meos ad bellum Misericordia mea et r[...]
auxiliator meus et salvator meus Scutum me[um]
speravi qui subicit populos in Domine quid est ho[mo]
gnoscis ei filius hominis quia reputas eum Homo va-
nitati assimilatus est dies eius sicut umbra preter-
eunt Domine inclina celos tuos et descende tange mon-
tes et fumigabunt Mitte fulgurationem et dissipabis eos mitte
sagittam tuam et conturbabis eos Extende manum tuam
de excelso libera me et eripe de aquis multis et de manu
filiorum alienorum Quorum os locutum est vanitatem et dextera
eorum dextera mendacii Deus canticum novum cantabo tibi
in psalterio decacordo psallam tibi Qui dat salutem regi-
bus qui eruit David servum suum de gladio maligno pessimo
Libera me et eripe me de manu filiorum alienorum quorum
os locutum est vanitatem dextera eorum dextera iniquitatis Et sunt
filii nostri sicut plantacio crescens in adolescencia sua Filie
nostre quasi anguli ornati ad similitudinem templi Promp-
tuaria eorum plena et eructancia ex hoc in illud Pe-
cora nostra in multis et innumerabilia in temporibus in egressibus
suis boves nostri pingues Non est interrupcio et non est
egressus et non est ululatus in plateis eorum Beatum populum
cui talia sunt beatus populus cuius dominus deus eius Christus ipse in
altitudinem crucis extensus manus suas ad patrem et ad populum con-
tradicentem extendit nobisque paciencie exemplum demonstravit
Vota nostra quesumus domine spiritualibus armis circumdare
a mortalibus culpis ne vanitati indulgentes subiecti a tua
iusticie benedictione pellamur. Amen cum deo Laudatio ipsi
Exaltabo te deus meus David alleluia psalmus ipsi David se[cundum]
rex et benedicam nomini tuo in eternum et in seculum seculi In
omni die benedicam tibi et laudabo nomen tuum
in sempiternum et in seculum seculi Magnus dominus et laudabilis nimis
et magnificencie eius non est investigacio Generacio ad
generacionem laudabit opera tua et fortitudines tuas an-
nunciabunt Decorem magnitudinis tue et verba mirabilium tuorum
loquuntur Et fortitudinem terribilium tuorum loquentur et magnitu-
dines tuas narrabunt Memoriam multe bonitatis tue loquentur
et iusticias tuas laudabunt Clemens et misericors dominus
paciens et multe miseracionis Bonus dominus omnibus

... eius in omnia opera eius Confiteantur tibi
... omnia opera tua et sancti tui benedicant tibi Gloriam
... tui dicent et potentiam tuam loquentur Ut notas fa-
ciant filiis adam potestates tuas ut audiant filii hominum forti-
tudines tuas et gloriam decoris regni tui Regnum tuum re-
gnum omnium seculorum et potestas tua in omni generatione et
generationem Sustentat dominus omnes corruentes et erigit
omnes iacentes Oculi omnium in te sperant et tu
das escam illorum suam in tempore suo Aperis manum tuam
et imples omnes refectione Iustus dominus in omnibus viis
suis et sanctus in omnibus operibus suis Iuxta est dominus omnibus
qui invocant eum in veritate Placitum timentium se faciet
et clamorem eorum audiet et salvabit eos Custodit dominus uni-
versos diligentes se et universos impios conteret Laudem
domini loquetur os meum et benedicat omnis caro nomini sancto
eius et in eternum et ulterius Ut ipse nos ad debellandas
nequicias spirituales armet et instruat mentes et in
spiratione salubri confortet Rex omnium seculorum domine
qui spiritualem cibum omni anime opportune ministras in tempore
concede nobis [illegible] perpetualiter te benedicere tuamque
potentiam cum electis tuis fiducialiter exaltare Alleluia

Lauda anima mea Canticum aggei et zacharie [illegible]
dominum laudabo dominum in vita mea cantabo deo
meo quamdiu sum Nolite confidere in principibus neque
in filiis hominum in quibus non est salus Egredietur spiritus eius et rever-
tetur in humum suam in die illa peribunt omnes cogitationes
eorum Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius
in domino deo suo Qui fecit celos et terram mare et omnia
que in eis sunt Et custodit veritatem in seculum facit iudicium
calumniam patientibus sustinentibus et dat panem esurientibus
Dominus solvit compeditos dominus illuminat cecos Dominus eri-
git elisos dominus diligit iustos Dominus custodit advenas
pupillum et viduam suscipiet et viam impiorum conteret
Regnabit dominus in eternum deus tuus syon in generatione
et generationem Ut ipse spiritualem escam tribuat nobis
tempore opportuno tuamque fortitudine refectionis sustentandi
... desiderium tentationis Oratio Gloriose omnipotens deus
in quem beatorum anime totam spei confidentiam posuerunt ...

nobis quesumus ut tuo adiutorio adiuti [illegible]

Laudate dominum Alleluia Pura mente d...
quoniam bonus est canticum deo nostro iocundum decorumque est [illegible]
laudatio Edificabit dominus ierusalem dispersos israel congrega-
bit Qui sanat contritos corde et alligat plagas eorum
Qui numerat multitudinem stellarum et omnes nomine suo
vocat Magnus dominus deus noster et magna fortitudo et prudenti-
e eius non est numerus Suscipiens mansuetos dominus humilians
impios usque ad terram Precinite domino in confessione psallite
deo nostro in cythara Qui operit celum nubibus et parat terre
pluviam. et producit in montibus fenum Qui dat iumentis
panem suum et filiis corvorum invocantibus ad eum Non in forti-
tudine equi voluntas eius neque in tibiis viri placet ei
Placetur domino in hiis qui timent eum et expectant misericordiam eius

Et ipse sit custos pervigil ierusalem tuum ut superne man-
siones et in ea superventuris non cessat felices preparare

Edificator celestis edificii deus qui multitudinem stellarum
et concludis numero et singulas nomine vocas sana contritos
corde dispersosque congrega atque nos immutabili sapientia tua
complectere Per dominum Alleluia Aggei et Zacharie psalmus sequitur

Lauda ierusalem dominum lauda deum tuum syon Quoniam con-
fortavit vectes portarum tuarum benedixit filiis tuis in te
Qui posuit terminum tuum pacem adipe frumenti
satiavit te Qui emittit eloquium suum terre velociter currit
verbum eius Qui dat nivem sicut lanam nebulam sicut
cinerem spargit Proicit glaciem suam sicut buccellas
ante faciem frigoris eius quis stabit Mittet verbum suum et
solvet ea spirabit spiritus suus et fluent aque Qui annunciat
verbum suum iacob precepta sua et iudicia sua israel Non fecit
similiter omni generationi et iudicia sua non cognoscerent

Et ipse post introitum fidelium obserabit seras portarum celestium quibus
clausis negabitur introitus intrare volentibus Oratio

Conforta domine ecclesiam portas celle tue et posuit terminis
eius pacem ei adipem spiritualis tritici dignare attribuere Qui

Laudate dominum de celis laudate eum in excelsis Alleluia
Laudate eum omnes angeli eius laudate eum omnes
exercitus eius Laudate eum sol et luna laudate eum

... et lumen Laudate eum celi celorum et aque
que super celos sunt laudent nomen domini Quia ipse dixit
et facta sunt ipse mandavit et creata sunt Statuit ea in seculum
seculi preceptum posuit et non preteribit Laudate dominum de terra
dracones et omnes abyssi Ignis et grando nix glacies ve
tus et turbo que faciunt sermonem eius Montes et omnes
colles ligna fructifera et omnes cedri Bestie et omnia iu
menta reptilia et aves volantes Reges terre et omnes
populi principes et omnes iudices terre Iuvenes et virgines
senes cum iunioribus laudent nomen domini Quia exaltatum est nomen
eius solius Confessio eius in celo et in terra Et exaltavit cornu
populi sui Laus omnibus sanctis eius filiis israel populo appropinquanti
sibi Ut ipse per spiritalem armoniam sit in omnibus sanctis colla
udandus cuius laudi ut intersimus modis omnibus laborandum est Oratio
Excelsarum celorum supereminens et excelse deus conditor fir
mitatis tue ut sicut cuncta que terminos te iubente creata sunt
ita ea que precepisti te custode serventur Alleluia
Cantate domino canticum novum laus eius in ecclesia sanctorum
Letetur israel in eo qui fecit eum et filii syon exultent in rege
suo Laudent nomen eius in choro in tympano et
psalterio psallant ei Quia beneplacitum est domino in populo suo
et exaltabit mansuetos in salutem Per christum in ihesum Exultabunt
sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis Exultationes dei
in gutture eorum et gladii ancipites in manibus
eorum Ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in
populis Ut alligent reges eorum in compedibus et nobiles
eorum in manicis ferreis Ut faciant in eis iudicium con
scriptum gloria hec est omnibus sanctis eius Ut ipse sit canticum
letitie laudantium cum in veritate est ipse melior consensus
simul laudare Oratio Auctor totius bonitatis deus qui omnem
mansuetum te humiliter confitentem exaltas presta quesumus
ut sicut sanctos facis exultare in gloria ita presentem ecclesiam
custodire digneris absque seculi delectationibus Alleluia
Laudate dominum in sanctis eius laudate eum in firmamento virtutis
potentie eius Laudate eum in virtutibus eius
laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius
Laudate eum in sono tube laudate eum in psalterio
et cythara Laudate eum in tympano et choro laudate

cum in cordis et organo Laudate eum in ci[mbalis bene]
sonantibus laudate eum in cymbalis iubilationis [omnis spiritus]
quod spirat laudem domini Et cythara nostra dulce me[los]
resonabit iubilationis si corda tensa fuit plectro [caritatis]
Armonie nostre domine suavissimi me[lo]s caritatis cunc[ta]
los cum nostri pectoris excites psallere quod ut dum illam superna[m]
affectu continuis perpetualibus choris inserti te cum sanctis
omnibus collaudemus Amen Hic psalmus proprie scriptus
est david extra numerum cum pugnavit contra Goliath

Pusillus eram inter fratres meos et adolescentior in
domo patris mei Pascebam gregem ovium patris
mei. Manus mee fecerunt organum Digiti mei
aptaverunt psalterium Et quis annuntiavit domino Ipse dominus
omnium ipse exaudivit Ipse misit angelum suum et tulit
me de ovibus patris mei et unxit me in misericordia un-
ctionis sue Fratres mei et magni et non fuit in eis be-
neplacitum domino Et exivi obviam allienigene et maledixit
michi in simulachris suis Ego autem evaginato ab eo ipsius
gladio amputavi caput eius et abstuli opprobrium de filiis
israhel Amen

Incipit prologus in parabolas Salomonis

Chromatio et Heliodoro episcopis Jeronimus
Iungat epistola quos iungit sacerdotium ymo
cartha non dividat quos Christi nectit amor
Commentarios in Ozee Amos Zachariam
et Malachiam quos poscitis scripsissem
si licuisset pre valitudine Mittitis solatia
sumptuum notarios et librarios sustentatis
ut vobis potissimum nostrum desudet ingenium Et ecce ex latere
frequens turba diversa poscentium quasi aut equum sit me vobis
esurientibus aliis laborare aut in ratione dati et acce-
pti cuiquam preter vos obnoxius sim Itaque longa egro-
tatione fractus ne penitus hoc anno reticerem et apud
vos mutus essem tridui hoc opus nomini vestro consecravi
interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum masloth quas he-
brei parabolas vulgata editio proverbia vocat Coeleth
quem grece ecclesiasten latine concionatorem dicere possumus
Sirasirim quod in linguam nostram vertitur Canticum canticorum
Fertur et panarethos Jhesu filii Syrach liber et alius

Chromatio [illegible] c[apitulum] i
Salomonis liber iste qui ecclesiastes appellatur est ecclesiastes
aut grece concionator dicitur in
concione non sua propria
[illegible] tumultuose [illegible] sedicio-
ne [illegible] Et cum inter diversa
sentencia [illegible] [illegible]
ad unam sententiam perducuntur
Hic igitur liber [illegible] gene-
ratur [illegible] Salomon in eo
[illegible] tumultuantis turbe suscepit
personam, ut ea per inquisitionem
discerat, que fortasse [illegible]
[illegible] impetu mens sen-
tiat Nam quot sunt [illegible]
[illegible] movet, quasi
tot personas in se suscepit
diversorum Sed concionator
vero [illegible] vel sit [illegible]
[illegible] omnium tumultum sedat
eosque ad [illegible] ad unam sententiam
revocat Cum in eius
libri termino ait finem loquen-
di omnes pariter audiamus
Deum time et mandata
eius observa hoc enim est
omnis homo [illegible] in libro

eodem plurimorum sententias multorum personas non suscipiat cur ad audiendum loquendi finem simul pariter omnes
ammonebat Cum in conclusione libri dicit omnes pariter audiamus ipse sibi testis quia in se multorum personas suscepit
quasi solus locutus non est Sunt et alia sua que in libro eodem per inquisitionem moventur atque alia que per
rationem satisfaciunt alia que quidem [illegible] aut adhuc [illegible] [illegible] deliberationem [illegible] [illegible]
vero in quibus ea que rationis sunt disserat ac cum adlectionem compescat ibique namque ait hoc itaque
mihi visum est bonum ut comedat quis et bibat et fruatur leticia ex labore suo et longe inferius subiungit melius
est ire ad domum luctus quam ad domum convivii Si enim bonum est manducare et bibere melius fuisse videbatur ad domum
convivii pergere quam ad domum luctus Ex quo ea ostenditur quod [illegible] [illegible] intulit hoc vero [illegible]
diffinitione subiungit Nam [illegible] [illegible] [illegible] edisserit et in domo luctus que sit utilitas ostendit dicens:

...s cogitat, quod stultus sit ... ille scriptum est ...
... adolescentia et voluptas vana sunt ...
... patenter indicat, qui ... concupiscentie carnalis ...
... per carnalia ... tunc proponit ... quod ...
... reprehendit ... ad adolescentia sua ...
... in adolescentia sua ... cum deliberatione ...
... adolescentia et voluptate vana ... redarguit ita etiam

... Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem
... reperi non Ecclesiasticum, ut apud latinos, sed pa-
rabolas praenotatum, cui iuncti erant Ecclesiastes et Canticum
canticorum, ut similitudinem Salomonis non solum librorum nume-
ro sed etiam materiarum genere coaequaret. Secundus apud Hebraeos
nusquam est, quia et ipse stilus graecam eloquentiam redo-
let, et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudaei Philonis af-
firmant. Sicut ergo Thobiam et Iudith et Machabeorum
libros legit quidem ecclesia, sed inter canonicas scripturas non
recipit, sic et haec duo volumina legat ad aedificationem plebis,
et non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.
Si cui sane Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam
olim a nobis emendatam. Neque enim sic nova cudimus ut ve-
tera destruamus. Et tamen cum diligentissime legerit, sciat magis
nostra scripta intelligi, quae non in tertium vas transfusa coacue-
rint, sed statim de prelo purissimae testae emendata suum sa-
porem servaverint etc.

Tribus nominibus vocatum fuisse Salomonem scripturae
manifestissime docent: Pacificum, id est Salomonem, et
Ydida, id est dilectum dei, et quem nunc dicimus Coeleth, Ecclesiastes,
id est Ecclesiasten. Ecclesiastes autem graeco sermone appellatur qui coe-
tum, id est ecclesiam, congregat, quem nos nuncupare possumus contionatorem,
eo quod loquatur ad populum et sermo eius non specialiter ad unum sed ad
universos generaliter dirigitur. Porro pacificus et dilectus domini
dicitur ab eo quod in regno eius pax fuit et cum dominus dilexit, appellatus
est. Nam et psalmus .xl. et .lxxi. dilecti et pacifici titulo praeno-
tantur; qui tamen, etsi ad prophetiam Christi ecclesiaeque pertineant feli-
citatem et vires Salomonis, excedunt tamen secundum hystoriam super
Salomonem conscripti sunt. Itaque iuxta numerum vocabulorum tria vo-
lumina edidit: Proverbia, Ecclesiasten, Canticum canticorum. In proverbi-
bus parvulum docens et quasi de officiis per sententias erudiens, unde
ad filium eius sermo repetitur. In Ecclesiasten vero virum maturae
aetatis instruens, ne quicquam in mundi rebus esse putet esse per-
petuum, sed caduca et brevia universa quae cernimus. Ad extremum
iam consummatum virum et calcato saeculo praeparatum in cantico can-
ticorum sponsi iungit amplexibus. Nisi enim prius reliqueri-
mus vitia et pompis saeculi renuntiantes expeditos nos

... qu...
per modum ... di-
cens ... amplius
sapiens stulto. Et quod paene
nisi ut illuc pergat ubi est
vita, quem quod dixit Nichil
habet sapiens amplius
ipse rursum diffinit dicens
... Quid habet aliquid sapiens
... solum amplius invenio
... stulto est. Hodie quoniam
pergat ubi est vita, aliqui vis
... indicat, quia hic
... non est ... alibi
est ... quod amplius
habet sapiens inveniet ... illa
post mortem non vivunt, hic
vero ... inchoat, sed
per mortem carnis hanc
visibilem consummat, et
etiam longe ... dicit
Adorneque ... fuit,
instanter operare,
quia nec opus nec ratio nec sapientia
nec scientia erit apud inferos
quo tu properas. Ubi ergo
nunc ... est ... in-
mento, et quia ... con-
tinens, aut quo ...
habet inventum amplius,
... per mortem
carnis non vivunt, hominum
vero spiritus pro malis suis
operibus post mortem carnis
ad inferos deducti nec
in ipsa morte ... in
... dispar ...
... quia ...
tor ... illud quod
temporaliter carnali ...
et hic postmodum spiritualiter
... diffinit ...
... ecclesiasten, id est con-
tionator ... interpretatum
est etc.

ad adventum domini praecinimus non possumus can
canticorum Sed et hoc diligentius attendamus c
auctores ymnos diversos esse intitulatos In quibus et
notatur proverbium Salomonis filii David regis Israel in pr
shemi quippe hic est Israel quod male in latinis et in grecis
codicibus invenitur In cantico autem canticorum nec filius David
nec rex Israel sive Jerusalem scribitur sed tantum canticum canticorum
Salomonis Dicitur enim proverbia et rudibus institutio ad duode
cim tribus et ad totum pertinet Israel Et quomodo contemptus
mundi non nisi metropolis convenit hoc est habitatoribus
Jerusalem Ita canticum canticorum ad eos proprie facit qui tantum
superna desiderant Ad incipientes et proficientes et patri
um dignitas et regum proprio merito vendicatur auctoritas
Ad perfectos ubi non timore erudiunt discipulos sed amore proprium
nomen sufficit et equalis magister est et nescit esse se
regem / que omnia referuntur ad christum

Tres libros Salomonis id est proverbia ecclesiasten et canticum
canticorum veteri lxx interpretum auctoritate reddidi
vel antepositis lineis superflua quoque designans
vel stellis titulo praenotans ea que minus habebantur
inserens quia plerumque paula et Eustochium corrigentes
quid in libris nostris minus sit quod vero redundet Nec dum
etiam illa que imperiti translatores male in lingua nostra de
greco sermone verterunt obliterans et antiquam curiosissima
veritate correxi Et ubi praepostero ordine atque perverso sententiarum
fuerat lumen extinctum suis eam locis restituens feci
intelligi quod latebat Porro in eo libro qui a plerisque sapientia
Salomonis inscribitur / et in ecclesiastico quem esse Jesu
filii Sirach nullus ignorat calamum temperavi tantummodo
canonicas vobis scripturas emendare desiderans Et studium
meum certis magis quam dubiis commendare Ideo greco et
ebreo praefatiuncula utraque in libro praemissa est / quia non
nulla de greco ob illuminationem sensus et legentis edificationem
illis inserta hebraice translationi extrinsecus iuncta
est Et idcirco qui legitis semper peregrinum memores

Incipiunt parabole Salomonis primum Capitulum

Parabole

Parabole Salomonis filii david regis Ysra
hel ad sciendam sapienciam et disciplinam
ad intelligenda verba prudencie · et susci
piendam erudicionem doctrine iusticiam
iudicium et equitatem ut detur parvulis
astucia et adolescenti sciencia et intellectus
Audiens sapiens sapiencior erit et
intelligens gubernacula possidebit Animadvertat
parabolam et interpretacionem verba sapientum et
enigmata eorum Timor domini principium sapie
Sapienciam atque doctrinam stulti despiciunt Audi fi
li mi disciplinam patris tui / et ne dimittas legem
matris tue Ut addatur gracia capiti tuo et torques collo
tuo Fili mi si te lactaverint peccatores non acquiescas
eis Si dixerint veni nobiscum insidiemur sanguini · abscon
damus tendiculas contra insontem · frustra deglutiamus eum
sicut infernus viventem et integrum quasi descendentem in lacum
Omnem preciosam substanciam reperiemus / implebimus domos
nostras spoliis / sortem mitte nobiscum Marsupium sit
unum omnium nostrum · Fili mi · ne ambules cum eis Prohi
be pedem tuum a semitis eorum Pedes enim illorum ad ma
lum currunt et festinant ut effundant sanguinem Frustra
autem iacitur rethe ante oculos pennatorum Ipsi quoque contra san
guinem suum insidiantur / et moliuntur fraudes contra animas
suas Sic semite omnis avari animas possidencium rapi-
unt Sapiencia foris predicat In plateis dat vocem suam In
capite turbarum clamitat In foribus portarum urbis profert
verba sua dicens Usquequo parvuli diligitis infanciam Et stul-
ti ea que sibi sunt noxia cupiunt / et imprudentes odient
scienciam Convertimini ad correpcionem meam En proferam
vobis spiritum meum · et ostendam verba mea Quia vocavi
et renuistis Extendi manum meam et non erat qui aspi
ceret Despexistis omne consilium meum / et increpaciones
meas neglexistis Ego quoque in interitu vestro ridebo
et subsannabo cum vobis id quod timebatis advenerit
Cum irruerit repentina calamitas et interitus quasi

tempestas ingruit. Cum venit super vos tribulacio et [angustia]
tunc invocabunt me et non exaudiam. Mane consurgent et non [invenient]
me. eo quod exosam habuerint disciplinam et timorem domini
non susceperint. Nec acquieverint consilio meo et detraxerint
universe correpcioni mee. Comedent igitur fructus vie sue suis
que consiliis saturabuntur. Aversio parvulorum interficiet eos et
prosperitas stultorum perdet eos. Qui autem me audierit absque ter
rore requiescet et abundancia perfruetur malorum timore sublato

II

Fili mi si susceperis sermones meos et mandata mea
absconderis penes te ut audiat sapienciam auris tua incli
na cor tuum ad cognoscendam prudenciam. Si enim sapienciam in
vocaveris et inclinaveris cor tuum prudencie. si quesieris eam quasi
pecuniam et sicut thezauros effoderis illam tunc intelliges timorem
domini et scienciam dei invenies quia dominus dat sapienciam et ex ore eius
prudencia et sciencia. Custodiet rectorum salutem et proteget
gradientes simpliciter. Servans semitas iusticie et vias sanctorum
custodiens. Tunc intelliges iusticiam et iudicium et equitatem
et omnem semitam bonam. Si intraverit sapiencia cor tuum et sciencia
anime tue placuerit consilium custodiet te et prudencia servabit
te ut eruaris de via mala et ab homine qui perversa loquitur.
Qui relinquunt iter rectum et ambulant per vias tenebrosas
qui letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis
quorum vie perverse et infames gressus eorum. Ut eruaris
a muliere aliena et ab extranea que mollit sermones
suos et relinquit ducem pubertatis sue et pacti dei sui oblita
est. Inclinata est enim ad mortem domus eius et ad inferos
semite ipsius. Omnes qui ingrediuntur ad eam non revertentur
nec apprehendent semitas vite. Ut ambules in via bona
et calles iustorum custodias. Qui enim recti sunt habitabunt
in terra et simplices permanebunt in ea. Impii vero perdentur
de terra et qui inique agunt auferentur ex ea.

III

Fili mi ne obliviscaris legis mee et precepta mea cor
tuum custodiat. Longitudinem enim dierum et annos vite
et pacem apponent tibi. Misericordia et veritas non te
deserant. Circunda eas gutturi tuo et describe in tabulis
cordis tui et invenies graciam bonam et disciplinam coram
deo et hominibus. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo

[illegible]

[...]nitaris prudentie tue In omnibus viis tuis cogita illum
et ipse diriget gressus tuos Ne sis sapiens apud temet ipsum
Time deum et recede a malo Sanitas quippe in umbilico tuo
erit Et irrigatio ossium tuorum Honora dominum de tua substancia
Et de primiciis omnium frugum tuarum da pauperibus / et implebuntur
horrea tua saturitate et vino torcularia tua redundabunt
Disciplinam fili mi ne abÿcias / nec deficias cum ab eo corripis
Quem enim diligit deus corripit Et quasi pater in filio complacet
sibi Beatus homo qui invenit sapienciam et qui affluit prudencia
Melior est acquisitio eius negotiatione auri et argenti primi et
purissimi fructus eius Preciosior est cunctis opibus Et omnia
que desiderantur huic non valent comparari Longitudo dierum
in dextera eius Et in sinistra eius divicie et gloria Vie
eius vie pulchre / et omnes semite eius pacifice Lignum
vite est hiis qui apprehenderint eam Et qui tenuerit
eam beatus Dominus sapiencia fundavit terram stabilivit celos
prudencia Sapiencia illius eruperunt abyssi / et nubes
rore concrescunt Fili mi ne effluant hec ab oculis tuis /
custodi legem meam atque consilium meum / et erit vita anime tue
et gracia faucibus tuis Tunc ambulabis fiducialiter in via tua
et pes tuus non impinget Si dormieris non timebis quiesces
et suavis erit sompnus tuus Ne paveas repentino pavore et
irruentes tibi potencias impiorum Dominus enim erit in la
tere tuo et custodiet pedem tuum ne capiaris Noli prohibere
benefacere eum qui potest et si vales et ipse benefac Ne dicas
amico tuo Vade et revertere et cras dabo tibi / cum statim
possis dare Ne moliaris amico tuo malum / cum in te ille
habeat fiduciam Ne contendas adversus hominem ~~frustram~~
incolam frustra cum ipse tibi nichil mali fecerit Ne emuleris
hominem iniustum nec imiteris vias eius Quia abhominacio
est domino omnis illusor Et cum simplicibus sermocinacio eius /
Egestas a domino in domo impii Habitacula autem iustorum
benedicentur Ipse deludet illusores et mansuetis dabit graciam
Gloriam sapientes possidebunt / stultorum exaltacio ignominia
IIII Audite filii disciplinam patris Et attendite ut sciatis
prudenciam Donum bonum tribuam vobis / legem
meam ne derelinquatis Nam et ego fui filius patris

mei tenellus / et unigenitus coram matre mea et
atque docebat Suscipiat verba mea cor tuum Custodi precepta
mea et vives Posside sapientiam posside prudentiam Ne oblivi
scaris neque declines a verbis oris mei / Ne dimittas eam / et cu
stodiet te / dilige eam et conservabit te Principium sapientie
posside sapientiam et in omni possessione tua acquire
prudentiam Non obliviscaris neque declines a verbis oris mei
Arripe illam et exaltabit te / glorificaberis ab ea cum eam
fueris amplexatus Dabit capiti tuo augmenta graciarum et
corona inclita proteget te Audi fili mi et suscipe verba
mea ut multiplicentur tibi anni vite Viam sapientie monstra
bo tibi / et ducam te per semitas equitatis // quas cum ingressus
fueris / non artabuntur gressus tui et currens non habebis offen
diculum Tene disciplinam ne dimittas illam Custodi eam
quia ipsa est vita tua Ne delecteris in semitis impiorum Nec
tibi placeat malorum via / fuge ab ea nec transeas per eam
Declina et desere eam Non enim dormiunt nisi male fe
cerint / et non rapitur somnus ab eis nisi supplantaverint
Comedunt panem impietatis et vinum iniquitatis bibunt Iustorum
autem semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad
perfectam diem Via impiorum tenebrosa nesciunt ubi corruant
Fili mi ausculta sermones meos et ad eloquia mea incli
na aurem tuam Ne recedant ab oculis tuis Custodi ea in medio
cordis tui Vita enim sunt invenientibus ea / et universe carnis
sanitas Omni custodia serva cor tuum / quia ex ipso vita pro
cedit Remove a te os pravum et detrahentia labia sint
procul a te Oculi tui recta videant et palpebre tue prece
dant gressus tuos Dirige semitas pedibus tuis et omnes vie
tue stabilientur Ne declines ad dexteram neque ad sinistram
averte pedem tuum a malo Vias enim que a dextris sunt novit
dominus perverse vero sunt que a sinistris sunt Ipse autem faciet
rectos cursus tuos itinera autem tua in pace producet
V Fili mi attende sapientiam meam et prudentie mee incli
na aurem tuam ut custodias cogitationes et disciplinam
labia tua conservent Ne intenderis fallacie mulie
ris mulieris Favus enim distillans labia meretricis

[...]s oleo guttur eius. Novissima autem illius amara quasi
[absinth]ium / et lingua eius acuta quasi gladius biceps. Pedes eius
descendunt in mortem. Et ad inferos gressus illius penetrant. Per
semitam vite non ambulat. Vagi sunt gressus eius et investi-
gabiles. Nunc ergo fili mi audi me. Ne recedas a verbis oris
mei. Longe fac ab ea viam tuam. Et ne appropinques fori-
bus domus eius. Ne des alienis honorem tuum / et annos
tuos crudeli. Ne forte impleantur extranei viribus tuis / et
labores tui sint in domo aliena. Et gemas in novissimis
quando consumpseris carnes tuas et corpus tuum / et dicas Cur
detestatus sum disciplinam et increpationibus non acquievit cor me-
um. Nec audivi vocem docentium me et magistris non inclina-
vi aurem meam. Pene fui in omni malo in medio ecclesie
et synagoge. Bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei
tui / deriventur fontes tui foras / et in plateis aquas tuas
divide. Habeto eas solus nec sint alieni participes tui. Sit
vena tua benedicta / et letare cum muliere adolescentie tue. Cer-
va carissima et gratissimus hinnulus. Ubera eius inebrient te
omni tempore et in amore eius delectare iugiter. Quare se-
duceris fili mi ab aliena et foveris in sinu alterius. Respi-
cit dominus vias hominis et omnes gressus illius considerat.
Iniquitates sue capiunt impium / et funibus peccatorum suorum
constringitur. Ipse morietur quia non habuit disciplinam et in
multitudine stultitie sue decipietur.

VI. Fili mi si spoponderis pro amico tuo defixisti apud
extraneum manum tuam. Illaqueatus es verbis oris tui /
et captus propriis sermonibus. Fac igitur quod dico fili mi
et temetipsum libera quia incidisti in manum proximi tui / Di-
scurre festina suscita amicum tuum. Ne dederis somnum ocu-
lis / nec dormitent palpebre tue. Eruere quasi damula de
manu / et quasi avis de insidiis aucupis. Vade ad formicam
o piger / et considera vias eius et disce sapientiam / que cum
non habeat ducem / nec preceptorem nec principem parat
estate cibum sibi et congregat in messe quod comedat. Usque
piger dormies. Quando consurges e somno tuo. Paululum
dormies. paululum dormitabis. paululum conseres manus
tuas ut dormias et veniet tibi quasi viator egestas / et
pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris veniet

ut fenus messis tua / et egestas longe fugiet [illegible]
apostata inutilis graditur ore peruerso annuit oculis [illegible]
pede digito loquitur prauo corde machinatur malum / et in omni
tempore iurgia seminat Huic extemplo ueniet perditio sua /
et subito conteretur nec habebit ultra medicinam Sex sunt que 142
odit dominus et septimum detestatur anima eius Oculos sub
limes linguam mendacem manus effundentes sanguinem in
noxium cor machinans cogitationes pessimas pedes uelo
ces ad currendum in malum proferentem mendacia testem falla
cem et eum qui seminat inter fratres discordias Conserua fi
li mi precepta patris tui / et ne dimittas legem matris tue
Liga ea in corde tuo iugiter / et circunda gutturi tuo Cum ambu
laueris gradiantur tecum cum dormieris custodiant te et euigi
lans loquere cum eis / quia mandatum lucerna est / et lex lux /
et uia uite increpacio discipline / Ut custodiat te a muliere
mala / et blanda lingua extranee Non concupiscat pulc
ritudinem eius cor tuum ne capiaris nutibus eius Precium
enim scorti vix est unius panis Mulier autem viri preciosam animam
capit Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo
ut vestimenta eius non ardeant Aut ambulare super
prunas et non comburerentur plante eius / Sic qui ingre
ditur ad mulierem proximi sui non erit mundus cum tetigerit eam
Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit / furatur enim
ut esurientem impleat animam / deprehensus quoque reddet sep
tuplum / et omnem substantiam domus sue tradet et liberabit
se Qui autem adulter est propter inopiam cordis perdet animam
suam Turpitudinem et ignominiam congregat sibi / et op
probrium illius non delebitur Quia zelus et furor viri
non parcet in die vindicte / Nec acquiescet cuiusquam precibus
nec suscipiet pro redemptione dona plurima /
Fili mi custodi sermones meos / et precepta mea recon
de tibi Fili mi honora dominum et valebis / preter eum VII
uero ne timueris alienum Serua mandata mea et
uiues et legem meam quasi pupillam oculi tui / liga eam
in digitis tuis scribe illam in tabulis cordis tui Dic
sapientie soror mea es / et prudentiam voca amicam
tuam Ut custodiat te a muliere extranea et ab aliena que uerba

[ne]... dulcia. De fenestra enim domus mee per cancellos
prospexi / et video parvulos / considero vecordem iuvenem qui
transit per plateas iuxta angulum et prope viam domus illius
graditur in obscuro advesperascente die · in noctis tenebris
et caligine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio pre
parata ad capiendas animas · garrula et vaga quietis im
patiens · nec valens in domo consistere pedibus suis · nunc fo
ris · nunc in plateis · nunc iuxta angulos insidians / apprehensumque deosculatur iuvenem / et procaci
vultu blanditur dicens. Victimas pro salute devovi hodie
reddidi vota mea. Ideo egressa sum in occursum tuum de
siderans te videre et reperi. Intexui funibus lectulum meum
stravi tapetibus pictis ex egipto / aspersi cubile meum
mirra et aloe et cinamomo. Veni inebriemur uberibus
et fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies. Non
est enim vir in domo sua / abiit via longissima. Sacculum
pecunie tulit / in die plene lune reversurus est in domum
suam. Irretivit eum multis sermonibus / et blandiciis la
biorum protraxit illum. Statim eam sequitur quasi bos ductus
ad victimam / et quasi agnus lasciviens et ignorans / quod ad vin
cula stultus trahatur / donec transfigat sagitta iecur eius.
velut si avis festinet ad laqueum · et nescit quia de pe
riculo anime illius agitur. Nunc ergo fili mi audi me et
attende verba oris mei. Ne abstrahatur in viis illius
mens tua. Neque decipiaris semitis eius / multos enim
vulneratos deiecit. Et fortissimi quique interfecti sunt ab ea.

VIII Numquid non sapientia. Vie inferi domus eius penetrantes in inferiora mortis

Numquid non sapientia clamitat · et prudentia dat vocem suam in summis excelsisque ver
ticibus / super viam in mediis semitis stans iuxta portas
civitatis · in ipsis foribus loquitur dicens. O viri ad vos
clamito / et vox mea ad filios hominum. Intelligite par
vuli astuciam · et insipientes animadvertite. Audite quoniam
de rebus ~~magnis~~ magnis locutura sum. Et aperientur
labia mea ut recta predicent. Veritatem meditabitur guttur
meum. Et labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt
sermones mei / non est in eis pravum quid neque perversum

Recta sunt intelligentibus et equa invenientibus scientiam Accipite
disciplinam meam et non pecuniam / doctrinam magis quam thesa
urum eligite Melior est enim sapientia cunctis opibus preccio
sissimis / et omne desiderabile ei non potest comparari Ego
sapientia habito in consilio / et eruditis intersum cogitationibus
Timor domini odit malum · arrogantiam et superbiam et viam
pravam / et os bilingue detestor Meum est consilium
et equitas · mea est prudentia · mea fortitudo / Per
me regnant reges / et legum conditores iusta decernunt /
Per me principes imperant / et potentes decernunt iusticiam
Ego diligentes me diligo / et qui mane vigilave
rint ad me invenient me Mecum sunt divicie et gloria
opes superbe et iusticia Melior est fructus meus auro
et lapide precioso / et genimina mea argento electo / In
viis iusticie ambulo in medio semitarum iudicii ut
ditem diligentes me / et thesauros eorum repleam
Dominus possedit me inicio viarum suarum antequam
quicquam faceret a principio Ab eterno ordinata sum · et ex an
tiquis antequam terra fieret Nondum erant abyssi et ego
iam concepta eram / necdum fontes aquarum erupe
rant · Nec dum montes gravi mole constiterant / ante
colles ego parturiebar / Adhuc terram non fecerat / et flu
mina et cardines orbis terre / quando preparabat celos
aderam / quando certa lege et giro vallabat abyssos /
quando ethera firmabat sursum et librabat fontes
aquarum Quando circumdabat ~~ter~~ mari terminum suum / et le
gem ponebat aquis ne transirent fines suos Quando
appendebat fundamenta terre · cum eo eram cuncta
componens / et delectabar per singulos dies · ludens co
ram eo omni tempore · Ludens in orbe terrarum · et
delicie mee esse cum filiis hominum Nunc ergo filii au
dite me Beati qui custodiunt vias meas Audite
disciplinam et estote sapientes / et nolite abicere eam
Beatus homo qui audit me / et qui vigilat ad fores
meas cotidie / et observat ad postes hostii mei Qui
me invenerit inveniet vitam et hauriet salutem a domino

Qui aut in me peccauit ledet aiam sua Omes q me
IX Sapientia edificauit Oderunt diligunt mortem x
sibi domum, et excidit columnas septem, ymolauit
victimas sibi. miscuit vinum. et proposuit mensam
suam Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem et ad me
nia ciuitatis Si quis est paruulus veniat ad me, et insipie
tibus locuta est Venite comedite panem meum et bibite
vinum quod miscui vobis Relinquite infantiam. et viuite et
ambulate per vias prudentie Qui erudit derisorem ipse
sibi iniuriam facit Et qui arguit impium sibi maculam
generat Noli arguere derisorem. ne oderit te Argue sapi
entem et diliget te Da sapienti occasionem et addetur ei
sapientia Doce iustum et festinabit accipere Principium sapientie
timor domini, et scientia sanctorum prudentia Per me enim multi
plicabuntur dies tui, et addentur tibi anni vite Si sapiens
fueris, tibi metipsi eris et proximis tuis. si autem illusor,
solus portabis malum Mulier stulta et clamorosa. ple
naque illecebris, et nihil omnino sciens Sedit in foribus
domus sue super sellam in excelso urbis loco. ut vocaret
transeuntes per viam et pergentes itinere suo Qui est paruulus
declinet ad me. et vecordi locuta est Aque furtiue
dulciores sunt, et panis absconditus suauior Et ignorauit
quod ibi sint gigantes, et in profundis inferni conuiue eius
Qui enim applicabitur illi. descendet ad inferos Nam qui
abscesserit ab ea saluabitur etc.
X Filius sapiens letificat patrem Filius vero stultus xi
mestitia est matris sue Nil proderunt thesauri
impietatis. iusticia vero liberabit a morte Non affli
get dominus fame animam iusti, et insidias impiorum sub
vertet Egestatem operata est manus remissa Manus
autem fortium diuitias parat Qui autem nititur mendaciis,
hic pascit ventos Idem sequitur aues volantes Qui con
gregat in messe, filius sapiens est Qui autem stertit estate,
filius confusionis est Benedictio domini super caput
iusti Os autem impiorum operit iniquitas Memoria iusti cum

sanctis · et nomen impiorum putrescet Sapiens corde pre-
cepta suscipiet · stultus ceditur labiis Qui ambulat simpliciter ambu-
lat confidenter Qui autem depravat vias suas · manifestus erit
Qui annuit oculo dabit dolorem · stultus labiis verberabitur
Vena vite os iusti Os autem impiorum operit iniquitatem Odium
suscitat rixas · et universa delicta operit caritas In labiis sapi-
entis invenitur sapientia · et virga in dorso eius · qui indiget
corde Sapientes abscondunt sciam Os autem stulti confu-
sioni proximum est Substantia divitis urbs fortitudinis
eius Pavor pauperum egestas eorum Opus iusti ad vitam
fructus autem impii ad peccatum Via vite custodienti disciplinam
Qui autem increpationes relinquit errat Abscondunt odium labia
mendacia Qui profert contumeliam insipiens est In multilo-
quio non deerit peccatum Qui autem moderatur labia sua sapien-
tissimus est Argentum electum lingua iusti Cor impiorum pro
nichilo Labia iusti erudiunt plurimos Qui autem indocti sunt
in cordis egestate morientur Benedictio domini divites facit
nec sociabitur eis afflictio Quasi per risum stultus operatur scelus
Sapientia autem est viro prudentia Quod timet impius
veniet super eum · desiderium suum iustis dabitur Quasi tempe-
stas transiens non erit impius Iustus autem quasi fundamentum sem-
piternum Sicut acetum dentibus et fumus oculis · sic piger hiis
qui miserunt eum in via Timor domini apponit dies et anni
impiorum breviabuntur Expectatio iustorum leticia · spes autem
impiorum peribit Fortitudo simplicis via domini et pavor hiis
qui operantur malum Iustus in eternum non commovebitur Impii autem
non habitabunt super terram Os iusti parturiet sapientiam
lingua pravorum peribit Labia iusti considerant placita
Statera dolosa abhominatio Et os impiorum perversa xi
est apud deum et pondus equum voluntas eius Ubi
fuerit superbia ibi et contumelia Ubi autem humilitas ibi
et sapientia Simplicitas iustorum diriget iustos et supplantatio
perversorum vastabit eos Non proderunt divitie in die ultionis
Iusticia autem liberabit a morte Iusticia simplicis diriget vi-
am eius · et in impietate sua corruet impius Iusticia rectorum
liberabit eos et in insidiis suis capientur iniqui Mortuo

Homine impio nulla erit spes et expectacio solicitorum peribit. Iustus
de angustia liberatus est et tradetur impius pro eo. Simulator
ore decipit amicum suum, iusti autem liberabuntur sciencia. In bo-
nis iustorum exultabit civitas et in perdicione impiorum erit
laudacio. Benedictione iustorum exaltabitur civitas et ore impiorum
subvertetur. Qui despicit amicum suum indigens est corde, vir
autem prudens tacebit. Qui ambulat fraudulenter reve-
lat archana, qui autem fidelis est celat amici commissum.
Ubi non est gubernator corruet populus, salus autem ubi multa
consilia. Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo,
qui autem cavet laqueos securus erit. Mulier graciosa inveniet
gloriam et robusti habebunt divicias. Benefacit anime sue
vir misericors, qui autem crudelis est et propinquos abicit. Impius
facit opus instabile, seminanti autem iusticiam merces fidelis.
Clemencia preparabit vitam, et sectacio malorum mortem. Abho-
minabile domino cor pravum, et voluntas eius in hiis qui simpliciter
ambulant. Manus in manu non erit innocens malus, semen autem
iustorum salvabitur. Circulus aureus in naribus suis mulier
pulcra et fatua. Desiderium iustorum omne bonum est, prestolacio
impiorum furor. Alii dividunt propria et diciores fiunt, alii ra-
piunt non sua et semper in egestate sunt. Anima que benedicit
impinguabitur, et qui inebriat ipse quoque inebriabitur. Qui
abscondit frumenta in tempore maledicetur in populis. Benedic-
cio autem super caput vendencium. Bene consurgit diluculo
qui querit bona, qui autem investigator est malorum ab eis
opprimetur. Qui confidit in diviciis suis corruet, iusti autem
quasi virens folium germinabunt. Qui conturbat domum suam
possidebit ventos, et qui stultus est serviet sapienti. Fructus
iusti lignum vite, et qui suscipit animas sapiens est. Si iustus
in terra recipit quanto magis impius et peccator.

XII Qui diligit disciplinam diligit scienciam, qui autem
odit increpaciones insipiens est. Qui bonus est hau-
riet disciplinam a domino, qui autem confidit in cogitacio-
nibus suis impie agit. Non roborabitur homo ex impietate,
et radix iustorum non commovebitur. Mulier diligens corona
est viro suo, et putredo in ossibus eius que confusione
res dignas gerit. Cogitaciones iustorum iudicia, et consilia

14.5

impiorum fraudulenta. Verba impiorum insidiantur sanguini
Os iustorum liberabit eos. Verte impios et non erunt. Domus
autem iustorum permanebit. Doctrina sua cognoscetur vir
qui autem vanus et excors est patebit contemptui. Melior
est pauper et sufficiens sibi / quam gloriosus et indigens pane.
Novit iustus animas iumentorum suorum. viscera autem impiorum
crudelia. Qui operatur terram suam saciabitur panibus / qui autem
sectatur ocium stultissimus est. Qui suavis est vivit in mo
deracionibus suis. in suis munitionibus relinquit contumeliam
/ desiderium impiorum monimentum est pessimorum. Radix autem
iustorum proficiet. Propter peccata labiorum ruina proximat ma
lo. Effugiet autem iustus de angustia. De fructu oris
sui unusquisque replebitur bonis. et iuxta opera manuum suarum
retribuetur ei. Via stulti recta in oculis eius / qui autem
sapiens est audit consilia. Fatuus statim indicat iram
suam / qui autem dissimulat iniuriam callidus est. Qui
quod loquitur novit iudex iustus est. qui autem mentitur
testis est fraudulentus. Est qui promittit et quasi gladio
pungitur conscientie. lingua autem sapientium sanitas est / La
bium veritatis firmum erit in perpetuum / qui autem testis est
repentinus / concinnat linguam mendacii. Dolus in corde
cogitantium mala. autem pacis ineunt consilia sequitur
eos gaudium. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit
impii autem replebuntur malo. Abhominacio est domino labia
mendacia / qui autem fideliter agunt placent ei. Homo ver
sutus celat scientiam. et cor insipientium provocat stulticiam
Manus fortium dominabitur. que autem remissa est tributis
serviet. Meror in corde viri iusti humiliabit eum. et sermone
bono letificabitur. Qui negligit dampnum propter amicum
iustus est. iter autem impiorum decipiet eos. Non inveniet
fraudulentus lucrum / et substantia hominis erit auri precium
In semita iusticie vita. iter autem devium ducit ad mor=
tem. Filius sapiens doctrina patris. De fructu Item
oris sui homo saciabitur bonis. Qui autem illusor
est non audit cum arguitur. De fructu oris sui ho XIII
mo saciabitur bonis. Anima autem impiorum iniqua

Parabole

Qui custodit os suum custodit animam suam / qui autem incon-
sideratus est ad loquendum sentiet mala. Vult et non vult
piger. anima autem operantium impinguabitur. Verbum mendax
iustus detestabitur. Impius autem confundit et confundetur. Iustitia
custodit innocentis viam. Impietas autem peccatorem supplan-
tat. Est quasi dives cum nihil habeat. et est quasi pauper cum in multis
divitiis sit. Redemptio anime viri divitie sue / qui autem
pauper est increpationem non sustinet. Lux iustorum letificat.
Lucerna autem impiorum extinguetur. Inter superbos semper iurgia
sunt / qui autem agunt cum consilio omnia reguntur sapientia. Sub-
stantia festinata minuetur / que autem paulatim colligitur ma-
nu multiplicabitur. Spes que differtur affligit animam. lignum
vite desiderium veniens. Qui detrahit alicui rei, ipse se in fu-
turo obligat. qui autem timet preceptum in pace versabitur.
Anime dolose errant in peccatis. iusti autem misericordes sunt et
miserantur. Lex sapientis fons vite ut declinet a ruina
mortis. Doctrina bona dabit gratiam. in itinere contemptorum
vorago. Astutus omnia agit cum consilio. qui autem fatuus est
aperit stultitiam. Nuntius impii cadet in malum. legatus fidelis
sanitas. Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam. qui
autem acquiescit arguenti glorificabitur. Desiderium si compleatur
delectat animam. detestantur stulti eos qui fugiunt mala.
Qui cum sapientibus graditur sapiens erit. amicus stultorum similis
illis efficietur. Peccatores persequitur malum. et iustis retribuentur
bona. Bonus relinquit heredes filios et nepotes / et custoditur
iusto substantia peccatoris. Multi cibi in novalibus patrum. et alii
congregantur absque iudicio. Qui parcit virge odit filium suum
Qui autem diligit illum instanter erudit. Iustus comedit et re-
plet animam suam. venter autem impiorum insaturabilis.

XIIII Sapiens mulier edificat domum suam. insipiens ex-
structam manibus destruet. Ambulans recto itinere
et timens deum despicitur ab eo qui infami graditur
via. In ore stulti virga superbie. labia sapientium custodi-
unt eos. Ubi non sunt boves presepe vacuum est. ubi autem
apparent plurime segetes ibi manifesta fortitudo bovis.

Testis fidelis non mentitur profert mendacium dolosus testis q
Derisor sapientiam et non inveniet doctrina prudentium facilis
Vade contra virum stultum et nescit labia prudentie
Sapientia callidi est intelligere viam suam et imprudentia stultorum
errans Stultus illudit peccatum et inter iustos morabitur gratia
Cor quod novit amaritudinem anime sue in gaudio eius
non miscebitur extraneus Domus impiorum delebitur tabernacula
iustorum germinabunt Est via que videtur homini iusta No-
vissima autem eius deducunt ad mortem Risus dolore miscebitur
et extrema gaudii luctus occupat Viis suis stultus replebitur
et super eum erit vir bonus Innocens credit omni verbo astutus
considerat gressus suos Sapiens timet et declinat a ma-
lo stultus transilit et confidit Impatiens operabitur stul-
ticiam et vir versutus odiosus est Possidebunt parvuli stul-
ticiam et expectabunt astuti scientiam Iacebunt mali ante bo-
nos et impii ante portas iustorum Etiam proximo suo pauper
odiosus erit amici vero divitum multi Qui despicit proximum
suum peccat qui autem miseretur pauperis beatus erit Qui credit
in domino misericordiam diligit Errant qui operantur malum misericordia
et veritas preparant bona In omni opere bono erit abundancia
Ubi autem verba sunt plurima ibi egestas frequenter Corona sa-
pientum divitie eorum fatuitas stultorum imprudentia Liberat
animas testis fidelis et profert mendacia versipellis In
timore domini fiducia fortitudinis et filiis eius erit spes
Timor domini fons vite ut declinet a ruina mortis
In multitudine populi dignitas regis et in paucitate plebis
ignominia principis Qui patiens est multa gubernatur pru-
dencia qui autem impatiens est exaltat stulticiam suam Vita
carnium sanitas cordis putredo ossium invidia Qui calumni-
atur egentem exprobrat factori eius honorat autem eum qui
miseretur pauperis In malicia sua expellitur impius
Sperat autem iustus in morte sua In corde prudentis requiescit
sapientia et indoctos quosque erudiet Iusticia elevat gentem
miseros facit populos peccatum Acceptus est regi minister intelligens
Responsio mollis / Iracundia eius inutilis sustinebit
frangit iram sermo durus suscitat furorem Lingua XV

Parabole

sapientum ornat sciam / os fatuorum ebulit stultitiam In omni lo
co oculi domini contemplantur bonos et malos Lingua pla
cabilis lignum vite Que autem immoderata est conteret spiritum
Stultus irridet disciplinam patris sui / qui autem custodit incre
pationes astutior fiet In habundanti iusticia virtus maxima
est cogitationes autem impiorum eradicabuntur / Domus iusti
plurima fortitudo et in fructibus impii conturbacio Labia
sapiencium disseminant sciam Cor stultorum dissimile erit
Victime impiorum abhominabiles deo / vota iustorum placabilia
Abhominatio est domino via impii / qui sequitur iusticiam diligitur
ab eo. Doctrina mala deserenti viam vite Qui increpationes
odit morietur Infernus et perdicio coram domino / quanto magis cor
da filiorum hominum Non amat pestilens eum qui se corripit
nec ad sapientes graditur Cor gaudens exhilarat faciem In me
rore animi deicitur spiritus Cor sapientis querit doctrinam / et os
stultorum pascitur imperitia. Omnes dies pauperis mali Secura
mens quasi iuge convivium Melius est parum cum timore
domini / quam thesauri magni et insaciabiles Melius est vo
care ad olera cum caritate / quam ad vitulum saginatum cum odio
Vir iracundus provocat rixas / qui paciens est mitigat su
scitatas Iter impiorum quasi sepes spinarum. via iustorum absque
offendiculo / Filius sapiens letificat patrem Et stultus
homo despicit matrem suam Stulticia gaudium stulto
Et vir prudens diriget gressus suos / Dissipantur cogitationes
ubi non est consilium / ubi vero plures sunt consiliarii confir
mantur Letatur homo in sentencia oris sui. et sermo oportunus
est optimus Semita vite super eruditum / ut declinet de in
ferno novissimo Domos superborum demolietur dominus. et firmos
faciet terminos vidue Abhominaciones domini cogitationes
male et purus ~~sermo~~ sermo pulcherrimus ab eo firmabitur Con
turbat domum suam qui sectatur avariciam Qui autem odit
munera vivet Per misericordiam et fidem purgantur peccata / per
timorem autem domini declinat omnis a malo Mens iusti me
ditabitur obedienciam / os impiorum redundat malis Longe
est dominus ab impiis et orationes iustorum exaudiet Lux oculorum
letificat animam. Fama bona impinguat ossa Auris que
audit increpationes vite in medio sapiencium commorabitur

Augustinus in omelia xiiii q…
v… forte aliquis cogitat et di
cat sic pauci divites avari
cupidi non habeo peccatum si eis
illis abstulero et pauperibus dedero
quia cum illi nichil boni agunt
mercedem habere potero sed hinc di
versitas diabolica calliditate
suggeritur Nam si totum tri
buat quod abstulit addit potius
peccatum quam minuat Gregorius in
regula Gregorio … 191 non
est putanda nec sub obtentu
elemosine cum peccato aliquid
[illegible] acquirere prohibet
scriptura dicens Victime impiorum
… que scelere offeruntur …
Quemadmodum enim in dei sacrificio
ex scelere offeruntur omnipotentis
dei non placant iracundiam
sed irritat hinc scriptum est
Honora dominum de tua … male
tollit ut … bene … …
sine dubio … dominum in ho
norat …

Qui abicit disciplinam despicit animam suam Qui autem acqui-
escit increpationibus possessor est cordis Timor domini disci-
sapiencie et gloriam precedit humilitas sapiencie
Hominis est animam preparare et domini gubernare linguam XVI
Omnes vie hominum patent oculis eius spirituum pon-
derator est dominus Revela domino opera tua et dirigentur
cogitationes tue Universa propter semetipsum operatus est dominus
impium quoque ad diem malum Abhominatio domini est omnis arro-
gans Etiamsi manus ad manum fuerit non erit innocens
Inicium vite bone facere bona Accepta autem apud deum
magis quam immolare hostias Misericordia et veritate redi-
mitur iniquitas et in timore domini declinatur a malo Cum
placuerit domino vie hominis inimicos quoque eius convertit
ad pacem Melius est parum cum iusticia quam multi fructus
cum iniquitate Cor hominis disponet viam suam sed domini est
dirigere gressus eius Divinatio in labiis regis in iudicio
non errabit os eius Pondus et statera iudicia domini sunt
et opera eius omnes lapides sacculi Abhominabiles sunt omnes
qui agunt impie quoniam iusticia firmatur solium Voluntas re-
gum labia iusta qui recta loquitur diligetur Indignatio regis
nuncii mortis et vir sapiens placabit eam In hilaritate
vultus regis vita et clementia eius quasi imber serotinus
Posside sapientiam quia auro melior est et acquire pruden-
ciam quia preciosior est argento Semita iustorum decli-
nat mala custos anime sue servat viam suam Contricionem
precedit superbia et ante ruinam exaltatur spiritus Melius
est humiliari cum mitibus quam dividere spolia superbis Erudi-
tus in verbo reperiet bona et qui in domino sperat beatus est Qui
sapiens est corde appellabitur prudens et qui dulcis eloquio
maiora reperiet Fons vite eruditio possidentis doctrina
stultorum fatuitas Cor sapientis erudiet os eius et labiis
illius addet graciam Favus mellis composita verba dulcedo
anime et sanitas ossium Est via que videtur homini recta
et novissima eius ducunt ad mortem Anima laborantis labo-
rat sibi quia compulit eum os suum Vir impius fodit malum
et in labiis eius ignis ardescit Homo perversus suscitabit

lites / et verbosus separat principes Vir iniquus lactat amicum suum
et ducit eum per viam non bonam Qui attonitis oculis cogi
tat prava mordens labia sua perficit malum Corona dignitatis
senectus que in viis iustitie reperietur Melior est patiens viro
forti et qui dominatur animo suo expugnatore urbium Sortes
mittuntur in sinum sed a domino temperantur

XVII Melior est buccella sicca cum gaudio quam plena domus
victimis cum iurgio Servus sapiens dominabitur stultis
filiis / et inter fratres hereditatem dividet Sicut igne probatur
aurum et argentum camino ita corda probat deus Malus obedit
lingue inique et fallax obtemperat labiis mendacibus
Qui despicit pauperem exprobat factori suo / et qui in ru
ina letatur alterius non erit impunitus Corona senum filii filiorum
filii et gloria filiorum patres eorum Non decet stultum verba
composita nec principem labium mentiens Gemma gratissima
expectatio prestolantis quocumque se verterit prudenter intelli
git Qui celat delictum querit amicitias / qui altero sermone
repetit separat federatos Plus proficit correptio apud pru
dentem quam centum plage apud stultum Semper iurgia
querit malus angelus autem crudelis mittetur contra eum Expedit
magis urse occurrere raptis fetibus quam fatuo confidenti sibi
in stultitia sua Qui reddit mala pro bonis non recedet
malum de domo eius Qui dimittit aquam caput est iur
giorum et antequam patiatur contumeliam iudicium deserit Et
qui iustificat impium et qui condemnat iustum abhominabilis
est uterque apud deum Quid prodest iusto stulto habere
divitias cum sapientiam emere non possit Qui altam facit
domum suam querit ruinam et qui devitat discere incidit
in mala Omni tempore diligit qui amicus est / et frater
in angustiis comprobatur Homo stultus plaudet manibus
suis cum spoponderit pro amico suo Qui meditatur discor
dias diligit rixas et qui exaltat ostium querit ruinam
Qui perversi cordis est non inveniet bonum et qui vertit linguam
incidet in malum Natus est stultus in ignominiam suam sed
nec pater in fatuo letabitur Animus gaudens etatem floridam
facit Spiritus tristis exsiccat ossa Munera de sinu impius
accipit / ut pervertat semitas iudicii In facie prudentis lucet

Oculi stultorum in finibus terre. Ira patris filius stultus est
et dolor matris que genuit eum. Non est bonum dampnum infe-
rre iusto / nec percutere principem qui recte iudicat. Qui mo-
deratur sermones suos. doctus et prudens est / et preciosi spiritus
vir eruditus. Stultus quoque si tacuerit sapiens reputabitur
Et si compresserit labia sua intelligens. c. xviii

xviii

Occasiones querit qui vult recedere ab amico / omni
tempore erit exprobrabilis. Non re-
cipit stultus verba prudencie / nisi ea dixerit que versantur in
corde eius. Impius cum in profundum venerit peccatorum
contempnit / sed sequitur eum ignominia et opprobrium. Aqua
profunda verba ex ore viri. Et torrens redundans fons sa-
piencie. Accipere personam impii in iudicio non est bonum / ut
declines a veritate iudicii. Labia stulti immiscent se
rixis. et os eius iurgia provocat. Os stulti contricio
eius / et labia eius ruina anime eius. Verba bilinguis
quasi simplicia. et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris.
Pigrum deicit timor. anime autem effeminatorum esurient. Qui
mollis et dissolutus est in opere suo. frater est sua opera
dissipantis. Turris fortissima nomen domini ad ipsum
currit iustus et exaltabitur. Substancia divitis
urbs roboris eius / et quasi murus validus circumdans eum.
Antequam conteratur exaltatur cor hominis / et antequam glorificetur
humiliatur. Qui prius respondet quam audiat. stultum se esse de-
monstrat. et confusione dignum. Spiritus viri sustentat im-
becillitatem eius. Spiritum vero ad irascendum facilem / quis
poterit sustinere. Cor prudens possidebit scienciam. et auris
sapiencium querit doctrinam. Donum hominis dilatat viam
eius. et ante principes spacium ei facit. Iustus prior est
accusator sui. et venit amicus eius. et investigabit eum.
Contradicciones comprimit sors et inter potentes quoque diiudicat.
Frater qui adiuvatur a fratre quasi civitas firma / et iudicia
quasi vectes urbium. De fructu oris viri replebitur venter
eius / et genimina labiorum saturabunt eum. Mors et vita
in manibus lingue. Qui diligunt eam comedent fructus
eius. Qui invenit mulierem bonam invenit bonum. et hauriet

iocunditatem a domino Qui expellit mulierem bonam expellit bonum
Qui autem tenet adulteram stultus est et insipiens Cum
obsecrationibus loquitur pauper et dives affabitur rigide
Vir amicabilis ad societatem amicus magis erit quam frater

XIX

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua
quam dives torquens labia sua et insipiens Ubi
non est scientia anime non est bonum et qui festi
nus est pedibus offendit Stultitia hominis supplantat
gressus eius et contra deum fervet animo suo Divitie ad
dunt amicos plurimos A paupere autem et hii quos habuit
separantur Testis falsus non erit impunitus et qui loquitur
mendacia non effugiet Multi colunt personam potentis et
amici sunt dona tribuentis Fratres hominis pauperis oderunt eum
insuper et amici procul recesserunt ab eo Qui tantum
verba sectatur nihil habebit Qui autem possessor est
mentis diligit animam suam et custos prudentie inveniet
bona Testis falsus non erit impunitus et qui loquitur men
dacia peribit Non decent stultum delicie nec servum dominari
principibus Doctrina viri per patientiam noscitur et gloria
eius est iniqua pretergredi Sicut fremitus leonis ita et
regis ira Et sicut ros super herbam ita et hilaritas
eius Dolor patris filius stultus et tecta iugiter perstillan
tia litigiosa mulier Domus et divitie dantur a parenti
bus a domino autem proprie uxor prudens Pigredo immittit
soporem et anima dissoluta esuriet Qui custodit man
datum custodit animam suam Qui autem negligit viam suam
mortificabitur Feneratur domino qui miseretur pauperis
et vicissitudinem suam reddet ei Erudi filium tuum ne desperes
ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam Qui
impatiens est sustinebit dampnum et cum rapuerit aliud appo
net Audi consilium et suscipe disciplinam ut sis sapiens
in novissimis tuis Multe cogitationes in corde viri vo
luntas autem domini permanebit Homo indigens mi
sericors est et melior pauper iustus quam vir mendax Timor
domini ad vitam et in plenitudine commorabitur absque visitatione
pessima Abscondit piger manum suam sub ascella nec ad

os suum applicat eam Pestilente flagellato stultus sapientior
erit Si autem corripueris sapientem intelliget disciplinam Qui
affligit patrem et fugit matrem ignominiosus est et infelix
Non cesses audire fili doctrinam ne ignores sermones scientie
Testis iniquus deridet iudicium et os impiorum devorat ini-
quitatem Parata sunt derisoribus iudicia et mallei percutientes
Luxuriosa res vinum et tumultuo stultorum corporibus
sa ebrietas Quicumque hiis delectatur non erit sapiens
Sicut rugitus leonis ita et terror regis Qui pro- XX
vocat eum peccat in animam suam Honor est homini qui separatur
a contentionibus Omnes autem stulti miscentur contumeliis
Propter frigus piger arare noluit mendicabit ergo estate et
non dabitur ei Sicut aqua profunda sic consilium in corde vi-
ri sed homo sapiens exhauriet illud Multi homines misericordes vo-
cantur Virum autem fidelem quis inveniet Iustus qui ambulat
in simplicitate sua Beatos post se filios relinquet Rex qui se-
det in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo Quis
potest dicere mundum est cor meum purus sum a peccato Pondus
et pondus mensura et mensura utrumque abhominabile
est apud deum Ex studiis suis intelligitur puer si munda
et recta sint opera eius Aurem audientem et oculum videntem
dominus fecit utrumque Noli diligere sompnum ne te egestas
opprimat Aperi oculos tuos et saturare panibus Malum
est malum est dicit omnis emptor et cum recesserit tunc
gloriabitur Est aurum et multitudo gemmarum et vas pre-
ciosum labia scientie Tolle vestimentum eius qui fideiussor
extitit alieni et pro extraneo aufer pignus ab eo Suavis
est homini panis mendacii et postea implebitur os eius
calculo Cogitationes consiliis roborabuntur et guberna-
culis tractanda sunt bella Ei qui revelat misteria
et ambulat fraudulenter et dilatat labia sua ne com-
miscearis Qui maledicit patri suo et matri extinguetur
lucerna eius in mediis tenebris Hereditas ad quam fe-
stinatur in principio in novissimo benedictione carebit
Ne dicas reddam malum pro malo expecta dominum et
liberabit te Abhominatio est apud deum pondus et pondus

Statera dolosa non est bonum. A domino diriguntur gressus viri: quis
autem hominum potest intelligere viam suam? Ruina est homini de-
vorare sanctos, et post vota retractare. Dissipat impios rex sa-
piens, et incurvat super eos fornicem. Lucerna domini spiraculum
hominis, que investigabit omnia secreta ventris. Misericordia
et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thro-
nus eius. Exultatio iuvenum fortitudo eorum, et dignitas
senum canicies. Livor vulneris absterget mala, et plage
in secretioribus ventris.

XXI.

Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu domini; quocumque voluerit
inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur, appen-
dit autem corda dominus. Facere misericordiam et iudicium magis placet
domino quam victime. Exultatio oculorum est dilatatio cordis,
lucerna impiorum peccatum. Cogitationes robusti semper in abun-
dantia; omnis autem piger semper in egestate est. Qui con-
gregat thezauros lingua mendacii, vanus est et excors,
et impingetur ad laqueos mortis. Rapine impiorum detrahent
eos, quia noluerunt facere iudicium. Perversa via viri, aliena est;
qui autem mundus est, rectum opus eius. Melius est sedere in
angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi.
Anima impii desiderat malum, non miserebitur proximo suo.
Mulctato pestilente sapientior erit parvulus, et si sectetur
sapientem, sumet sciam. Excogitat iustus de domo impii,
ut detrahat impios a malo. Qui obturat aurem suam ad
clamorem pauperis, et ipse clamabit et non exaudietur. Munus
absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem
maximam. Gaudium iusto est facere iudicium, et pavor operantibus
iniquitatem. Vir qui erraverit a via doctrine, in cetu giga-
tum commorabitur. Qui diligit epulas, in egestate erit; qui
amat vinum et pinguia, non ditabitur. Pro iusto datur
impius, et pro rectis iniquus. Melius est habitare in terra
deserta, quam cum muliere rixosa et iracunda. Thezaurus
desiderabilis et oleum in habitaculo iusti, et imprudens
homo dissipabit illud. Qui sequitur iusticiam et misericordiam, inve-
niet vitam et iusticiam et gloriam. Civitatem fortium ascendit
sapiens, et destruxit robur fiducie eius. Qui custodit
os suum et linguam suam, custodit ab angustiis animam
suam. Superbus et arrogans vocatur indoctus, qui

Exultacio iuvenum fortitudo eorum, propter quod presbiter
et eligat presbiteros et seniores
[illegible] et in pueris dicitur.
Ubi senium est canicies, hic
non canicies sapienciam designat,
de qua scriptum: Canicies
hominis prudencia est. Cum enim
nongentis et eo amplius
annis ab Adam usque ad Abraham
vixisse homines legamus,
nullus alius primus appellatus
est presbiter senior nisi Abraham,
qui multo paucioribus vixisse
annis convincitur. Non ergo propter
decrepitam etatem, sed propter
sapientiam presbiter nominatur.

in ira operatur superbiam Desideria occidunt pigrum nolu-
erunt enim quicquam manus eius operari Tota die con-
cupiscit et desiderat. qui autem iustus est tribuet et non
cessabit Hostie impiorum abhominabiles, que offeruntur
ex scelere Testis mendax peribit vir obediens loquetur vi-
ctoriam Vir impius procaciter obfirmat vultum suum / qui
autem rectus est corrigit viam suam Non est sapiencia. non est
prudencia. non est consilium contra dominum Equus paratur
ad diem belli. dominus autem salutem tribuet
Melius est nomen bonum quam divicie multe super
argentum enim et aurum gracia bona Dives et
pauper obviaverunt sibi / et utriusque operator est XXII
dominus Callidus vidit malum et abscondit se innocens
pertransiit et afflictus est dampno Finis modestie timor
domini / divicie et gloria et vita / arma et gladii in via
perversi Custos autem anime sue longe recedit ab eis Pro-
verbium est Adolescens iuxta viam suam gradietur. et cum
senuerit non recedet ab ea Dives pauperibus imperat /
et qui accipit mutuum servus est feneantis Qui seminat
iniquitatem metet mala / et virga ire sue consummabitur
Qui pronus est ad misericordiam benedicetur / de panibus enim suis
dedit pauperi Victoriam et ~~gloriam~~ honorem acquiret /
qui dat munera. animam autem aufert accipientium Eice
derisorem et exibit cum eo iurgium / cessabuntque cause
et contumelie Qui diligit cordis mundiciam propter graciam
labiorum suorum habebit amicum regem Oculi domini custo-
diunt scienciam / et supplantantur verba iniqui Dicit piger
Leo est foris in medio platearum occidendus sum Fovea
profunda os aliene / cui iratus est dominus incidet in eam
Stulticia colligata est in corde pueri / et virga discipl-
ine fugabit eam Qui calumniatur pauperem / ut au-
geat divicias suas. dabit ipse diciori et egebit. Fili
inclina aurem tuam et audi verba sapientum / appone
autem cor ad doctrinam meam Que pulchra erit tibi cum ser-
vaveris eam in ventre tuo / et redundabit in labiis tuis
ut sit in domino fiducia tua Unde et ostendi eam
tibi hodie Ecce descripsi eam tibi ~~triplicat~~ multipliciter in cogitacionibus

et scia. ut ostenderem tibi firmitatem et eloquia veritatis responde
ex hijs illis qui miserunt te Non facias violentiam pauperi quia
pauper est Neque conteras egenum in porta quia dominus iudicabit
causam eius et configet eos qui confixerunt animam eius
Noli esse amicus homini iracundo neque ambules cum viro furioso
ne forte discas semitas eius et sumas scandalum anime tue
Noli esse cum hijs qui defigunt manus suas et qui vades se
affligunt offerunt pro debitis Si enim non habes unde restituas
quid cause est ut tollas operimentum tuum de cubiculo tuo Ne
transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui
Vidisti virum velocem in opere suo coram regibus stabit nec

XXIII

Quando sederis ut comedas cum Nec erit ante ignobiles
principe diligenter attende que posita sunt ante faciem
tuam et statue cultrum in gutture tuo Si autem habes in
potestate animam tuam ne desideres de cibis eius in quo est panis
mendacij Noli laborare ut diteris sed prudentie tue pone
modum Ne erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes
quia facient sibi pennas quasi aquile et avolabunt in celum Ne
comedas cum homine invido et ne desideres cibos eius quoniam
in similitudinem arioli et coniectoris estimat quod ignorat
Comede et bibe dicet tibi et mens eius non est tecum Cibos
quos comederas evomes et perdes pulcros tuos sermones
In auribus insipientium ne loquaris quia despiciet doctrinam
eloquij tui Ne attingas terminos parvulorum et agrum pu
pillorum ne introeas Propinquus enim eorum fortis est et
ipse iudicabit contra te causam eorum Ingrediatur ad doctrinam
cor tuum et aures tue ad verba scientie Noli subtrahere a puero
disciplinam Si enim percusseris eum virga non morietur Tu virga
percuties eum et animam eius de inferno liberabis Fili mi
Si sapiens fuerit animus tuus gaudebit cor meum tecum et ex
// renes ultabunt tecum [illegible] mei cum locuta fuerint rectum labia
tua Non emuletur cor tuum peccatores sed in timore domini
esto tota die quia habebis spem in novissimo et pre
stolatio tua non auferetur Audi fili mi et esto sapiens
et dirige in viam animum tuum Noli esse in conviviis pota
torum nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescen
dum conferunt quia vacantes potibus et dantes simbola
consumentur et vestietur pannis dormitatio Audi patrem

tuo qui genuit te / et ne contemnas cum senuerit
mater tua. Veritatem eme et noli vendere sapientiam et
doctrinam et intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti qui
autem sapientem genuit letabitur in eo. Gaudeat pater tuus
et mater tua / et exultet que te genuit. Prebe fili cor tuum
mihi / et oculi tui vias meas custodiant. Fovea enim profun-
da est meretrix / et puteus angustus aliena. Insidiatur
in via quasi latro / et quos incautos viderit interficiet. Cui
ve cuius patri ve. Cui rixe. Cui fovee. Cui sine causa vul-
nera. Cui suffossio oculorum. Nonne hiis qui commorantur
in vino / et student calicibus epotandis. Ne intuearis
vinum quando flavescit. cum splenduerit in vitro color eius.
Ingreditur blande sed in novissimo mordebit ut coluber
et sicut regulus venena diffundet. Oculi tui extraneas
videbunt / et cor tuum loquetur perversa. Et eris sicut
dormiens in medio maris / et quasi sopitus gubernator amis-
so clavo. et dices. Verberaverunt me et non dolui. T-
raxerunt me et non sensi. quando evigilabo et rursum vina
reperiam.

Ne emuleris viros malos. nec / XXIIII
desideres esse cum eis. Quia rapinas me-
ditabitur mens eorum / et fraudes labia eorum
loquuntur. Sapientia edificabitur domus et prudentia robo-
rabitur. In doctrina replebuntur cellaria / universa substantia
preciosa et pulcherrima. Vir sapiens fortis est / et vir doctus
robustus et validus. Quia cum dispositione initur bellum
et erit salus ubi multa consilia sunt. Excelsa stulto sa-
pientia in porta non aperiet os suum. Qui cogitat male
facere stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum est / et ab-
hominatio hominum detractor. Si desperaveris in die angustie
lapsus imminuetur fortitudo tua. Erue eos qui du-
cuntur ad mortem et qui trahuntur ad interitum liberare ne
cesses. Si dixeris vires non suppetunt / qui inspector est cordis
ipse intelligit. et servatorem anime tue nichil fallit / re-
ddet quoque homini iuxta opera sua. Comede fili mel. quia
bonum est. et favum dulcissimum gutturi tuo. Sic et doctri-
na sapientie anime tue / quam cum inveneris habebis in novissimis
spem / et spes tua non peribit. Ne insidieris et queras i-
mpietatem in domo iusti / neque vastes requiem eius
Septies enim cadet iustus et resurget. Impii autem

Secundum ad litteram moraliter de peccato veniali. Si cadit quando iustus est si iustus quando cadit sed
iusti vocabulo non amittit qui per veniam semper resurgit. Et non solum septies sed etiam
septuagesies septies delinquenti si conversus ad penitentiam peccata donantur.

corruet in malum. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas
et in ruina eius ne exultet cor tuum ne forte videat dominus
et displiceat ei et auferat ab eo iram suam. Ne contendas
cum pessimis nec emuleris impios quoniam non habent futurorum
spem mali et lucerna impiorum extinguetur. Time dominum
fili mi et regem et cum detractoribus ne commiscearis
Quoniam repente consurget perditio eorum et ruinam
utriusque quis novit. Hec quoque sapientibus. Cognoscere personam
in iudicio non est bonum. Qui dicit impio iustus es male
dicent eum populi et detestabuntur eum tribus. Qui arguunt
laudabuntur et super eos veniet benedictio. Labia deoscu
labitur qui recta verba respondet. Prepara foris opus tuum et
diligenter exerce agrum tuum et postea edifices domum tuam
Ne sis testis frustra contra proximum tuum nec lactes quemquam
labiis tuis. Ne dicas quomodo fecit mihi sic faciam ei reddam
unicuique secundum opus suum. Per agrum hominis pigri transivi
et per vineam stulti viri et ecce totum repleverant urtice oper
uerunt superficiem eius spine et maceria lapidum destructa
erat. Quod cum vidissem posui in corde meo et exemplo
didici disciplinam. Usquequo piger dormies quando de sompno non
consurges. Parum inquit dormies modicum dormitabis
paululum manus conseres ut quiescas et veniet tibi quasi
cursor egestas tua et mendicitas tua quasi vir armatus
Hec quoque parabole Salomonis quas transtulerunt viri Ezechie regis Iude
XXV Gloria dei est celare verbum et gloria regum inve
stigare sermonem. Celum sursum et terra deorsum
et cor regum inscrutabile. Aufer rubiginem de ar
gento et egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu
regis et firmabitur iustitia thronus eius. Ne gloriosus appareas
coram rege et in loco magnorum ne steteris. Melius est
enim ut dicatur tibi ascende huc quam ut humilieris coram
principe. Que viderunt oculi tui ne proferas in iurgio
cito ne postea emendare non possis cum dehonestaveris amicum
tuum. Causam tuam tracta cum amico tuo et secretum extraneo
ne reveles ne forte insultet tibi cum audierit et exprobra
re non cesset. Gratia et amicitia liberant quas tibi serva
ne exprobrabilis fias. Mala aurea in lectis

argenteis / qui loquitur verbum in tempore suo Inauris aurea
et margaritum fulgens qui arguit sapientem / et aurem
obedientem Sicut frigus nivis in die messis Ita legatus
fidelis ei qui eum misit / animam illius requiescere facit Nu
bes et ventus et pluvie non sequentes / vir gloriosus
et promissa non complens Paciencia lenietur princeps / et
lingua mollis confringet duriciam Mel invenisti comede
quod sufficiat tibi ne forte saciatus evomas illud
Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui ne forte sa
ciatus oderit te Iaculum et gladius et sagitta acuta Homo
qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium Dens
putridus / et pes lassus qui sperat super infideli in die
angustie et amittit pallium in die frigoris Acetum in ni
tro qui cantat carmina cordi pessimo Sicut tinea
vestimento et vermis ligno ita tristicia viri nocet cordi
Si esurierit inimicus tuus ciba illum Si sitierit da ei
aquam bibere. sic prunas congregabis super caput eius /
et dominus reddet tibi Ventus aquilo dissipat pluvias et
facies tristis linguam detrahentem Melius est sedere
in angulo domatis / quam cum muliere litigiosa in domo com
muni Aqua frigida anime sitienti / et nuncius bonus
de terra longinqua Fons turbatus pede et vena corru
pta. iustus cadens coram impio Sicut qui mel come
dit multum. non est ei bonum. sic qui perscrutator est maie
statis opprimetur a gloria Sicut urbs patens et absque
murorum ambitu ita et vir qui non potest in loquendo
Quomodo nix in estate et cohibere spiritum suum XXVI
pluvie in messe. sic indecens est stulto gloria
Nam sicut avis ad alta transvolans / et passer
quolibet vadens. sic maledictum frustra prolatum in quem
piam superveniet. Flagellum equo et camus asino
et virga in dorso imprudentium Ne respondeas stulto
iuxta stulticiam suam. ne sibi sapiens esse videatur Claudus
pedibus et iniquitatem bibens. qui mittit verba per nuncium
stultum Quomodo frustra claudus pulchras habet tybias
sic indecens est in ore stultorum parabola Sicut qui

lapidem in aceruum mercurij ita qui tribuit insipienti honorem
Quomodo si spina nascatur in manu temulenti sic parabola in
ore stultorum Judicium determinat causas / et qui imponit stul
to silentium iras mitigat Sicut canis qui revertitur
ad vomitum suum sic imprudens qui iterat stultitiam suam
Vidisti hominem sapientem sibi videri magis illo spem habebit
insipiens Dicit piger leo est in via leena in itineribus
Sicut hostium vertitur in cardine suo ita piger in lectulo
suo Abscondit piger manus sub ascella sua / et laborat
si ad os suum illas convertat Sapientior sibi videtur piger
vij viris loquentibus sentencias Sicut qui apprehendit auribus
canem / sic qui transit et impaciens commiscetur rixe alterius
Sicut noxius est qui mittit lanceas et sagittas in
mortem sic ita vir qui fraudulenter nocet amico suo / et
cum fuerit deprehensus dicit / ludens feci Cum defecerint
ligna extinguetur ignis / et susurrone subtracto conquiescent
iurgia Sicut carbones ad prunas et ligna ad ignem
/ sic homo iracundus ad suscitandas rixas Verba susurro
nis quasi simplicia / et ipsa perveniunt ad intima ventris
Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile sic labia
tumencia cum pessimo corde sociata Labiis suis intelligitur
inimicus cum in corde tractaverit dolos Quando submiserit vocem
suam ne credideris ei / quoniam septem nequicie sunt in cor
de illius Qui operit odium fraudulenter / revelabitur mali
cia eius in concilio Qui fodit foveam incidet in eam / et
qui volvit lapidem revertetur ad eum Lingua fallax non
amat veritatem / et os lubricum operatur ruinas xxvij

XXVII

Ne glorieris in crastinum ignorans quid superventura
pariet dies Laudet te alienus et non os tuum / xxvij
Extraneus et non labia tua Grave est saxum et
onerosa arena / sed ira stulti utroque gravior Ira non
habet misericordiam / nec erumpens furor Et impetum concitati spiritus
quis ferre poterit Melior est manifesta correptio quam
amor absconditus Meliora sunt vulnera diligentis quam
fraudulenta odientis oscula Anima saturata calcabit
favum et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet
Sicut avis transmigrans de nido suo sic vir qui relinquit

loco suo. Unguento et variis odoribus delectatur cor / et bonis
amici consiliis anima dulcoratur. Amicum tuum et amicum patris
tui ne dimiseris / et domum fratris tui / ne ingrediaris in die
afflictionis tue. Melior est vicinus iuxta / quam frater procul /
Stude sapientie fili mi / et letifica cor meum ut possis exprobran
ti respondere sermonem. Astutus videns malum absconditus est
parvuli transeuntes sustinuerunt dispendia. Tolle vestimen
tum eius qui spopondit pro extraneo / et pro alieno aufer pi
gnus. Qui benedicit proximo suo voce grandi / de nocte con
surgens. maledicenti similis erit. Tecta perstillantia in die fri
goris / et litigiosa mulier comparantur. Qui retinet eam quasi
qui ventum teneat et oleum dextere sue evocabit. Ferrum
ferro acuitur / et homo exacuit faciem proximi sui. Qui servat
ficum comedet fructus eius. Et qui custos est domini sui glori
ficabitur. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium
sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Infernus et perditio
non replebuntur / similiter et oculi hominum insaciabiles. Quomodo
probatur in conflatorio argentum / et in fornace aurum. sic
probatur homo ore laudantis. Cor iniqui exquirit mala. Cor
autem rectum exquirit scientiam. Si contuderis stultum in pila / quasi
ptisanas feriente desuper pilo non auferetur ab eo stultitia
eius. Diligenter agnosce vultum pecoris tui. tuosque greges
considera. Non enim habebis iugiter potestatem / sed corona tribuetur
in generatione et generationem. Aperta sunt prata / et apparuerunt
herbe virentes / et collecta sunt fena de montibus. Agni ad
vestimentum tuum et edi ad agri pretium. Sufficiat tibi lac ca
prarum in cibos tuos in necessaria domus tue et ad victum ancill

Fugit impius nemine persequente. Iustus
autem quasi leo confidens absque terrore erit. Propter peccata XXVIII
terre multi principes eius. Et propter hominis sapientiam et horum
scientiam que dicuntur vita ducis longior erit. Vir pauper
calumnians pauperes similis est ymbri vehementi in quo paratur
fames. Qui derelinquunt legem laudant impium / qui custodiunt
succenduntur contra eum. Viri mali non cogitant iudicium

Qui autem sequitur dominum animadvertit omnia. Melior est pauper
ambulans in simplicitate sua quam dives pravis itineribus. Qui
custodit legem filius sapiens est. Qui autem pascit comessato-
res confundit patrem suum. Qui coacervat divitias usuris et
fenore liberali in pauperes eas congregat. Qui declinat au-
rem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Qui
decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, et
simplices possidebunt bona eius. Sapiens sibi videtur vir di-
ves. Pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatione iustorum
multa gloria est. Regnantibus impiis ruine hominum. Qui abscondit
scelera sua non dirigetur. Qui autem confessus fuerit et reliquerit ea
misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pavidus, qui vero
mentis est dure corruet in malum. Leo rugiens et ursus
esuriens princeps impius super populum pauperem. Dux indigens
prudentia multos opprimet per calumniam. Qui autem odit avari-
tiam longi fient dies eius. Hominem qui calumniatur anime
sanguinem si usque ad lacum fugerit nemo sustinet.
Qui ambulat simpliciter salvus erit. Qui perversis graditur
viis concidet semel. Qui operatur terram suam saturabitur pa-
nibus. Qui sectatur ocium replebitur egestate. Vir fidelis multum
laudabitur. Qui autem festinat ditari non erit innocens. Qui
cognoscit in iudicio faciem non bene facit. Iste / et pro buccella
panis deserit veritatem. Vir qui festinat ditari et aliis invidet
ignorat quod egestas veniat ei. Qui corripit hominem / gratiam postea
inveniet apud eum magis quam ille qui a patre suo / et a matre
et dicit hoc non est peccatum particeps homicide est. Qui se iactat
et dilatat iurgia concitat. Qui vero sperat in domino sanabitur.
Qui confidit in corde suo stultus est. Qui autem graditur
sapienter iste salvabitur. Qui dat pauperi non indigebit. Qui
despicit deprecantem sustinebit penuriam. Cum surrexerint impii
abscondentur homines. Cum illi perierint multiplicabuntur iusti.

XXIX Viro qui corripientem dura cervice contemnit / repen-
tinus ei superveniet interitus et eum sanitas non sequetur.
In multiplicatione iustorum letabitur vulgus. Cum impii
sumpserint principatum gemet populus. Vir qui amat sapientiam
letificat patrem suum. Qui autem nutrit scorta perdet substantiam.

Rex iustus terram erigit Vir avarus destruet eam Homo qui
blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo rete expandit
gressibus eius Peccantem virum iniquum involvet laqueus
et iustus laudabit atque gaudebit Novit iustus causam pauperum
Impius ignorat scientiam Homines pestilentes dissipant civitatem
sapientes vero avertunt furorem Vir sapiens si cum stulto con
tenderit sive irascatur sive rideat non inveniet requiem Viri
sanguinum oderunt simplicem iusti autem querunt animam eius Totum
spiritum suum profert stultus sapiens differt et reservat in
posterum Princeps qui libenter audit verba mendacii omnes
ministros habet impios Pauper et creditor obviaverunt sibi
utriusque illuminator est dominus Rex qui iudicat in veritate pauperes
thronus eius in eternum firmabitur Virga atque correctio tribu
unt sapientiam Puer autem qui dimittitur voluntati sue confundit
matrem suam In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera
et ruinas eorum iusti videbunt Erudi filium tuum et refrigerabit
te et dabit delicias anime tue Cum prophetia defecerit dissipa
bitur populus qui vero custodit legem beatus est Servus ver
bis non potest erudiri quia quod dicis intelligit et respondere
contemnit Vidisti hominem velocem ad loquendum stultitia magis spe
randa est quam illius correctio Qui delicate a pueritia nutrit servum
suum postea sentiet eum contumacem Vir iracundus provocat rixas
et qui ad indignandum facilis est erit ad peccandum proclivior Super
bum sequitur humilitas et humilem spiritu suscipiet gloria Qui cum
fure participat odit animam suam adiurantem audit et non
indicat Qui timet hominem cito corruet qui sperat in domino
sublevabitur Multi requirunt faciem principis et iudicium
a domino egreditur singulorum Abhominantur iusti virum impium
et abhominantur impii eos qui in recta sunt via Verbum
custodiens filius extra perditionem erit Verba congregantis filii vomentis

Visio quam locutus est vir cum quo deus erat et qui deo
secum morante confortatus ait alio et qui deum secum
morantem habuit ait confortatus Stultissimus sum
virorum et sapientia hominum non est mecum Non didici sapientiam
et non novi scientiam sanctorum Quis ascendit in celum ante quam
descendit Quis continuit spiritum in manibus suis Quis colli
gavit aquas quasi in vestimento Quis suscitavit omnes ter
minos terre quod nomen est eius et quod nomen filii
eius Si nosti Omnis sermo dei ignitus clipeus est sperantibus

XXX

i se Ne addas quicq̄ verbis illius / et arguaris inveniaris
q̄ mendax Duo rogaui te ne deneges michi anteq̄ moriar
Vanitatem et v̄ba mendacia longe fac a me Mendicitatem
et diuicias ne dederis m̄ · tribue tm̄ victui meo necc̄ia Ne forte
saciatus illiciar ad negandum et dicam Quis ē dn̄s Et egesta
te compulsus furer / et piurem nomē dei mei Ne accuses ser
uū ad dn̄m suū Ne forte maledicat tibi et corruas Gn̄a
tio que pr̄i suo maledicat et que m̄ri sue nō benedicit Gn̄a
tio que sibi mūda videtur et tamē nō est lota a sordibus suis
Generatio cuius excelsi sūt oculi et palpebre eius in alta subrecte
Gn̄atio que pro dentibus gladios hūt et commandit molari [vl' mandit]
bus suis vt comedat inopes de t̄ra et paupes ex hominibus
Sanguissuge due sūt filie dicentes affer affer · Tria sunt
insaciabilia / et quartū quod nunquā dicit sufficit Infernus
et os vulue · et t̄ra que nō saciatur aqua Ignis u'o nunq̄
dicit sufficit Oculū qui subsannat prēm et qui despicit p
tum m̄ris sue / effodiant eū corui de torrentibus / et come
dant eū filij aquile Tria sūt difficilia m̄ · et q̄rtū et q̄rtū
penitus ignoro viam aquile in celo viam colubri super
petram viam nauis in medio mari / et viā viri in adolescencia
Talis est et via mulieris adultere / que comedit / et tergens
os suū dicit / nō sū opata malū Per tria mouet' t̄ra
/ et q̄rtū nō pōt sustinē Per seruū cū regnauerit / p stultum
cū saciatus fuit cibo / p odiosam mulierem / cū in matrimonio
fuit assumpta fuit / et p ancillam cū heres fuit dn̄e sue Qua
tuor sūt minima terre Et ipa sūt sapienciora sapientibus
Formice ppl's infirmus qui preparant in messe cibū sibi Le
pusculus plebs inualida / qui collocat in petra cubile suū
Regem locusta nō habz et egreditur vniu'sa p turmas suas
Stellio manibus nititur / et moratur in edibus regis Tria
sunt que bene gradiuntur et q̄rtū qd̄ incedit feliciter Leo
fortissimus bestiarū ad nullius pauebit occursum Gallus suc
cinctus lumbos / et aries / nec est rex qui resistat ei Et
qui stultus stultus apparuit postq̄ eleuatus est in sublime
Si enim intellexisses ori imposuisses manū Qui aut fortiter
premit vbera ad eliciendū lac exp̄mit butirū Et q̄ vehe
ment' emungit elicit sanguinē Et qui prouocat iras pro
ducit discordias Verba lamuelis regis visio qua erudiuit

notorum meorum
eu͂ mr̃ sua Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei quid dilecte
Ne dederis mulieribus substanciam tuam et diuicias tuas ad XXXI
delendos reges Noli regibus o lamuel. noli regibus 155
dare vinum Quia nullum secretum est ubi regnat ebrie
tas Ne forte bibant et obliuiscantur iudiciorum beneficiorum tuorum / et mutent
causam filiorum pauperis Date siceram merentibus / et vinum
hys qui amaro sunt animo Bibant et obliuiscantur egestatis
sue / et doloris sui non recordentur amplius / Aperi os tuum muto
Et causis omnium filiorum qui pertranseunt Aperi os tuum decerne quod
iustum est / et iudica inopem et pauperem Mulierem for
tem quis inueniet Procul et de vltimis finibus precium eius
Confidit in ea cor viri sui et spoliis non indigebit Reddet
ei bonum et non malum. omnibus diebus vite sue Quesi
uit lanam et linum et operata est consilio manuum suarum
Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem
suum Et de nocte surrexit dedit que predam domesticis su
is et cibaria ancillis suis Considerauit agrum et emit
illum / de fructu manuum suarum plantauit vineam Accinxit
fortitudine lumbos suos et roborauit brachium suum
Gustauit et vidit quia bona est negociatio eius Non
extinguetur in nocte lucerna eius Manum suam misit ad for
tia / et digiti eius apprehenderunt fusum Manum suam aperuit
inopi / et palmas suas extendit ad pauperem Non timebit
domui sue a frigore niuis Omnes domestici eius vestiti sunt
duplicibus Stragulatam vestem fecit sibi Byssus et purpura
indumentum eius Nobilis in portis vir eius Quando sedebit
cum senatoribus terre Syndonem fecit et vendidit / et cin
gulum tradidit chananeo Fortitudo et decor indumentum
eius / et ridebit in die nouissimo Os suum aperuit sapiencie
et lex clemencie in lingwa eius Considerauit semitas
domus sue / et panem ociosa non comedit Surrexerunt
filii eius. et beatissimam predicauerunt vir eius et laudauit
eam Multe filie regum congregauerunt diuicias tu
supergressa es vniuersas Fallax gratia et vana pul
critudo / mulier timens deum ipsa laudabitur Date ei
de fructu manuum suarum Et laudent eam in portis
opera sua Incipit prologus in libro ecclesiastes

Memini me ante hoc ferme quinquennium cum adhuc essem Rome et ecclesiasten sancte Blesille legerem ut eam ad contemptum huius seculi provocarem et omne quod in mundo cerneret putaret esse pro nichilo rogatum ab ea ut in more commentarioli obscura queque dissererem ut absque me posset intelligere que legebat Itaque quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est Et non meruimus o Paula et Eustochium talem vite nostre habere consortem tantoque vulnere tunc percussus obmutui Nunc in Betleem positus angustiore videlicet civitate et illius memorie et vobis reddo quod debeo Hoc breviter admoneo quod nullius auctoritatem secutus sum Sed de hebreo transferens magis me lxx interpretum consuetudini coaptavi In hys duntaxat que ab hebraicis non multum discrepant Interdum aquile quoque et Symachi et Theodotionis recordatus sum Ut nec novitate nimia lectoris studium deserere alias deterrerem Nec rursum contra conscientiam meam fonte veritatis omisso opinionum rivulos consectarer

c. i.

Verba ecclesiastes filii David regis Iherusalem Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes vanitas vanitatum et omnia vanitas Quid habet amplius homo de universo labore suo quo laborat sub sole Generatio preterit et generatio advenit Terra vero in eternum stat Oritur sol et occidit et ad locum suum revertitur Ibique renascens gyrat per meridiem et flectitur ad aquilonem Lustrans universa in circuitu pergit spiritus et in circulos suos revertitur Omnia flumina intrant mare et mare non redundat Ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant Cuncte res difficiles non potest eas homo explicare sermone Non saturatur oculus visu Nec auris impletur auditu Quid est quod fuit ipsum quod futurum est Quid est quod factum est ipsum quod faciendum est Nichil sub sole novum Nec valet quisquam dicere Ecce hoc recens est Iam enim precessit in seculis que fuerunt ante nos Non est priorum memoria sed nec eorum quidem que postea futura sunt erit recordatio apud eos qui futuri sunt in novissimo Ego ecclesiastes fui rex Israhel in Iherusalem Et proposui in animo meo querere et investigare sapienter de omnibus que fiunt sub sole Hanc occupationem

pessimam dedit deus filiis hominum ut occuparentur in ea. Vidi que
fiunt cuncta sub sole. et ecce universa vanitas et afflictio spiritus
Perversi difficile corriguntur. et stultorum infinitus numerus est. Locu-
tus sum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus sum, et pre-
cessi sapientia omnes qui fuerunt ante me in Jerusalem. Et mens
mea contemplata est sapienter multa. et didici. Dedique cor
meum ut scirem prudentiam atque doctrinam. Erroresque et stulti-
tiam. Et agnovi quod in hiis quoque esset labor et afflictio spiritus
Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio. Et qui addit
scientiam, addit et laborem et dolorem.

II

Dixi ego in corde meo vadam et affluam deliciis et
fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risum quoque
reputavi errorem. et gaudio dixi quid frustra de-
cipieris. Cogitavi in corde meo abstrahere a vino carnem meam
ut animum meum transferrem ad sapientiam, devitaremque stulti-
ciam, donec viderem quid esset utile filiis hominum. Quo facto
opus est sub sole. numero dierum vite sue. Magnificavi opera
mea. edificavi michi domos. plantavi vineas. feci ortos
et pomoria. et consevi ea cuncti generis arboribus. Et extruxi
michi piscinas aquarum ut irrigarem silvam lignorum germinantium
Possedi servos et ancillas. multamque familiam habui. Armen-
ta quoque et magnos ovium greges. ultra omnes qui fuerunt ante
me in Jerusalem. Coacervavi michi argentum et aurum et substantias
regum ac provinciarum. feci michi cantores et cantatrices. et
delicias filiorum hominum. Ciphos et urceos in ministerio ad vina
fundenda. et supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante
me in Jerusalem. Sapientia quoque perseveravit mecum. et omnia que desidera-
verunt oculi mei. Non negavi eis, nec prohibui cor meum quin
omni voluptate frueretur, et oblectaret se in hiis que preparaveram.
et hanc ratus sum partem meam, si uterer labore meo. Cumque
me convertissem ad omnia opera que fecerant manus mee et ad
labores in quibus frustra sudaveram. vidi in omnibus vanitatem
et afflictionem animi. et nichil permanere sub sole. Transivi ad
contemplandam sapientiam, erroresque et stultitiam. Quid est, inquam, itro
homo ut sequi possit regem factorem suum. Et vidi quia tantum
precederet sapientia stultitiam, quantum differt lux a tenebris. Sa-
pientis oculi in capite eius. stultus in tenebris ambulat.

Et dixi quod universo stulticie esset intitus Et dixi in corde
meo si unus et stulti et meus occasus erit quid michi
prodest quod maiori sapientie dedi operam Locutusque sum cum
mente mea Animadverti quod hoc quoque esset vanitas Non
enim erit memoria sapientis similiter ut stulti in perpetuum Et
futura tempora oblivione cuncta operient pariter moritur
doctus ut indoctus Et ideo tedu[it] me vite mee videntis
mala universa esse sub sole et cuncta vanitatem atque afflic-
tionem spiritus Rursus detestatus sum omnem industriam
meam qua sub sole studiosissime laboravi habiturus heredem
post me quem ignoro utrum sapiens an stultus futurus
sit Et dominabitur in laboribus meis quibus desudavi et sollicitus
fui Et est quicquam tam vanum Unde cessavi renunciavitque
cor meum laborare sub sole Nam cum alius laboret
in sapientia et doctrina et sollicitudine et homini ocioso quesita
dimittit Et hoc ergo vanitas et magnum malum Quid enim
proderit homini de universo labore suo et afflictione spiritus
qua sub sole cruciatus est Cuncti dies eius doloribus et erumpnis
pleni sunt nec per noctem mente requiescit Et hoc nonne
mente vanitas est Nonne melius est comedere et bibere et
ostendere anime sue bona de laboribus suis et hoc de manu
dei est Quis ita devorabit et deliciis affluet ut ego
Homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiam et sciam
prescientiam
et intelligentiam Peccatori autem dedit afflictionem et curam
superfluam ut addat et congreget et tradat ei qui placuit
deo sed et hoc vanitas et cassa sollicitudo mentis

III

Omnia tempus habent et suis spaciis transeunt
universa sub sole Tempus nascendi et tempus
moriendi Tempus plantandi tempus evellendi
quod plantatum est Tempus occidendi et tempus
sanandi et tempus destruendi et tempus edificandi et tempus
flendi et tempus ridendi tempus plangendi et tempus
saltandi tempus spargendi lapides et tempus colligendi
Tempus amplexandi et tempus longe fieri ab amplexibus
et tempus acquirendi et tempus perdendi et tempus custo-
diendi et tempus abiciendi tempus scindendi et tempus
consuendi tempus tacendi et tempus loquendi Tempus

[illegible]

dilectionis . tempus odii . tempus belli et tempus pacis Quid
habet amplius homo . de virtuoso labore suo Vidi afflictionem
quam dedit deus filiis hominum ut distendantur in ea Cuncta
fecit bona in tempore suo . et mundum tradidit disputationi
eorum . ut non inveniat homo opus / quod operatus est deus
ab initio usque in finem . Et cognovi quod non esset melius
nisi letari et facere bonum in vita sua Omnis enim homo
qui comedit et bibit et videt bonum de labore suo / hoc
donum dei est Didici quod omnia que fecit deus perseverent
in eternum . non possumus eis quicquam addere vel auferre / que
fecit deus ut timeatur Quod factum est ipsum permanet
Que futura sunt iam fuerunt / et deus instaurat quod
abiit / Vidi sub sole in loco iudicii impietatem et in loco
iustitie iniquitatem / et dixi in corde meo Iustum et impium
iudicabit deus / et tempus omnis rei tunc erit Dixi in corde
meo de filiis hominum / ut probaret eos deus . ut videret similes
esse bestiis Idcirco unus est interitus hominis et iumentorum
et equa utriusque conditio Sicut moritur homo . sic et illa
moriuntur Similiter spirant omnia . et nichil habet homo iumen-
to amplius Cuncta subiacent vanitati / et omnia pergunt
ad locum unum De terra facta sunt et in terram pariter revertentur
Quis novit si spiritus filiorum Adam / ascendat sursum
Et si spiritus iumentorum descendat deorsum Et deprehendi
nichil esse melius quam letari hominem in opere suo / et
hanc esse partem illius Quis enim eum adducet ut post
Verti me ad alia Se futura cognoscat IIII
et vidi calumnias sub sole . gemitum et lacrimas
innocentium / et neminem consolatorem Nec posse
resistere eorum violentie . cunctorum auxilio destitutos Et
laudavi magis mortuos . quam viventes et feliciorem
utroque iudicavi / qui necdum natus est nec vidit mala
que fiunt sub sole Rursus contemplatus sum omnes labores
hominum et industrias / animadverti patere invidie proximi
et in hoc ergo vanitas et cura superflua Stultus com-
plicat manus suas / et comedit carnes suas dicens

Melius est pugillus cum requie quam plena manus utraque
cum labore et afflictione animi. Considerans repperi et aliam
vanitatem sub sole. Unus est et secundum non habet, non filium, non
fratrem, et tamen laborare non cessat, nec saciantur oculi eius di-
viciis, nec cogitat recogitat dicens: Cui laboro et fraudo
animam meam bonis? In hoc quoque est vanitas et afflictio pessima.
Melius est ergo duos esse simul quam unum; habent enim emolumen-
tum societatis sue. Si unus ceciderit ab alio fulcietur. Ve
soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem se. Et si
dormierit duo, fovebuntur mutuo. Unus quomodo calefiet?
Et si quispiam prevaluerit contra unum, duo resistunt ei; funi-
culus triplex difficile rumpitur. Melior est puer
pauper et sapiens rege sene et stulto, qui nescit pre-
videre in posterum. Quod de cathenis carcereque interdum
quis egrediatur ad regnum, et alius natus ad regnum in-
opia consumatur. Vidi cunctos viventes qui ambulant
sub sole cum adolescente secundo, qui consurget pro eo. In-
finitus est numerus populi omnium qui fuerunt ante eum, et qui
postea futuri sunt non letabuntur in eo. Sed et hoc vanitas
et afflictio spiritus. Custodi pedem tuum ingrediens domum
dei, et appropinqua ut audias. Multo enim melior est obe-
diencia quam stultorum victime, qui nesciunt quid faciant mali.

V

Nec temere quicquam loquaris nec
cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram
deo. Deus enim in celo et tu super terram. Idcirco sint
pauci sermones tui. Multas curas sequuntur somnia, et
in multis sermonibus stulticia invenietur. Si quid vovisti deo
ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis et stulta
promissio. Sed quodcumque voveris redde. Multoque melius
est non vovere quam post votum promissa non reddere. Ne
dederis os tuum ut peccare facias carnem tuam. Neque dicas
coram angelo: Non est providencia. Ne forte iratus deus super
sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum. Ubi
multa sunt somnia, plurime vanitates et sermones innumeri.
Tu vero time deum. Si videris calumnias egenorum et violenta
iudicia, et subverti iusticiam in provincia, non mireris

Unde q[uidam] glossator dixit ... orationibus vel
[illegible] sacerdotis ... retrorse alium
[illegible] quam tamen quo esset
impeditus possit eius officium sup-
plere [illegible]

super hoc negotio. Anima potestatis excelsior alius est. Et super
hos quoque eminentiores sunt alii. Et insuper universe terre rex
imperat servienti. Avarus non implebitur pecunia, et qui amat
divitias fructum non capiet ex eis, et hoc ergo vanitas. Ubi mul-
te sunt opes, multi et qui comedunt eas. Et quid prodest po-
ssessori, nisi quod cernit divitias oculis suis. Dulcis est som-
nus operanti, sive parum sive multum comedat; saturitas autem
divitis non sinit eum dormire. Est alia infirmitas pessima
quam vidi sub sole: divitie conservate in malum
domini sui, pereunt enim in afflictione pessima. Generavit
filium qui in egestate summa erit. Sicut egressus est de
utero matris sue, sic revertetur, et nihil auferet secum de la-
bore suo. Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit, sic
revertetur. Quid ergo prodest ei quod laboravit in ventum.
Cunctis diebus vite sue comedit in tenebris et in
curis multis, et in erumpna atque tristicia. Hoc itaque vi-
sum est mihi bonum, ut comedat quis et bibat, et fru-
atur letitia ex labore suo, quo laboravit ipse sub sole, numero
dierum vite sue, quos dedit ei deus divitias. Et hec est
pars illius, et omni homini cui dedit deus divitias atque
substantiam, potestatemque ei tribuit ut comedat ex eis et fruatur
parte sua, et letetur de labore suo. Hoc est donum dei. Non
enim satis recordabitur dierum vite sue, eo quod deus occupet de-
vj Et est aliud malum quod vidi litiis cor eius
sub sole, et quidem frequens apud homines. Vir cui VI
dedit deus divitias et substantiam et honorem,
et nihil deest anime eius ex omnibus que desiderat, nec
tribuit ei deus potestatem ut comedat ex eo, sed homo ex-
traneus vorabit illud. Hec vanitas et magna miseria est.
Si genuerit quispiam centum filios, et vixerit multos an-
nos, et plures dies etatis habuerit, et anima illius non utatur
bonis substantie sue, sepulturaque careat, de hoc ego pro-
nuntio quod melior illo sit abortivus. Frustra enim venit
et pergit ad tenebras, et oblivione delebitur nomen
eius. Non vidit solem neque cognovit distantiam boni et
mali. Etiamsi duobus milibus annorum vixerit, et non
fuerit perfruitus bonis. Nonne ad unum locum properant

omnia. Omnis labor hominis in ore eius sed anima eius non imple-
bitur. Quid habet amplius sapiens stulto / et quid pauper
nisi ut pergat illuc ubi est vita. Melius est videre quod cupias
quam desiderare quod nescias. Sed et hoc vanitas est / et presumpcio
spiritus. Qui futurus est iam vocatum est nomen eius / et
scitur quod homo sit / et non possit contra forciorem se in iudicio
contendere. Verba sunt plurima multamque in disputando vanitatem

VII Quid necesse est homini maiora se querere habencia
querere / cum ignorat quid contingat aut conducat
sibi in vita sua numero dierum peregrinacionis sue / et
tempore quo velut umbra preterit. Aut quis ei poterit
indicare / quid post eum futurum sit sub sole. Melius est
bonum nomen quam unguenta preciosa / et dies mortis die
nativitatis. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum
convivii. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum / et
vivens cogitat / quid futurum sit. Melior est ira ri-
su / quia per tristiciam vultus corrigitur animus delinquentis.
Cor sapientum ubi tristicia est et cor stultorum ubi leticia.
Melius est a sapiente corripi quam stultorum adulacione deci-
pi. Quia sicut sonitus spinarum ardencium sub olla. sic
risus stulti. Sed et hoc vanitas. Calumnia conturbat
sapientem / et perdet robur cordis eius. Melior est finis
oracionis quam principium. Melior est paciens arrogante. Ne
velox sis ad irascendum / quia ira in sinu stulti requiescit.
Ne dicas quid putas cause est quod priora tempora meliora
fuere quam nunc sunt. Stulta est enim huiuscemodi interroga-
cio. Utilior est sapiencia cum diviciis et magis prodest videntibus
solem / sicut enim protegit sapiencia. sic protegit pecunia. Hoc
autem plus habet erudicio et sapiencia. quod vitam tribuunt possessori
suo. Considera opera dei quod nemo possit corrigere / quem
ille despexerit. In die bona fruere bonis et malam diem
precave. Sicut enim hanc et illam fecit deus ut non inveniat
homo contra eum iustas querimonias. Hec quoque vidi in diebus
vanitatis mee. Iustus perit in iusticia sua / et impius
multo vivit tempore in malicia sua. Noli esse iustus multum
neque plus sapiens quam necesse est ne obstupescas. Ne
impie agas multum / et noli esse stultus ne moriaris

in tpe no tuo Bonu est te sustentare iustu / sed et
ab illo ne subtrahas manu tua / quia qui deu timet
nichil negligit Sapia confortabit sapiete sup decem
pncipes ciuit Non em est ho iustus in tra qui faciat
bonu et no peccet Sed et cunctis smonib qui dicuntur
ne accomodes cor tuu · ne forte audias seruu tuu ma
ledicentem tibi Scit em consciā tua quia tu crebro ma
ledixisti alijs Cuncta temptaui in sapia Dixi Sapien
tior efficiar / et ipa longius recessit amplius a me
multo magis qm erat Et alta profunditatis / quis inueniet
et eam Lustraui vniusa animo meo / ut scirem et
considerarem et quererem sapiam / et racioē et ut
cognoscerem impietatem stulti / et errorem imprudentium
Et inueni amariorem morte mulierem que laqueus venatorum
est / et sagena cor eius vincula sunt manus illius Qui pla
cet deo effugiet illam qui aut peccator est capietur ab illa Ecce
hoc inueni dixit ecclastes vnu / et alteru / vt inuenirem
racionem qm adhuc querit anima mea / et no inueni So
lummo h' inueni q fecit deus hoiem rectum / et ipse se
infinitis miscuit questionib Quis talis ut sapiens ē et quis

VIII

Sapiencia hominis Nouit solucionem verbi
lucet in vultu eius / et potentissim faciē illi com
mutabit Ego os regis obseruo / et precepta iuramen
ti dei Ne festines recedere a facie eius / neq3 pmaneas in
ope malo / quia omne qd voluit faciet / et smo eius
ptate plenus est Nec dicere ei quisquam pt Quare ita fa
cis Qui custodit preceptu no experietur quicquam mali Tps
et responsionem / et cor sapientis intelligit Omni negocio tps
est et opportunitas / et multa hominis afflictio Quia ignorat
preterita et ventura nullo pt scire nuncio Non est in hominis
dicione phibere spm Nec habz ptatem in die mortis
Nec sinitur quiescere ingruente bello Neq3 saluabit impietas
impiu Omnia hec consideraui / et dedi cor meu in cunctis
opib que fiunt sub sole Interdu dnatur ho homini in
malu suu Vidi impios sepultos / qui etiā cu adhuc
viuerent in loco sco erant / et laudabantur in ciuitate

[illegible] ... cuiq3 qui talia cum ... no corrigit magis ... est ... qui ... non ulla via que ostendunt [illegible]

quasi iustorum operum. Sed et hoc vanitas est. Etenim quia
non profertur cito contra malos sententia absque timore ullo
filii hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quod centies
facit malum, et per patientiam sustentatur. Ego cognovi quod
erit bonum impio timentibus deum, qui verentur faciem eius.
Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius sed quasi
umbra transeant, qui non timent faciem domini. Est et alia
vanitas que fit super terram. Sunt et iusti quibus mala prove-
niunt, quasi opera egerint impiorum, et sunt impii, qui ita securi
sunt, quasi iustorum facta habeant. Sed et hoc vanissimum iu-
dico. Laudavi igitur leticiam eo quod non esset homini bonum sub
sole, nisi quod comederet et biberet atque gauderet, et hoc solum
secum afferret de labore suo in diebus vite sue, quos dedit
ei deus sub sole. Et apposui cor meum ut scirem sapientiam
et intelligerem distentionem que versatur in terra. Est homo qui
diebus et noctibus somnum non capit oculis, et intellexi quod
omnium operum dei nullam possit homo invenire rationem eorum que
fiunt sub sole. Et quanto plus laboraverit ad querendum, tanto minus
inveniet etiamsi dixerit sapientem se esse non poterit reperire
Nec etiamsi dixerit sapiens se esse non poterit reperire. Omnia
hec tractavi in corde meo ut curiose intelligerem.

IX Sunt iusti atque sapientes et opera eorum in manu dei.
Et tamen nescit homo utrum amore an odio
dignus sit. Sed omnia in futurum servantur incerta
Eo quod universa eque eveniant iusto et impio, bono et malo,
mundo et immundo, immolanti victimas et sacrificia contempnenti.
Sicut bonus sic et peccator, ut periurus, ita et ille qui verum
deierat. Hoc est pessimum inter omnia que sub sole fiunt quia
eadem cunctis eveniunt. Unde et corda filiorum hominum implentur
malicia et contemptu in vita sua. Et post hec ad inferos
deducentur. Nemo est qui semper vivat et qui huius rei
habeat fiduciam. Melior est canis vivus leone mortuo.
Viventes enim sciunt se esse morituros. Mortui vero nichil
noverunt amplius, nec habebunt ultra mercedem, quia obli-
vioni tradita est memoria eorum. Amor quoque et odium et
invidia simul perierunt, nec habent partem in hoc seculo, et in opere
quod sub sole geritur. Vade ergo et comede in leticia panem

tuum / et bibe cum gaudio vinum tuum quia deo placent opera tua
Omni tempore sint vestimenta candida / et oleum de capite tuo non
deficiat Perfruere vita cum uxore quam diligis cunctis diebus vite
instabilitatis tue / hec est enim pars in vita et in labore tuo
quo laboras sub sole Quodcumque potest facere manus tua instanter
operare / quia nec opus nec racio nec sciencia nec sapiencia
erunt apud inferos / quo tu properas Verti me ad aliud / et
vidi quod sub sole / nec velocium esse cursum / nec forcium bellum
nec sapiencium panem / nec doctorum divicias / nec artificum graciam
sed tempus casumque in omnibus Nescit homo finem suum sed sicut
pisces capiuntur hamo et sicut aves comprehenduntur laqueo
Sic capiuntur homines tempore malo cum eis extemplo supervenerit
Hanc quoque sub sole vidi sapienciam et probavi maximam Civitas
parva et pauci in ea viri Venit contra eam rex magnus / et
vallavit eam / extruxitque municiones per gyrum / et perfecta
est obsidio Inventusque est in ea vir pauper et sapiens / liberavit
urbem per sapienciam suam / et nullus deinceps recordatus est
hominis illius pauperis Et dicebam ego meliorem esse sapienciam
fortitudine Quomodo ergo sapiencia pauperis est contempta / et verba
eius non sunt audita verba sapiencium audiuntur in silencio
plus quam clamor principis inter stultos Melior est sapiencia
quam arma bellica / et qui in uno peccaverit multa bona perdet
Musce morientes perdunt suavitatem unguenti preciosior
est sapiencia et gloria parva ad tempus stulticia Cor
sapientis in dextera eius / et cor stulti in sinistra eius
illius Sed et in via stultus ambulans · cum ipse insipiens
sit · omnes stultos estimat Si spiritus potestatem habentis / ascen-
derit super te · locum tuum ne dimiseris Quia curacio cessare
faciet peccata maxima Est malum quod vidi sub sole / quasi per errorem
egrediens a facie principis ; positum stultum in dignitate
sublimi / et divites sedere deorsum Vidi servos in equis
et principes ambulantes quasi servos super terram Qui fodit
foveam incidet in eam / et qui dissipat sepem mordebit
eum coluber Qui transfert lapides affligetur in eis / et
qui scindit ligna vulnerabitur ab eis Si retusum fuerit
ferrum et hoc non ut prius · sed hebetatum fuerit multo labore

exacuetur, et post industriam sequetur sapientia. Si mordeat ser-
pens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit.
Verba oris sapientis gratia, et labia insipientis praecipitabunt
eum. Initium verborum eius stultitia, et novissimum oris illius
error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se
fuit, et quod post futurum est quis ei poterit indicare? Labor
stultorum affliget eos qui nesciunt pergere in urbem. Vae tibi
terra cuius rex puer est, et cuius principes mane comedunt. Beata
terra cuius rex nobilis est, et cuius principes vescuntur in tempore
suo ad reficiendum et non ad luxuriam. In pigritiis humiliabitur
contignatio, et in infirmitate manuum perstillabit domus. In risu
faciunt panem et vinum ut epulentur bibentes, et pecuniae
obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas, et
in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti, quia et aves
caeli portabunt vocem tuam, et qui habet pennas annuntiabit sententiam.

XI

Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post c. xi
multa tempora invenies eum. Da partes septem necnon et octo,
quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Si re-
pletae fuerint nubes imbres effundent super terram. Si ceci-
derit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque lo-
co ceciderit ibi erit. Qui observat ventum non seminat, et
qui considerat nubes numquam metet. Quomodo ignoras quae
sit via spiritus et qua ratione compingantur ossa in ventre
praegnantis, sic nescis opera Dei qui fabricator est omnium.
Mane semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua,
quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud; et si utrum-
que simul, melius erit. Dulce lumen et delectabile est oculis
videre solem. Si annis multis vixerit homo et in his
omnibus laetatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis
et multorum dierum, qui cum venerint vanitatis arguentur
praeterita. Laetare ergo iuvenis in adolescentia tua, et in bono
sit cor tuum in diebus iuventutis tuae, et ambula in viis
cordis tui et in intuitu oculorum tuorum, et scito quod pro omnibus
his adducet te Deus in iudicium. Aufer iram a corde tuo et
amove malitiam a carne tua; adolescentia enim et voluptas

XII

Memento creatoris tui in diebus iuventutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis c. xii
tuae, et appropinquent anni de quibus dicas: Non mi-

placent / antequam tenebrescat sol et lumen et stelle et luna /
et revertantur nubes post pluviam Cum commovebuntur custodes
domus / et nutabunt viri fortissimi / et ociose erunt molentes
in minuto numero et tenebrescent videntes per foramina / et
claudent hostia in platea in humilitate vocis molentis Et
consurgent ad vocem volucris / et obsurdescent omnes filie
carminis Excelsa quoque timebunt et formidabunt In via florebit
amigdalum / impinguabitur locusta / et dissipabitur capparis /
quoniam ibit homo in domum eternitatis sue / et circuibunt in pla
thea plangentes Antequam rumpatur funis argenteus / et
recurrat vitta aurea / et conteratur ydria super fontem Et con
fringatur rota super cysternam / et revertatur pulvis in terram
suam unde erat / et spiritus redeat ad dominum / qui dedit illum
Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes Cum esset sapientissimus
ecclesiastes docuit populum / et enarravit que fecerat Et inve
stigans composuit parabolas multas Quesivit verba
utilia / et conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos
Verba sapientum sicut stimuli / et quasi clavi in altum defixi / que
per magistrorum consilium data sunt a pastore uno Hys am
plius fili mi / ne requiras faciendi plures libros Nullus
est finis frequensque meditatio / carnis quoque afflictio Finem
loquendi pariter omnes audiamus / deum time et mandata
eius observa hoc est enim omnis homo Cuncta que fiunt
adducet deus in iudicium pro omni errato sive bonum sive
malum sit Deo gracias

Cantica canticorum

Osculetur me osculo oris sui Quia me
liora sunt ubera tua vino / fragran
cia unguentis optimis oleum effusum
nomen tuum Ideo adolescentule dile
xerunt te Trahe me post te Curremus
in odorem unguentorum tuorum Intro
duxit me rex in cellaria sua / exultabimus
et letabimur in te Memores uberum tuorum super vinum
Recti diligunt te Vox synagoge Nigra sum sed formosa
filie Jerusalem / sicut thabernacula cedar / sicut pellis
Salomonis Vox sponse / Nolite me considerare quod

fusca sum quia decolorauit me sol filii matris mee pugna
uerunt contra me. posuit me custodem in vineis vineam
meam non custodiui Vox christi Indica mihi quem diligit anima
mea. Ubi pascas. ubi cubes in meridie. ne uagari incipiam
post greges sodalium tuorum Si ignoras te o pulcra inter
mulieres egredere et abi post uestigia gregum tuorum.
et pasce edos tuos iuxta thabernacula pastorum Equitatui
meo in curribus pharaonis assimilaui te amica mea. pul
cre sunt gene tue sicut turturis. collum tuum sicut monilia
Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento
Vox ecclesie Cum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit
odorem suum. fasciculus mirre dilectus meus in in medio meo
inter ubera mea commorabitur Botrus cypri dilectus meus mihi in
vineis engadi Vox christi Ecce tu pulcra es amica
mea. ecce tu pulcra oculi tui columbarum Vox ecclesie Ecce tu
pulcer es dilecte mi et decorus. lectulus noster floridus. tigna
domorum nostrarum cedrina. laquearia nostra cypressina Vox christi
II Ego flos campi et lilium conuallium Sicut lilium
inter spinas. sic amica mea inter filias Vox ecclesie
Sicut malus inter ligna siluarum. sic dilectus meus
inter filios Sub umbra illius quem desideraueram sedi. et
fructus eius dulcis gutturi meo Introduxit me rex in cellam
vinariam ordinauit in me caritatem. fulcite me floribus
stipate me malis. quia amore langueo Leua eius sub
capite meo. et dextera eius amplexabitur me Vox christi Ad
iuro vos filie Iherusalem per capreas. ceruosque camporum. ne
suscitetis neque euigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa ve
lit Vox ecclesie Vox dilecti mei Ecce iste venit saliens in
montibus. transiliens colles Similis est dilectus meus capree
hinnuloque ceruorum En ipse stat post parietem nostrum. respiciens
per fenestras. prospiciens per cancellos En dilectus meus loquitur
michi Surge propera amica mea. columba mea. formosa
mea et veni Iam enim hiems transiit ymber abiit et re
cessit. flores apparuerunt in terra nostra. tempus putationis
aduenit vox turturis audita est in terra nostra. ficus protulit
grossos suos vinee florentes dederunt odorem suum Vox
christi Surge amica mea. speciosa mea et veni columba

mea in foraminibus petre, et in caverna macerie / ostende
michi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis Vox enim tua
dulcis et facies tua decora / Vox adiutus [illegible] Capite vo
bis vulpes parvulas que demoliuntur vineas Nam
vinea nostra floruit / Vox ecclesie / Dilectus meus michi et ego
illi qui pascitur inter lilia / donec aspiret dies et inclinentur
umbre Revertere similis esto dilecte mi capree / et hinnulo
In lectulo meo per noctem Cervorum super montes bethel III
quesivi quem diligit anima mea Quesivi illum
et non inveni Surgam et circuibo civitatem per vicos et
plateas / queram quem diligit anima mea Quesivi
illum et non inveni Invenerunt me vigiles qui custodi-
unt civitatem cetus de x° Num quem diligit anima mea
vidistis Paululum cum pertransissem eos inveni quem diligit
anima mea Tenui eum nec dimittam donec introducam
eum in domum matris mee, et in cubiculum genitricis mee
Sponsa ad amicas / Adiuro vos filie Jerusalem per capreas
cervosque camporum ne suscitetis neque evigilare faciatis
dilectam quoadusque (domine) ipsa velit Que est ista que ascendit
per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris
et universi pulveris pigmentarii En lectulum Salomonis
sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel omnes tenentes
gladios et ad bella doctissimi Uniuscuiusque ensis super
femur suum propter timores nocturnos Ferculum fecit sibi
rex Salomon de lignis libani / columnas eius fecit argen-
teas reclinatorium aureum ascensum purpureum Media autem
caritate constravit / propter filias Jerusalem Egredimini et videte
filie syon regem Salomonem in dyademate quo coro-
navit eum mater sua in die desponsationis illius et in
die letitie cordis eius
c. iiii
Quam pulchra es amica mea quam pulchra es et IIII
decora oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus
latet Capilli tui sicut greges caprarum que ascende-
runt de monte galaad Dentes tui sicut greges tonsarum
que ascenderunt de lavacro omnes gemellis fetibus et
sterilis non est inter eas Sicut vitta coccinea labia tua

cortex mali punici / sic gene tue absque occultis tuis Sexaginta
sunt regine et octoginta concubine / et adolescentularum non
est numerus Una est columba mea perfecta mea / una est matris
mee electa / genitrici sue Viderunt eam filie syon et beati
ssimam predicaverunt regine / et concubine laudaverunt eam
Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens
pulcra ut luna electa ut sol terribilis ut castrorum acies
ordinata Descendi in ortum meum ut viderem poma conva
llium et ut inspicerem si floruissent vinee et germinassent
mala punica Nescivi Anima mea conturbavit me propter
quadrigas aminadab Revertere revertere sunamitis revertere re
Quid videbis in sunamite Revertere ut intueamur te
VII nisi choros castrorum Quam pulcri sunt gressus tui
in calciamentis filia principis Iuncture feminum
tuorum sicut monilia / que fabricata sunt manu artificis
Umbilicus tuus crater tornatilis numquam indigens poculis
Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis Duo ubera
tua sicut duo hinnuli gemelli capree Collum tuum sicut
turris eburnea Oculi tui sicut piscine in esebon que
sunt in porta filie multitudinis Nasus tuus sicut turris
libani que respicit contra damascum Caput tuum ut car
melus / et come capitis tui sicut purpura regis iuncta cana
libus Quam pulcra es et quam decora carissima in deliciis
Statura tua assimilata est palme / et ubera tua botris
Dixi ascendam in palmam apprehendam fructus eius Et erunt
ubera tua sicut botri vinee / et odor oris tui sicut malorum
Guttur tuum sicut vinum optimum / dignum dilecto meo ad po
tandum labiisque et dentibus illius ad ruminandum Ego dilecto
meo / et ad me conversio eius Veni dilecte mi egrediamur
in agrum commoremur in villis Mane surgamus ad vineas
videamus si floruit vinea si flores fructus parturiunt Si
floruerunt mala punica Ibi dabo tibi ubera mea Mandra
gore dederunt odorem suum in portis nostris Omnia poma
Quis mihi det te fratrem nova et vetera dilecte mi servavi tibi
VIII meum sugentem ubera matris mee ut inve
niam te foris / et deosculer te / et iam nemo
me despiciat Apprehendam te et ducam te in domum

matris mee / et in cubiculum genitricis mee Ibi me docebis et
dabo tibi poculum ex vino condito / et mustum malogra
natorum meorum. Leva eius sub capite meo / et dextera illius
amplexabitur me. Adiuro vos filie Jherusalem ne suscitetis
neque evigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Que est
ista que ascendit de deserto delicijs affluens innixa super
dilectum suum. Sub arbore malo suscitavi te ibi corrupta est
mater tua ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signa
culum super cor tuum / ut signaculum super brachium tuum /
Quia fortis est ut mors dilectio dura sicut infernus
emulatio / lampades eius lampades ignis atque
flammarum. Aque multe non potuerunt extinguere caritatem
nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam
domus sue pro dilectione quasi nichil despiciet eam. Soror
nostra parvula et ubera non habet. Quid faciemus sorori
nostre in die qua alloquenda est. Si murus est / edificemus
super eum propugnacula argentea. Si hostium est / compingamus
illud tabulis cedrinis. Ego murus et ubera mea
sicut turris. Ex quo facta sum coram eo / quasi pacem reperiens.
Vinea fuit pacifico in ea que habet populos tradidit eam
custodibus. Vir affert pro fructu illius mille argenteos.
Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici et ducenti
hijs qui custodiunt fructus eius. Que habitas in ortis amici
auscultant te. Fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte
mi assimilare capree hinnuloque cervorum super montes aromatum.

Incipit prologus in libro sapientie

Isidorus lectori salutem. Liber sapientie / apud
apud hebreos nusquam est. Unde et ipse stilus
magis grecam eloquentiam redolet. Item proinde
sapientie nominatur. Quia in eo christi adventus
qui est sapientia patris et passio eius evidenter exprimitur.
Nam Salomon scripsisse testatur testimonijs illis
quibus illic ibi legitur. Tu me inquit elegisti regem
populo tuo domine / et dixisti edificare templum nomini tuo
sancto in monte habitationis tue. Hunc ebrei philonis
esse affirmant. Et ut quidam sapientum more meminit

inter sanctas scripturas recipiebat. Et postquam comprehendentes
xpm inseruerunt memoriter in eodem loco libro tam evidentissima
testimonia quibus ibi dicit: Dixerunt inter se impii: Comprehendamus
iustum quia inutilis est nobis et contrarius operibus nostris.
Et promittit scientiam dei se habere et filium dei se nominat et infra:
Si enim verus est filius dei suscipiet eum et liberabit de manibus contra-
riorum. Ac deinde: Ut sciamus reverentiam eius et probemus patientiam
illius morte turpissima condemnemus illum. Collatione facta
ne nimis eis pro tam aperto sacrilegio derogaretur a prophetis
eum voluminibus recidentes legendum eum suis prohibuerunt.

I Diligite iustitiam qui iudicatis
terram. Sentite de domino in bonitate et in sim-
plicitate cordis quaerite illum. Quoniam invenitur ab
his qui non temptant illum. Apparet autem
eis qui fidem habent in illum. Perversae enim cogi-
tationes separant a deo. Probata autem virtus
corripit insipientes. Quoniam in malivolam animam non introibit
sapientia nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sanctus enim spiritus
disciplinae effugiet fictum et auferet se a cogitationibus quae sunt
sine intellectu et corripietur a superveniente iniquitate. Benignus
est enim spiritus sapientiae et non liberabit maledicum a labiis suis
quoniam renum illius testis est deus et cordis illius scrutator
est verus et linguae eius auditor. Quoniam spiritus domini
replevit orbem terrarum et hoc quod continet omnia scientiam
habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere et praeteriet
illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impii interrogatio
erit. Sermonum autem illius auditio ad deum veniet et ad cor-
rectionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia et
tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos
a murmuratione quae nihil prodest et a detractione parcite linguae
quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. Os autem quod mentitur
occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitae vestrae
neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Quoniam deus
non fecit mortem nec laetatur in perditione vivorum. Creavit
enim deus ut essent omnia et sanabiles fecit nationes orbis
terrarum. Non est enim in illis medicamentum exterminii nec inferorum
regnum in terra. Iustitia enim perpetua est et immortalis. Impii
autem manibus et verbis accersierunt illam et existimantes illam

amicam / defluxerunt et sponsiones posuerunt ad illam quoniam
digni sunt morte · qui sunt ex parte illius

II

Dixerunt enim impij cogitantes apud se non recte exi-
guum et cum tedio est tempus vite nostre Non est refrigerium
in fine hominis Et non est qui agnitus sit reversus ab in-
feris Quia ex nichilo nati sumus / et post hec erimus tamquam non
fuerimus Quia fumus et flatus est in naribus nostris et sermo scin-
tille ad commovendum cor nostrum Quia extincta cinis erit corpus
nr̄m / et spiritus diffundetur tamquam mollis aer et transiet vita nostra
tamquam vestigium nubis / et sicut nebula dissolvetur / que fuga-
ta est a radijs solis / et a calore illius aggravata / et nomen
nr̄m oblivionem accipiet per tempus / et nemo memoriam habebit
operum nostrorum Umbre enim transitus ē tempus nr̄m / et non ē re-
versio finis nostri / quoniam consignata est et nemo revertetur Venite
ergo et fruamur bonis que sunt / et utamur creatura tamquam in
iuventute celeriter Vino precioso et unguentis nos impleamus non
et non pretereat nos flos temporis Coronemus nos rosis / ante-
quam marcescant Nullum pratum sit · quod non pertranseat luxuria nostra
Nemo nostrum sit exors luxurie nostre Ubique relinquamus signa
leticie Quia hec est pars nostra / et hec est sors nostra Opprimamus
pauperem iustum / et non parcamus vidue Nec veterani revereamur
canos multi temporis Sit autem fortitudo nostra lex iusticie Quod
enim infirmum est / inutile invenitur Circumveniamus ergo iustum
quoniam inutilis est nobis / et contrarius ē operibus nostris / et improperat
nobis peccata legis / et diffamat in nos peccata discipline nostre
Promittit se scientiam dei habere / et filium dei se nominat Factus
ē nobis in traductionem cogitationum nostrarum Gravis ē nobis
etiam ad videndum / quoniam dissimilis est aliis vita illius et im-
mutate sunt vie eius Tamquam nugaces estimati sumus
ab illo / et abstinet se a vijs nostris · tamquam ab immundicijs
et prefert novissima iustorum / et gloriatur se deum patrem habere Videamus
ergo si sermones illius veri sint / et temptemus que ventura
sunt ei Et sciemus que erunt novissima illius Si enim est verus
filius dei · suscipiet illum et liberabit de manibus contrariorum
Contumelia et tormento interrogemus illum ut sciamus reverenciam
eius / et probemus pacientiam illius Morte turpissima con-
demnemus eum Erit enim respectus ex sermonibus illius Nec

cogitauerunt et errauerunt Excecauit enim eos cond malicia eorum
et neſcierunt ſacramenta dei neque mercedem ſperauerunt iuſticie
nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum Quoniam deus creauit
hominem inexterminabilem et ad ſimilitudinem ymaginis ſimilitudinis
ſue fecit illum Inuidia autem dyaboli mors introiuit in orbem
terrarum Imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius
III Iuſtorum autem anime in manu dei ſunt et non tanget illos tormen-
tum mortis Viſi ſunt oculis inſipiencium mori et eſtimata
eſt afflictio exitus illorum et ab itinere iuſto abierunt in exter-
minium Et quod a nobis eſt iter exterminium Illi autem ſunt
in pace Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt ſpes illorum
immortalitate plena eſt In paucis vexati ſunt in multis bene
diſponentur Quoniam deus temptauit illos et inuenit illos dignos
ſe Tanquam aurum in fornace probauit illos Et quaſi holocau-
ſti hoſtiam accepit illos et in tempore erit reſpectus illorum Fulge-
bunt iuſti et tanquam ſcintille in arundineto diſcurrent
Iudicabunt naciones et dominabuntur populis et regnabit dominus illorum
in perpetuum Qui confidunt in illum intelligent veritatem Et
fideles in dileccione acquieſcent illi quoniam donum et pax eſt electis
illius Impii autem ſecundum que cogitauerunt correpcionem
habebunt qui neglexerunt iuſtum et a domino receſſerunt Sapienciam
enim et diſciplinam qui abicit infelix eſt et vacua eſt ſpes
illorum et labores ſine fructu et inhabitabilia opera eorum
ſunt Mulieres eorum inſenſate ſunt et nequiſſimi filii eorum
Maledicta creatura illorum quoniam felix ſterilis et incoinquinata que
neſciuit thorum in delicto habebit fructum in reſpectione animarum
ſanctarum Et ſpado qui non eſt operatus per manus ſuas iniquitatem
nec cogitauit aduerſus deum nequiſſima Dabitur enim ei fidei
donum electum et ſors in templo dei acceptiſſima Bonorum
enim laborum glorioſus eſt fructus Et que non cadet radix ſapiencie
Filii autem adulterorum in conſummacione erunt et ab iniquo
thoro ſemen exterminabitur Et ſi quidem longe vite erunt in
nichilum computabuntur et ſine honore erit nouiſſima
ſenectus illorum Et ſi celerius defuncti fuerint non habebunt
ſpem nec in die agnicionis allocucionem Naciones enim ini-
que dire ſunt conſummaciones Capitulum quartum

IIII

166

O quam pulchra est casta generatio cum caritate inmor
talis est enim memoria illius quoniam et apud deum
nota est et apud homines. Cum presens est imitantur
illam et desiderant eam cum se eduxerit et in perpetu
um coronata triumphat incoinquinatorum certaminum premium
vincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis et
adulterine plantationes non dabunt radices altas nec stabile
fundamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinaverint
infirmiter posita a vento commovebuntur et a nimietate ventorum
eradicabuntur. Confringentur enim rami inconsummati et fructus
illorum inutiles et acerbi ad manducandum et ad nichilum apti.
Ex iniquis enim filii qui nascuntur testes sunt nequicie adversus
parentes in interrogatione sua. Iustus autem si morte occupatus
fuerit in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna
neque numero annorum computata. Cani sunt enim sensus hominis
et etas senectutis vita inmaculata. Placens deo factus dilectus
et vivens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia
mutaret intellectum eius aut ne fictio deciperet animam illius.
Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona et inconstantia con
cupiscentie transvertit sensum sine malicia. Consummatus in bre
vi explevit tempora multa. Placita enim deo erat anima illius
propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatis. Populi autem
videntes et non intelligentes nec ponentes in precordiis suis
talia. Quoniam gratia dei et misericordia est in sanctos eius et respectus
in electos illius. Condempnat autem iustus mortuus vivos
impios. Et iuventus celerius consummata longam vitam
iniusti. Videbunt enim finem sapientis et non intelligent quid co
gitaverit de illo deus et quare munierit illum dominus. Videbunt enim
et contempnent eum illos autem dominus irridebit. Et erunt post
hec decidentes sine honore et in contumelia inter mortuos
in perpetuum. Quoniam dirumpet illos inflatos sine voce et commo
vebit illos a fundamentis et usque ad supremum desolabuntur
et erunt gementes et memoria illorum peribit. Venient in cogi
tationibus peccatorum suorum timidi et traducent illos ex adverso.

V

Tunc stabunt iusti in magna Iniquitates ipsorum
constantia adversus eos qui se angustiaverunt
et qui abstulerunt labores illorum. Videntes

Sen[eca] ad serenum de tran
quillitate animi: nichil
turpius est senex grandis
natu vel etate senex qui
nullum aliud habet argumen
tum quo probet se diu vi
xisse preter etatem etc.

turbabuntur timore horribili / et mirabuntur in subitatione insp-
erate salutis / gementes pre angustia spiritus dicentes intra
se penitenciam agentes et pre angustia spiritus gementes hii sunt quos
aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii Nos
insensati / estimabamus vitam illorum insaniam / et finem illorum
sine honore Ecce quomodo computati sunt inter filios dei / et inter sanctos
sors illorum est Ergo erravimus a via veritatis / et iusticie lumen
non luxit nobis / et sol intelligencie non est ortus nobis Lassati
sumus in via iniquitatis et perdicionis / et ambulavimus vias diffici-
les viam autem domini ignoravimus Quid nobis profuit superbia /
Aut quid divitiarum iactancia contulit nobis Tanquam umbra
transierunt omnia illa et tanquam nuncius precurrens et tanquam
navis que pertransit fluctuantem aquam cuius cum preterierit non e-
vestigium invenire neque semitam carine illius in fluctibus aut a-
vis que transvolat in aere cuius nullum invenitur argumentum
itineris illius sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum /
et scindens per vim itineris aerem commotis est alis transvolavit
et post hoc nullum signum invenitur itineris illius / aut tanquam
sagitta emissa in locum destinatum Divisus aer continuo
in se reclusus est ut ignoretur transitus illius Sic et nos na-
ti continuo desivimus esse Et virtutis quidem signum nullum
valuimus ostendere in malignitate autem nostra consumpti sumus
Talia dixerunt in inferno hii qui peccaverunt / quoniam spes im-
pii tanquam lanugo est / que a vento tollitur / et tanquam
spuma gracilis que a procella dispergitur Et tanquam fumus qui
a vento diffusus est Et tanquam memoria hospitis unius diei
pretereuntis Iusti autem in perpetuum vivent / et apud dominum est
merces eorum Et cogitacio eorum apud altissimum / Ideo accipi-
ent regnum decoris / et dyadema speciei de manu domini
Quoniam dextera sua teget eos / et brachio suo defendet
illos / et accipiet armatura zelus illius / et armabit cre-
atura ad ultionem inimicorum Induet pro thorace iusticiam
Et accipiet pro galea iudicium certum Scutum sumet inex-
pugnabile equitatem Acuet autem diram iram in lanceam
et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos Ibunt di-
recte emissiones fulgurum / et tanquam a bene cur-
vato arcu nubium exterminabuntur / et ad certum locum

insilient / et a petrosa ira / plene mittentur grandines / et
candescet in illos aqua maris / et flumina concurrent
duriter. Contra illos stabit spiritus virtutis / et tanquam turbo
venti dividet illos / et ad heremum perducet omnem terram iniqui
tas illorum / et malignitas evertet sedes potentum Melior est
sapientia quam vires / et vir prudens magis quam fortis

VI.

Audite ergo reges et intelligite / Discite iudices fini
um terre / prebete aures vos qui continetis multitu
dines / et placetis vobis in turbis nationum Quoniam
data est a domino potestas vobis et virtus ab altissimo Qui interroga
bit opera vestra et cogitationes scrutabitur Quoniam cum essetis ministri
regni illius non recte iudicastis neque custodistis legem iustitie
neque secundum voluntatem dei ambulastis Horrende et cito
apparebit vobis Quoniam iudicium durissimum in hiis qui presunt
fiet Exiguo enim conceditur misericordia. Potentes autem potenter tor
menta patientur Non enim subtrahet personam cuiusquam dominus
qui est dominator omnium / nec verebitur magnitudinem cuiusquam / quoniam
pusillum et magnum ipse fecit Et equaliter cura est illi de omnibus
Fortioribus autem fortior instat cruciatio Ad vos ergo reges
sunt hii sermones mei. ut discatis sapientiam / et non excidatis
Qui enim custodierint iustitiam iuste iustificabuntur / et qui
didicerint ista invenient / quid respondeant Concupiscite ergo
sermones meos / et diligite illos et habebitis disciplinam Clara
est et que numquam marcescit marcescit sapientia Et facile
videtur ab hiis qui diligunt eam / et invenitur ab hiis qui quae
runt illam Preoccupat qui se concupiscunt / ut illis se prior
ostendat Qui de luce vigilaverit ad illam / non laborabit
Assidentem enim illam foribus suis inveniet Cogitare ergo de
illa. sensus est consummatus / et qui vigilaverit propter illam
cito erit securus Quoniam dignos se ipsa circuit querens et in viis
suis ostendet se illis hilariter / et in omni providentia occurret
illis Initium enim illius verissima est discipline concupiscen
tia Cura ergo discipline dilectio est Dilectio custodia le
gum illius est Custoditio autem legum consummatio incorruptionis
est Incorruptio autem facit esse proximum deo Concupiscentia
itaque sapientie deducet ad regnum perpetuum Si ergo delectamini

xi q. iii Si papa et deinde
[illegible] in quibus prelati
delinquunt ac peiores
[illegible] qui ceteri puniuntur
vide [illegible] in pastorali [illegible]

in sedibus et sceptris o reges populi diligite sapientiam ut in perpetuum
regnetis. Diligite lumen sapientie omnes qui preestis populis.
Quid est autem sapientia et quemadmodum facta sit referam et non abscondam
a vobis sacramentum dei sed ab initio nativitatis investigabo et po
nam in lucem scientiam illius et non preteribo veritatem neque cum invi
dia tabescente iter habebo quoniam talis homo non erit particeps sapientie.
Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum et rex sapiens
stabilimentum est populi. Ergo accipite disciplinam per sermones meos et

VII Sum quidem et ego homo proderit vobis
mortalis similis omnibus et ex genere terreno illius
qui prior factus est et in ventre matris figuratus sum
caro decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex se
mine hominis et delectamento somni conveniente. Et ego natus
accepi communem aerem et in similiter factam decidi terram
et primam vocem similem omnibus emisi plorans. In involumentis
nutritus sum et curis magnis. Nemo enim ex regibus habuit aliud
nativitatis initium. Unus ergo omnium introitus est ad vitam et similis
exitus. Propter hoc optavi et datus est mihi sensus et invocavi et venit
in me spiritus sapientie et preposui illam regibus regnis et sedibus
et divitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi
lapidem pretiosum quoniam omne aurum in comparatione illius arena est
exigua et tamquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius.
Super salutem et speciem dilexi eam et proposui pro luce habere
illam quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem michi
omnia bona pariter cum illa et innumerabilis honestas per manus illius
et letatus sum in omnibus quoniam antecedebat me ista sapientia et igno
rabam quoniam omnium bonorum mater est. Quam sine fictione didici
et sine invidia communico et honestatem illius non abscondo. In
finitus enim thesaurus est hominibus quo qui usi sunt
participes facti sunt amicitie dei propter discipline dona commendati.
Michi autem dedit deus dicere ex sententia et presumere digna
horum que mihi dantur quoniam ipse deus sapientie dux est et sapi
entium emendator. In manu enim illius et nos et sermones nostri
et omnis sapientia et operum scientia et disciplina. Ipse enim dedit mihi
horum que sunt scientiam veram ut sciam dispositionem orbis terrarum
et virtutes elementorum initium et consummationem et medietatem
temporum vicissitudinum permutationes naturas animalium et iras bestiarum

vim ventorum et cogitaciones hominum differencias arborum et
consummaciones temporum mutaciones et divisiones temporum
anni cursus et stellarum disposiciones naturas animalium et iras bestiarum
vim ventorum et cogitaciones hominum differencias arborum et vires
virgultorum et virtutes radicum et quecunque sunt absconsa et im
provisa didici. Omnium enim artifex docuit me sapiencia. Est
enim in illa spiritus intelligencie sanctus multiplex unicus subtilis
modestus disertus mobilis incoinquinatus certus suavis
amans bonum acutus quem nichil vetat benefaciens humanus beni
gnus stabilis securus omnem habens virtutem omnia prospiciens
et qui capiat omnes spiritus intelligibiles mundus subtilis. Omnibus
enim mobilibus mobilior est sapiencia. Attingit autem ubique propter
mundiciam suam. Vapor est enim virtutis dei et emanacio est
quedam claritatis omnipotentis dei sincera. Et ideo inquinatum
nichil in eam incurrit. Candor est enim lucis eterne et speculum
sine macula dei maiestatis et ymago bonitatis illius. Et
cum sit una omnia potest et in se permanens omnia innovat
et per naciones in animas sanctas se transfert amicos dei et prophetas
constituit. Neminem enim diligit deus nisi eum qui cum sapiencia
inhabitat. Est enim hec speciosior sole et super omnem stellarum
disposicionem luci comparata invenitur prior. Illi
enim succedit nox sapienciam autem non vincit malicia.

Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter et disponit
omnia suaviter. Hanc amavi et hanc exquisivi a — VIII
iuventute mea et quesivi eam sponsam michi assumere
et amator factus sum forme illius. Generositatem illius glorificat
contubernium habens dei. Sed et omnium dominus dilexit eam. Doctrix
enim est sapiencia discipline dei et electrix operum illius. Et si
divicie appetuntur in vita quid sapiencia locupletius
que operatur omnia. Si autem sensus operatur quis horum que
sunt magis quam illa est artifex. Et si iusticiam quis diligit
labores huius magnas habent virtutes. Sobrietatem enim et pruden
ciam docet et iusticiam et virtutem quibus utilius nichil est in
vita hominibus. Et si multitudinem sciencie desiderat quis scit pre
terita et de futuris estimat. Scit versucias sermonum et dissoluciones

argumentorum signa et monstra scit antequam fiant / et eventus
temporum et seculorum propositum ergo hanc adducere mihi ad convivendum
sciens quoniam mecum communicabit de bonis / et erit allocucio de bo-
nis cogitacionibus et tedij mei Habebo propter hanc claritatem ad turbas
et honorem apud seniores et juvenes Acutus inveniar in iudicio
et in conspectu potencium admirabilis ero Et facies principum
mirabuntur me Tacentem sustinebunt / et loquentem me respicient / et
sermocinante me plura manus ori suo imponent Preterea
habebo per hanc immortalitatem et memoriam eternam / hijs
qui post me futuri sunt relinquam Disponam populos et naci-
ones mihi subdite erunt Timebunt me audientes reges
horrendi In multitudine videbor bonus / et in bello for-
tis Intrans in domum meam conquiescam cum illa non enim
habet amaritudinem conversacio illius / nec tedium convictus illius
sed leticiam et gaudium Hec cogitans apud me et commemo-
rans in corde meo Quoniam immortalitas est in cognacione
sapiencie et in amicicia illius delectacio bona / et in operibus
manuum illius honestas sine defectione / et in certamine lo-
quele illius sapiencia et preclaritas in communicacione sermonum
ipsius Circuibam querens / ut mihi illam assumerem Puer
autem eram ingeniosus et sortitus sum animam bonam Et cum
essem magis bonus / veni ad corpus incoinquinatum Et ut
scivi / quoniam aliter non possem esse continens / nisi deus det / et
hoc ipsum erat sapiencia summa. scire cuius hoc esset donum
Adij dominum et deprecatus sum illum Et dixi ex totis precor-
diis meis

IX Deus patrum meorum et domine / et domine misericordie qui fe-
cisti omnia verbo tuo / et sapiencia tua constituisti
hominem ut dominetur creature tue que a te facta
est et disponat orbem terrarum in equitate et iusticia / et
in directione cordis iudicium iudicet Da mihi sedium tuarum
assistricem sapienciam / et noli me reprobare a pueris tuis quoniam
servus tuus sum ego / et filius ancille tue. homo infir-
mus. et exigui temporis et minor ad intellectum iudicij et
legum Nam et si quis erit consummatus inter filios hominum / si
ab illo fuerit sapiencia tua. in nichilum computabitur
Tu autem elegisti me regem populo tuo et iudicem populorum

filiorum tuorum et filiarum / dixisti edificare me templum in
monte sancto tuo / et in civitate habitationis tue altare similitudinem
tabernaculi sancti tui quod preparasti ab initio / et tecum
sapientia tua que novit opera tua Que et affuit tunc cum
orbem terrarum faceres / et sciebat quid placitum esset oculis tuis /
et quid directum in preceptis tuis Mitte illam de celis sanctis
tuis / et a sede magnitudinis tue / ut mecum sit et mecum
laboret / et sciam quid acceptum sit apud te Scit enim illa
omnia et intelligit Et deducet me in operibus meis sobrie
et custodiet me in sua potentia Et erunt accepta opera mea
Et disponam populum tuum iuste et ero dignus sedium patris
mei Quis enim hominum poterit scire consilium dei Aut quis
poterit cogitare quid velit deus Cogitationes enim mortalium
timide et incerte providentie nostre Corpus enim quod corrumpitur
aggravat animam / et terrena inhabitatio deprimit sensum mul-
ta cogitantem Et difficile estimamus que in terra sunt / et
que in prospectu sunt invenimus cum labore Que autem in
celis sunt quis investigabit Sensum autem tuum quis sciet /
nisi tu dederis sapientiam Et miseris spiritum sanctum tuum de
altissimis Et sic correcte sint semite eorum qui sunt in terris
et que tibi placent didicerint homines Nam per sapientiam sanati
sunt quicumque placuerunt tibi ab initio

Hec enim illum qui primus formatus a deo pater · X ·
orbis terrarum / cum solus esset creatus custodivit et edu-
xit illum de limo terre / et eduxit eum a delicto suo
Et dedit illi virtutem continendi omnia Ab hac ut recessit in-
iustus in ira sua per iram homicidii fraternitatis deperiit
Propter quod cum aqua deleret terram / sanavit iterum sapientia
per contemptibile lignum iustum gubernans Hec et in consensu
nequitie cum se nationes contulissent scivit iustum / et servavit
sine querela deo et in filii misericordia fortem custodivit Hec
iustum a pereuntibus impiis liberavit fugientem Descendente
igne in pentapolim quibus in testimonium nequitie fu-
migabunda constat deserta terra Et incerto tempore fructus
habentes arbores Et incredibilis anime memoria

stans figmentum salis. Sapienciam enim preterientes, non tantum in hoc
lapsi sunt ut ignorarent bona, sed insipiencie sue reliquerunt
memoriam hominibus ut in hiis que peccaverunt nec latere potuissent. Sapiencia
autem hos qui se observant a doloribus liberavit. Hec autem profugum
ire fratris iustum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum
dei. Et dedit illi scienciam sanctorum, honestavit illum in laboribus. Et com-
plevit labores illius. In fraude circumvenientium illum affuit et hone-
stum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, et a seductoribus tutavit
illum. Et certamen forte dedit illi ut vinceret. Et sciret quoniam
omnium potencior est sapiencia. Hec venditum iustum non dereliquit, sed
a peccatoribus liberavit illum descenditque cum illo in foveam. Et in
vinculis non dereliquit illum donec afferret illi sceptrum regni et
potenciam adversus eos qui eum deprimebant. Et mendaces
ostendit qui maculaverunt illum. Et dedit illi claritatem eternam. Et populum
iustum et semen sine querela liberavit a nacionibus que illum
opprimebant. Intravit in animam servi dei, et stetit contra reges hor-
rendos in portentis et signis. Et reddidit iustis mercedem
laborum suorum, et deduxit eos in via mirabili. Et fuit illis in
velamento diei, et in luce stellarum per noctem. Et transtulit eos
per mare rubrum. Et transvexit eos per aquam nimiam. Inimicos
autem illorum demersit in mare. Et ab altitudine infernorum eduxit
illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, et decantaverunt domine
nomen sanctum tuum. Et victricem manum tuam laudaverunt pariter.
Quoniam sapiencia aperuit os mutorum. Et linguas infancium fecit di-
sertas. Direxit opera illorum in manibus prophete sancti.
XI Iter fecerunt per deserta que non habitabantur et in locis desertis
fixerunt casas. Steterunt contra hostes, et de inimicis se vin-
dicaverunt. Sitierunt et invocaverunt te, et data est illis aqua
de petra altissima, et requies sitis de lapide duro. Per que
enim penas passi sunt inimici illorum a defectione potus
sui. Et cum abundarent filii israel letati sunt per hec cum illis de-
essent. Bene cum illis actum est. Nam pro fonte quidem
sempiterni fluminis humanum sanguinem dedisti iniustis. Qui
cum minuerentur in traductione infancium occisorum. Dedisti
illis abundantem aquam insperate ostendens per sitim que tunc
fuit quemadmodum tuos exaltares, et adversarios illorum neca-
res. Cum enim temptati sunt et quidem cum misericordia disciplinam accipientes

Scierunt quemadmodum cum ira iudicati impii tormenta paterentur. 170
Hos quidem tamquam pater monens probasti, illos autem tamquam durus
rex interrogans condemnasti. Absentes enim et presentes similiter tor-
quebantur. Duplex enim illos acceperat tedium, et gemitus cum memoria
preteritorum. Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi, com-
memorati sunt dominum, admirantes in finem exitus. Quem enim
in expositione prava proiectum deriserunt, in fine eventus
mirati sunt. Non similiter iustis sitientes. Pro cogitationibus autem
insensatis iniquitatis illorum, quod quidam errantes colebant mu-
tos serpentes et bestias supervacuas, inmisisti illis multitudinem
mutorum animalium in vindictam, ut scirent quia per que peccat
quis, per hec et torquetur. Non enim impossibilis erat omni-
potens manus tua, que creavit orbem terrarum ex materia
invisa, inmittere illis multitudinem ursorum aut audaces leones
aut novi generis ira plenas et ignotas bestias aut vaporem
ignis spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas
ab oculis scintillas emittentes. Quarum non solum lesura pote-
rat illos exterminare, sed et aspectus per timorem occidere. Sed et
sine his uno spiritu occidi poterant, persecutionem passi ab
ipsis factis suis, et dispersi per spiritum virtutis tue. Sed omnia
in mensura et numero et pondere disposuisti. Multum enim va-
lere tibi soli superat semper, et virtuti brachii tui quis resi-
stet? Quoniam tamquam momentum statere, sic ante te est orbis
terrarum, et tamquam gutta roris antelucani, que
descendit in terram. Sed misereris omnium, quia omnia potes,
et dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Diligis enim omnia que
sunt, et nihil odisti eorum que fecisti. Nec enim odiens aliquid
constituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid per-
manere, nisi tu voluisses, aut quod a te vocatum non esset
conservaretur? Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, domine

XII

O quam bonus et suavis est domine qui amas animas
spiritus tuus in nobis omnibus, propter quod hos qui
exerrant partibus corripis, et de quibus peccant am-
mones et alloqueris, ut relicta malitia credant in te
domine. Illos enim antiquos inhabitatores sancte terre tue, odisti
quos exhorruisti, quia odibilia tibi opera faciebant per me-
dicamina et sacrificia iniusta, et filiorum suorum necatores

sine misericordia, et comestores viscerum hominum, et devoratores
sanguinis a medio sacramento tuo, et auctores parentes animarum
inauxiliatarum perdere voluisti per manus parentum nostrorum: Ut
dignam perciperent peregrinationem puerorum dei, quae tibi omnium carior
est terra. Sed et hiis tamquam hominibus pepercisti, et misisti ante
cessores exercitus tui vespas, ut illos paulatim exterminarent. Non
ignorans quia impotens eras in bello subicere impios iustis, aut
bestiis saevis, aut verbo duro simul exterminare: Sed partibus iudi
cans dabas locum penitentie. Non ignorans quoniam nequam est natio eorum,
et naturalis malitia ipsorum, et quoniam non poterat mutari cogitatio
cordis illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictum ab initio:
nec timens aliquem veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet
tibi: Quid fecisti? Aut quis stabit contra iudicium tuum? Aut quis
in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? Aut quis tibi
imputabit si perierint nationes quas tu fecisti? Non enim est
alius deus quam tu, cui cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non iniuste
iudicas iudicium. Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent
de hiis quos perdidisti. Cum sis ergo iustus, iuste omnia disponis: ipsum
quoque qui non debet puniri condemnas, et exterum existi
mas a tua virtute. Virtus enim tua iustitiae initium est: et ob hoc
quod omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim ostendisti
tu, qui non crederis in virtute esse consummatus, et hos qui te ne
sciunt in audacia traducis. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate
iudicas, et cum magna reverentia disponis nos: subest enim
tibi, cum volueris, posse. Docuisti autem populum tuum per talia opera,
quoniam oportet iustum esse et humanum, et bone spei fecisti esse
filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis penitentie. Si enim
inimicos servorum tuorum, et debitos morti, cum tanta cruciasti
attentione, et liberasti, dans tempus et locum per quae possent
mutari a malitia: cum quanta diligentia iudicasti filios tuos,
quorum parentibus iuramenta et conventiones dedisti bonarum
promissionum? Cum ergo nobis disciplinam das, inimicos nostros
multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes:
et cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. Unde et illis
qui in vita sua insensate et iniuste vixerunt, per haec quae coluerunt
dedisti summa tormenta. Etenim in erroris via diutius er
raverunt, deos aestimantes haec quae in animalibus sunt

supputantia infantium insensatorum more viventes. Propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui autem ludibriis et increpationibus correcti non sunt, dignum dei iudicium experti sunt. In quibus autem que patiebantur moleste ferebant, in quibus patientes indignabantur, per hec quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur videntes illum quem olim negabant se nosse, verum agnoverunt: propter quod et finis condemnationis illorum venit super illos.

XIII

Vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei, et de his que videntur bona non potuerunt eum intelligere qui est, neque operibus intendentes agnoverunt quis esset artifex, sed aut ignem aut spiritum aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem aut lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt. Quorum si specie delectati deos putaverunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator hec omnia constituit. Aut si virtutem et opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis quoniam qui hec constituit fortior est illis. A magnitudine enim speciei et creature cognoscibiliter poterit horum creator videri. Sed tamen in his adhuc minor est querela. Et hi enim fortassis errant deum querentes et volentes invenire. Etenim in operibus illius conversantes inquirunt, et persuasum habent quoniam bona sunt que videntur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuerunt scire ut estimare seculum, quomodo huius dominum non facilius invenerunt? Infelices autem sunt, et inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum hominum, aurum et argentum, artis inventionem, et similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antique. Aut si quis artifex faber de silva lignum rectum secuerit, et huius docte eradat corticem omnem, et arte sua usus diligenter fabricet vas utile ad conversationem vite, reliquiis eius operis ad preparationem esce abutatur. Et reliquum horum quod ad nullos usus facit, lignum curvum et vorticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, et per scientiam sue artis figuret illud et assimilet illud imagini hominis aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, et rubicundum faciens fuco colorem illius, et omnem maculam que in illo est perliniens terra, et faciat ei dignam habitationem in pariete ponens illud

et continens ferro ne forte cadat prospiciens illi / sciens / quoniam non
potest se adiuvare / ymago enim est / et opus est illi adiutorium
et de substantia sua et de filiis suis et de nuptiis votum
faciens inquirit Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est et
pro sanitate quidem infirmum deprecatur et pro vita mortuum
rogat, et in adiutorium inutilem invocat / et pro itinere petit ab
his quod ambulare non potest, et de acquirendo et de operando et
de omnium rerum eventu petit ab eo qui inutilis est in omnibus c xiiii

XIIII Iterum alius navigare cogitans et per feros fluctus iter
facere incipiens · ligno portante se · fragilius lignum invocat
illud enim cupiditas acquirendi excogitavit · et artifex sa-
pientia fabricavit sua Tua autem pater ab initio gubernat
providentia quoniam dedisti in mari viam / et inter fluctus semitam
firmissimam / ostendens quoniam potens es ex omnibus salvare, etiamsi
sine rate aliquis adeat mare Sed ut non essent vacua sapien-
tie opera propter hoc etiam / et exiguo ligno credunt homines animas
suas / et transeuntes mare per ratem liberati sunt Sed ab initio
cum perirent gigantes superbi, spes orbis terrarum ad ratem confu-
giens remisit semen seculo nativitatis que manu tua erat gu-
bernata gubernata Benedictum est enim lignum per quod fit iustitia
Per manus autem quod fit ydolum maledictum est / et ipsum · et qui
fecit illud Quia ille quidem operatus est / illud autem cum esset
fragile · deus cognominatus est Similiter autem odio sunt deo im-
pius et impietas eius Et enim quod factum est cum illo qui fecit
tormenta patietur / propter hoc et in ydolis nationum non erit respectus
Quoniam creature dei in odium facte sunt et in temptationem anime
hominum / et in muscipulam pedibus insipientium Initium enim
fornicationis est exquisitio ydolorum et adinventio illorum
corruptio vite est Neque enim erant ab initio · neque erunt in
perpetuum Supervacuitas enim hominum hec advenit in orbem
terrarum Et ideo brevis illorum inventus est Acerbo enim luctu
dolens pater / cito sibi rapti filii fecit ymaginem Et illum · qui
tunc quasi homo mortuus fuerat nunc tamquam deum colere cepit / et con-
stituit inter servos suos sacra et sacrificia / Deinde interveniente
tempore convalescente iniqua consuetudine / hic error

tanquam lex custodita est Et tyrannorum imperio colebantur
figmenta Et hos quos in palam honorare non poterant
homines propter hoc quod longe essent / e longinquo figura illorum alla
ta evidentem ymaginem regis quem honorare volebant
fecerunt / ut illum qui aberat / tanquam presentem colerent / sua
sollicitudine . Provexit autem ad horum culturam / et hos qui
ignorabant artificis eximia diligentia . Ille enim plus vo
lens placere illi qui se assumpsit / elaboravit arte sua
et similitudine figuraret multitudo autem hominum abducta per
speciem operis eum qui ante tempus tanquam homo honoratus
fuerat nunc ut deum estimaverunt Et hec fuit vite humane
deceptio quoniam aut affectui / aut regibus deservientes ho
mines / incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposue
runt Et non suffecerat eos errasse / circa dei scientiam / Sed
et in magno viventes inscientie bello / tot et tam magna
mala / pacem appellant . aut enim filios suos sacrificantes
aut obscura sacrificia facientes / aut insanie plenas vi
gilias habentes / neque vitam neque nuptias mundas iam
custodiunt / sed alius alium per invidiam occidit aut adul
terans contristat / et omnia commixta sunt . sanguis homi
cidium / furtum et fictio corruptio . infidelitas . turbatio
periurium . tumultus bonorum dei immemoratio . animarum
inquinatio . nativitatis immutatio nuptiarum inconstantia
inordinatio mechie / et impudicitie Infandorum enim
ydolorum cultura / omnis mali causa est / et initium et
finis Aut enim dum letantur insaniunt aut certe vatici
nantur falsa / aut vivunt iniuste / aut periurant cito Dum
enim confidunt in ydolis que sunt sine anima male iura
tes noceri se non sperant Utraque ergo illis evenient
digne Quoniam male senserunt de deo . attendentes ydolis
et iniuste iuraverunt in dolo contemnentes iusticiam
Non enim iuramentum est virtus / sed peccantium pena peram
Tu autem deus noster / bulat semper iniustorum prevaricationem
suavis / et verus es patiens et in misericordia disponens
omnia Etenim si peccaverimus tui sumus scientes

P. C.

magnitudinem tuam. Et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus
computati. Nosse enim te, consummata est iusticia, et scire iusticiam
et virtutem tuam, radix est immortalitatis. Non enim in errorem induxit
nos hominum male artis excogitatio, nec umbra picture labor sine
fructu, effigies sculpta per varios colores, cuius aspectus insensato
dat concupiscentiam, et diligit mortue ymaginis effigiem sine
anime. Malorum amatores digni sunt morte, qui spem
in talibus habent, et qui faciunt illos, et qui diligunt et qui colunt.
Sed et figulus mollem terram premens, laboriose fingit ad
usus nostros unumquodque vas, et de eodem luto fingit que munda
sunt in usum vasa, et similiter et que hiis sunt contraria. Horum
autem vasorum quis sit usus, iudex est figulus. Et cum labore vano
deum fingit de eodem luto ille qui paulo ante de terra factus
fuerat, et post pusillum reducit se unde acceptus est, repetitus
debitum anime quam habebat. Sed cura est illi, non quia laboraturus
est, nec quoniam brevis illi vita est, sed concertatur aurificibus et argen-
tariis, et erarios imitatur, et gloriam prefert quoniam res supervacu-
as fingit. Cinis est enim cor eius, et terra supervacua
spes illius, et luto vilior vita illius. Quoniam ignoravit qui
se finxit, et qui inspiravit illi animam que operatur,
et qui insufflavit ei spiritum vitalem. Sed et estimaverunt lu-
sum esse vitam nostram, et conversationem vite
compositam ad lucrum, et oportere undecumque etiam ex malo
acquirere. Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terre
materia fragilia vasa, et sculptilia fingit. Omnes enim insi-
pientes et infelices supra modum anime superbi sunt, inimici
populi tui, et imperantes illi, quoniam omnia ydola nationum
estimaverunt deos, quibus neque oculorum visus est ad videndum,
neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum,
neque digiti manuum ad tractandum, sed et pedes eorum pigri
ad ambulandum. Homo enim fecit illos, et qui spiritum mutuatus
est, finxit illos. Nemo enim similem sibi homo poterit deum
fingere. Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis.
Melior est enim hiis quos colit, quia ipse quidem vixit cum
esset mortalis, illi autem nunquam. Sed et animalia miserrima colunt

Insensata enim comparata his illis sunt deteriora Sed nec
aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere Effugerunt autem dei
Propter hec et hys laudem et benediccionem illius
similia passi sunt digne tormenta et per multi XVI
tudinem bestiarum exterminati sunt Pro quibus tormentis
bene disposuisti populum tuum quibus dedisti concupiscen
tiam delectamenti tui novum saporem escam parans eis
ortigometram ut illi quidem concupiscentes escam propter ea
que illis ostensa et missa sunt etiam a necessaria concupiscen
tia averterentur Hii autem in brevi inopes facti novam gustave
runt escam Oportebat enim illis quidem sine excusacione
supervenire interitum exercentibus tyrannidem hiis autem tantum ostendere
quemadmodum inimici illorum exterminabantur Et enim cum super
venit illis seva bestiarum ira morsibus perversorum colubrorum
exterminabantur Sed non in perpetuum permansit ira tua sed
ad correctionem in brevi turbati sunt signum habentes salutis
ad commemoracionem mandati legis tue Qui enim conversus
est non per hoc quod videbat sanabatur sed per te omnium salvato
rem Et in hoc autem ostendisti inimicis nostris quia tu es
qui liberas ab omni malo Illos enim locustarum et muscarum
occiderunt morsus Et non est inventa sanitas anime ipsorum
quia digni erant ab huiusmodi exterminari Filios autem tuos
nec draconum ~~venenabant~~ venenatorum vicerunt dentes
Misericordia enim tua adveniens sanabat illos In memo
ria enim sermonum tuorum exterminabantur et velociter sanabantur ne
in altam incidentes oblivionem non possent tuo uti ad
iutorio Etenim neque herba neque malagma sanavit
illos Sed tuus sermo domine qui sanat omnia Tu enim domine
vite et mortis habes potestatem et deducis ad portas mortis
et reducis Homo autem occidit per maliciam animam suam
Et cum exierit spiritus per se non revertetur nec revocabit animam
que recepta est Sed tuam manum effugere impossibile autem
est Negantes enim nosse te impii per fortitudinem brachii
tui flagellati sunt Novis aquis et grandinibus et pluviis
persecucionem passi sunt et per ignem consumpti Quod enim mira
bile erat in aqua que omnia extinguit plus ignis
valebat Vindex est enim orbis terrarum iustorum

Quodam enim tempore mansuetabatur ignis ne combu-
rerentur que ad impios missa erant animalia sed ut ipsi vi-
dentes scirent quoniam dei iudicio paciuntur persecutionem. Et quodam
tempore in aqua supra virtutem ignis exardebat undique ut
iniquam terre nacionem exterminaret. Pro quibus angelorum esca
nutrivisti populum tuum et paratum de celo panem prestitisti
illis sine labore omne delectamentum in se habentem et omnis
saporis suavitatem. Substancia enim tua et dulcedinem tuam quam
in filios habes ostendebat et deserviens uniuscuiusque voluntati
ad quod quisque volebat convertebatur. Nix autem et glacies susti-
nebant vim ignis et non tabescebant ut scirent quoniam
fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine et
pluvia coruscans. Hic autem ut iterum nutrirentur iusti etiam
ignis sue virtutis oblitus est. Creatura enim tibi tua deserviens
factori exardescit in tormentum adversus iniustos et le-
nior fit ad benefaciendum pro hiis qui in te confidunt. Propter hoc
et tunc omnia transfigurata omnium nutrici gracie tue deser-
viebat ad voluntatem eorum qui a te desiderabant ut scirent
filii tui quos dilexisti domine quoniam non nativitatis fructus pa-
scunt homines sed sermo tuus hos qui in te crediderunt
conservat. Quod enim ab igne non poterat exterminari statim
ab exiguo solis radio calefactum tabescebat ut notum omnibus
esset quoniam oportet prevenire solem ad benedictionem tuam et ad orientem
lucis adorare te. Ingrati enim spes tamquam yberna yhernalis
glacies tabescet et disperiet tamquam aqua vacua.

.xvii. Magna enim sunt iudicia tua domine et inenarrabilia
verba tua. Propter hoc indisciplinate
anime erraverunt. Dum enim persuasum habent iniqui
posse dominari nacioni sancte vinculis tenebrarum et longe
noctis compediti inclusi sub tectis fugitivi perpetue pro-
videncie iacuerunt. Et dum putant se latere in obscuris
peccatis tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt pa-
ventes horrende et cum admiracione nimia perturbati.
Neque enim que continebat eos spelunca sine timore custo-
diebat. Quoniam sonitus descendens perturbabat illos et per-
sone triste illis apparentes pavorem illis prestabant. Et igitur ignis quidem
nulla vis poterat illis lumen prebere nec siderum

limpide flamme illuminare poterant. tristem illam noctem
horrendam. Apparebat autem illis deus subitaneus ignis timore
plenus et timore percussi illius que non videbatur faciei estima-
bant deteriora esse que videbantur. Et magice artis appositi erant
derisus et sapientie gloria correptio cum contumelia. Illi enim
qui promittebant timores et perturbationes se ab anima expellere
languente hy cum derisu pleni timore languebant. Nam etsi
nihil illos ex monstris perturbabat transitu tamen animalium et serpentium
sibilatione commoti. tremebundi peribant. Et aerem quem nulla
ratione. quis effugere posset/ negantes se videre. Frequenter
enim preoccupabat pessima redarguente conscientia. Cum sit
enim timida nequitia/ data est in omnium condemnationem. Semper
enim presumit seva conturbata conscientia/ nihil enim est timor
nisi presumptionis adiutorii proditio cogitationis auxiliorum.
Et dum ab intus minor est expectatio maiorem computat sci-
entiam alius potestatis esse eius cause de qua tormentum pre-
stat. Illi autem qui impotentem vere noctem. et ab infimis
et ab altissimis supervenientem eundem somnum dormientes
aliquando monstrorum exagitabantur timore. aliquando anime deficie-
bant traductione. Subitaneus enim illis et insperatus timor
supervenerat/ Deinde si quisquam ex illis cadebat decidisset
custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Si enim rusticus
quis erat aut pastor aut agricola alius agri laborum operarius
preoccupatus esset. ineffugibilem sustinebat necessitatem. Una enim
cathena tenebrarum omnes erant colligati. Sive spiritus si-
bilans/ aut inter spissos arborum ramos avium sonus sua-
vis. aut vis aque decurrentis nimium aut sonus va-
lidus precipitatarum petrarum aut ludentium animalium cursus
invisus/ aut mugientium valida bestiarum vox/ aut resonans
de altissimis montibus echo faciebat illos deficientes
pre timore. Omnis enim orbis terrarum limpidissimo illuminabatur
lumine/ et non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis
superposita erat gravis nox. et ymago tenebrarum que superventura
illis erat. Ipsi ergo sibi erant graviores tenebris.

XVIII

Sanctis autem tuis maxima erat lux. Et horum quidem vocem

audiebant / sed figuram non videbant et quia non et ipsi per
eadem passi erant magnificabant te. Et qui ante lesi erant / quia
non ledebantur gratias agebant / et ut esset differentia te donum
petebant. Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt
ignote vie / et solem sine lesura boni hospitii prestitisti.
Digni quidem illi carere luce / et pati carcerem tenebrarum / qui
inclusos custodiebant filios tuos per quos incipiebat incorruptum
lumen legis seculo dari. Cum cogitarent iustorum occidere infantes
Et uno exposito filio et liberato in traductionem illorum multitu-
dinem filiorum abstulisti / et pariter illos perdidisti in aqua valida
Illa enim nox ante cognita est a patribus nostris ut vere scientes quibus
iuramentis crediderunt animequiores essent. Suscepta est autem
a populo tuo sanitas quidem iustorum iniustorum autem exterminatio. Sic-
enim lesisti adversarios sic et nos provocans magnificasti. Absconse
enim sacrificabant iusti pueri bonorum et iustitie legem in concordia
disposuerunt similiter bona et mala recepturos iustos patrum
iam decantantes laudes. Resonabat autem incon-
veniens inimicorum vox et flebilis audiebatur planctus
ploratorum infantium. Simili autem pena servus cum domino afflictus
est / et popularis homo regi similia passus. Similiter ergo omnes
uno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad
sepeliendum vivi sufficiebant. Quoniam uno momento que
erat preclarior natio illorum exterminata est. De omnibus enim non
credentes propter veneficia tunc vero cum fuit exterminium primogenitorum
spoponderunt populum dei se esse. Cum enim quietum silentium
contineret omnia Et nox in suo cursu medium iter haberet
Omnipotens sermo tuus domine exiliens de celo a regalibus sedibus
venit. Durus debellator in mediam exterminii terram pro-
silivit alias prosiluit / gladius acutus insimulatum impe-
rium portans Et stans replevit omnia morte et usque ad ce-
lum attingebat stans in terra. Tunc continuo visus somniorum
malorum turbaverunt illos / et timores supervenerunt insperati
et alius alibi proiectus semivivus propter quam moriebatur cau-
sam mortis demonstrabat. Visiones enim que illos turbaverunt
hoc premonebant ne inscii quare mala patiebantur perirent.
Tetigit autem tunc et iustos temptatio mortis / et commotio in
heremo facta est multitudinis / sed non diu permansit ira tua

Properans enim homo sine querela deprecari pro populis proferens 175
servitutis sue scutum orationem et per incensum deprecationem allegans
restitit ire et finem imposuit necessitati ostendens quoniam tuus est
famulus. Vicit autem turbas non in virtute corporis nec armature
potentia sed verbo illum qui se vexabat subiecit iuramenta
parentum et testamentum commemorans. Cum enim iam catervatim
cecidissent super alterutrum mortui interstitit et amputavit impe-
tum et divisit illam que ad vivos ducebat viam. In veste
enim poderis quam habebat totus erat orbis terrarum et parentum
magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta et
magnificentia tua in dyademate capitis illius erat scripta.
His autem cessit qui exterminabat et hec extimuit. Erat enim
sola temptatio ire sufficiens.

Impiis autem usque in novissimum sine misericordia ira supervenit.
Presciebat enim et futura illorum. Quoniam cum ipsi reversi
essent et promisissent alias permisissent ut se educerent et cum XIX
magna sollicitudine premisissent illos consequebantur
illos penitentia acti. Adhuc enim inter manus habentes luctum
et deplorantes ad monumenta mortuorum aliam sibi assu-
mpserunt cogitationem inscientie alias in studia [?] et quos rogantes
eicerent hos tamquam fugitivos persequebantur. Ducebat
enim illos adhuc finem digna necessitas et horum que acci-
derant commemorationem amittebant ut ea que deerat tor-
mentis repleret punitio et populus quidem tuus mirabiliter
transiret illi autem novam mortem invenirent. Omnis enim
creatura ad suum genus ab initio refigurabatur deserviens tuis
preceptis ut pueri tui custodirentur illesi. Nam nubes
castra eorum obumbrabat et ex aqua que ante erat terra arida
apparuit et in mari rubro via sine impedimento et
tamquam alias campus germinans de profundo nimio per quem
omnis natio transivit que tua tegebatur manu videntes mira-
bilia et monstra. Tamquam enim equi depaverunt escam et
tamquam agni exultaverunt magnificantes te domine qui liberasti
illos. Memores enim erant adhuc illorum que in prolatu
alias in incolatu illorum facta fuerant. Quemadmodum
pro natione animalium produxit terra muscas et pro piscibus

eructavit eructavit fluminis multitudinem ranarum. No-
vissime autem viderunt novam creaturam avium cum adducti
concupiscentia postulaverunt escas epulationis. In allocutio-
ne enim desiderii ascendit illis ortigometra, et vexationes pecca-
toribus supervenerunt, non sine illis que ante facta erant ar-
gumentis per vim fluminum. Iuste enim patiebantur secundum suas
nequitias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt.
Alii quidem ignotos non recipiebant advenas, alii autem bo-
nos hospites in servitutem ~~accipiebant~~. Et non solum hec, sed
et alius quidam erat respectus illorum, quoniam inviti recipiebant
extraneos. Qui autem cum letitia receperunt hos qui eisdem usi
erant iusticiis, sevissimis afflixerunt doloribus. Percussi sunt
autem cecitate, sicut illi in foribus ~~hostii sui~~ iusti cum subitaneis co-
operti essent tenebris, unusquisque hostii sui querebat transitum.
In se enim elementa dum convertuntur, sicut in organo qualitatis
sonus immutatur, et omnia suum sonum custodiunt. Unde estimari
ex ipso certo visu potest. Agrestia enim in aquatica convertebantur,
et quecumque erant natantia in terra transibant. Ignis in aqua
valebat supra suam virtutem, et aqua extinguentis nature oblivisce-
batur. Flamme e contrario corruptibilium animalium
non vexaverunt carnes coambulancium, nec dissolvebant illam
que facile dissolvebatur sicut glacies bonam escam. In omnibus
enim deus magnificasti populum tuum, et honorasti, et non despe-
xisti in omni tempore et in omni loco assistens eis.

Incipit prologus in libro Ecclesiastici

Multorum nobis et magnorum per legem et prophetas
aliosque qui secuti sunt illos sapientia est demon-
strata, in quibus oportet laudare Israel doctrine et
sapientie causa. Quia non solum ipsos loquentes neces-
se est esse peritos, sed etiam extraneos posse et dicentes et scribentes
doctissimos fieri. Avus meus Ihesus postquam se amplius dedit ad
intelligentiam lectionis legis et prophetarum et aliorum librorum qui
nobis a parentibus nostris traditi sunt, voluit et ipse scribere aliquid
horum que ad doctrinam et sapientiam pertinent, ut desiderantes di-
scere et illorum periti magis magisque attendant animo et confirmen-
tur ad legitimam vitam. Hortor itaque vos venire cum

benivolentia et attenciori studio lectionem facere et veniam habere
in illis in quibus videmur sequentes ymaginem sapientie deficere
in verborum compositione. Nam deficiunt verba hebraica
que fuerint translata ad aliam linguam. Non autem solum hec
sed et ipsa lex et prophete ceteraque aliorum librorum non par
vam habent differenciam quando inter se dicuntur. Nam in octa
vo et tricesimo anno temporibus Ptholomei euergetis regis
postquam perveni in egiptum et cum multum temporis fuissem
ibi inveni libros relictos non parve neque contempnende
doctrine. Itaque bonum et necessarium putavi et ipse aliquam adde
re diligenciam et laborem interpretandi istum librum. Et multa vigi
lia attuli doctrinam in spacio temporis ad illa que ad finem
ducunt librum istum dare illis qui volunt animum intendere et
discere quemadmodum oporteat instituere mores qui secundum legem
domini proposuerunt vitam agere. Incipit liber Ecclesiastici

Omnis sapiencia a domino deo est et cum
illo fuit semper et est ante evum. Are
nam maris et pluvie guttas et dies
seculi quis dinumeravit. Altitudinem celi
et latitudinem terre et profundum abyssi
quis dimensus est. Sapienciam dei precedentem
omnia quis investigavit. Prior omnium
creata est sapiencia et intellectus prudencie ab evo.
Fons sapiencie verbum dei in excelsis et ingressus illius man
data eterna. Radix sapiencie cui revelata est et astucias
illius quis agnovit. Disciplina sapiencie cui revelata est
et manifestata et multiplicacionem ingressus illius quis intelle
xit. Unus est altissimus creator omnipotens et rex potens et
metuendus nimis sedens super thronum illius et dominans deus.
Ipse creavit illam in spiritu sancto et vidit et dinumeravit et mensus
est et effudit illam super omnia opera sua et super omnem
carnem secundum datum suum et prebet illam diligentibus se. Timor domini
gloria et gloriacio et leticia et corona exultacionis. Timor
domini delectabit cor et dabit leticiam et gaudium in longi
tudinem dierum. Timenti deum bene erit in extremis et in die
defunctionis sue benedicetur. Dilectio dei honorabilis sapiencia.
Quibus autem apparuerit in visione diligunt eam in vi
sione et in agnicione magnalium suorum. Inicium sapiencie

timor domini Et cum fidelibus in vulva concreatus est Et cum electis
feminis graditur / et cum iustis et fidelibus agnoscitur Timor
domini sciencie religiositas Religiositas custodiet et iustificabit
cor / iocunditatem atque gaudium dabit Timenti dominum bene erit
et in diebus consumacionis illius benedicetur Plenitudo sapiencie
timere deum Et plenitudo a fructibus illius Omnem domum illius
implebit a generacionibus et receptacula a thezauris illius Coro-
na sapiencie timor domini / replens pacem / et salutis fructum
et vidit et dinumeravit eam Utraque autem sunt dona dei / Scienciam
et intellectum prudencie sapiencie compartietur / et gloriam tenencium
se exaltat Radix sapiencie est timere dominum
Rami enim illius longevi In thesauris sapiencie intellectus
et sciencie religiositas Execracio autem peccatoribus sapiencia Timor
domini expellit peccatum Nam qui sine timore est non poterit iustifi-
cari Iracundia enim animositatis illius subversio est ipsius
ad tempus sustinebit paciens / et postea reddicio iocunditatis
Bonus sensus usque in tempus abscondet verba illius / et la-
bia multorum enarrabunt sensum illius In thesauris sapiencie
significacio discipline Execracio autem peccatori cultura dei Fili
concupiscens sapienciam conserva iusticiam / et deus prebebit
illam tibi Sapiencia enim et disciplina timor domini / et quod
beneplacitum est illi fides et mansuetudo adimplebit thesauros
illius Ne sis contumax et incredibilis timori domini / et ne
accesseris ad illum duplici corde Ne fueris ypocrita in conspectu filiorum
hominum / et non scandalizeris in labiis tuis Attende in illis
ne forte cadas / et adducas anime tue inhonoracionem tibi
et revelet deus absconsa tua et in medio synagoge eli-
dat te Quoniam accessisti maligne ad dominum / et cor tuum
plenum est dolo et fallacia

II Fili accedens ad servitutem
dei / sta in iusticia et timore / et prepara animam tuam
ad temptacionem Deprime cor tuum et sustine / et inclina
aurem tuam / et suscipe verba intellectus et ne festines
in tempore obduccionis Sustine sustentaciones dei
coniungere deo / sustine ut crescat in novissimo vita tua
Omne quod tibi applicatum fuerit accipe / et in dolore sustine
et in humilitate tua pacienciam habe Quoniam in igne probatur
aurum et argentum homines vero receptibiles in camino

humiliationis Crede deo et recuperabit te / et dirige viam tuam
et spera in illum Serva timorem illius / et in illo veterasce Metuen
tes deum sustinete misericordiam eius / et non deflectatis ab illo ne
cadatis Qui timetis dominum credite illi / et non evacuabitur
merces vestra Qui timetis dominum sperate in illum / et in oblecta
tione als in oblatione veniet vobis misericordia Qui timetis
dominum diligite illum / et illuminabuntur corda vestra Respicite
filii nationes hominum / et scitote quia nullus speravit in domino
et confusus est permansit in mandatis eius et derelictus est
aut quis invocavit eum et despexit illum Quoniam pius et misericors
est deus · et remittit in tempore tribulationis peccata et pro
tector est omnibus requirentibus se in veritate Ve dupplici
corde / qui non credunt deo / et labiis scelestis / et manibus
malefacientibus / et peccatori terram ingredienti duabus viis
Ve dissolutis corde / qui non credunt deo / ideo non protegentur ab eo
Ve hiis qui perdiderunt sustinentiam · qui dereliquerunt vias
rectas / et diverterunt in vias pravas Et quid facient cum
inspicere ceperit dominus Qui timent dominum non erunt incredibiles
verbo illius Qui timent dominum inquirent que beneplacita
sunt illi Et qui diligunt illum replebuntur lege ipsius Qui
timent dominum preparabunt corda sua / et in conspectu illius sanctifi
cabunt animas suas Qui timent dominum / custodient mandata
illius / et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius dicentes
Si penitentiam non egerimus incidemus in manus dei /
et non in manus hominum Secundum enim magnitudinem illius · sic
et misericordia ipsius cum ipso sit

Filii sapientie ecclesia iustorum / et natio illorum obedientia
et dilectio Iudicium patris audite filii dilecti / et sic fa III
cite ut salvi sitis Deus enim honoravit patrem in fi
liis / et iudicium matris exquirens firmavit in filios Qui dili
git deum exorabit pro peccatis et continebit se ab illis / et in oratione
dierum exaudietur Et sicut qui thesaurizat · ita qui honorifi
cat matrem Qui honorat patrem iocundabitur in filiis / et
in die orationis sue exaudietur Qui honorat patrem suum · vita

vivet longior/ et qui obedit patri refrigerabit matrem Qui
timet dominum honorat parentes Et quasi dominis aliis dominus
serviet illis hiis qui se genuerunt in opere et sermone et in omni
patientia Honora patrem tuum et superveniet tibi tibi benedictio
ab eo/ et benedictio illius in novissimo manet Benedictio
patris firmat domos filiorum Maledictio matris eradicat fun
damenta Ne glorieris in contumelia patris tui/ non enim est gloria
tibi sed confusio Gloria enim hominis ex honore patris sui/ et de
decus filii pater sine honore Fili suscipe senectam patris tui
Et ne contristes eum in vita illius/ et si defecerit sensu veniam
da/ et non spernas eum in tua virtute Elemosina enim patris non
erit in oblivione Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum Et
in iustitia edificabitur tibi/ et in die tribulationis commemorabitur
tui Et sicut in sereno glacies solventur peccata tua Quam ma
le est qui relinquit patrem/ et est maledictus a deo/ qui exasperat
matrem Fili in mansuetudine opera tua perfice/ et super hominum
gloriam diligeris Quanto magnus es humilia te ipsum in omnibus
Et coram deo invenies gratiam Quoniam magna est potentia dei
solius/ et ab humilibus honoratur Altiora te ne quesieris et
fortiora te ne scrutatus fueris Sed que precepit tibi deus illa co
gita semper Et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus Non est
enim tibi necessarium ea videre/ que abscondita sunt ab oculis
tuis In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter/ et in pluribus
operibus eius non eris curiosus Plurima enim super sensum hominis
ostensa sunt tibi Multos enim supplantavit suspicio illorum
et in vanitate detinuit sensus illorum Cor durum male
habebit in novissimo/ et qui amat periculum in illo peribit Cor
ingrediens vias duas non habebit successus/ et pravus cor
dis pravi cordibus in illis scandalisabitur Cor nequam gra
vabitur in doloribus/ et peccator adiciet ad peccandum Synagoge
superborum non est sanitas Frutex enim peccati eradicabitur
in illis/ et non intelligetur Cor sapientis intelligitur in sapientia
Et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam Sapiens
cor et intelligibile abstinebit se a peccatis/ et in operibus iustitie
successus habebit Ignem ardentem extinguet aqua/ et

elemosina resistit peccatis / et deus prospector eius est Qui
reddit gratiam meminit in posterum Et in tempore casus sui inveniet
Fili elemosinam pauperis ne defraudes firmamentum
Et oculos tuos ne avertas a paupere Animam esurientem
ne despexeris / et ne exasperes pauperem in inopia Cor
inopis ne affixeris / et non protrahas datum angustianti Ro
gationem contribulati ne abicias / et non avertas faciem
tuam ab egeno Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram
et non derelinquas querentibus tibi retro maledicere Maledicentis
enim tibi in amaritudine anime exaudietur deprecatio illius
exaudiet autem eum qui fecit illum Congregationi pauperum affa
bilem te facito / et presbitero humilia animam tuam / et magnato
humilia caput tuum Declina pauperi sine tristicia aurem tuam
et redde debitum tuum / et responde illi pacifica in mansuetudine
libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi / et non acide
feras in anima tua In iudicando esto misericors pupillis ut pater
Et pro viro matri illorum Et eris tu velut filius altissimi
obediens / et miserebitur tui magis quam mater Sapientia filiis
suis vitam inspirat / et suscipit exquirentes se Et preibit
in via iustitie / et qui illam diligit / diligit vitam et qui vigila
verint ad illam complectentur placorem eius Qui tenuerit
illam vitam hereditabunt / et quo introibit benedicet deus Qui
serviunt ei obsequentes erunt sancto / et eos qui diligunt illam
diligit deus Qui audit illam iudicabit gentes / et qui intue
bitur illam permanebit confidens Si crediderit ei hereditabit
illam / et erunt in confirmatione creature illorum Quoniam in temptatione
ambulat cum eo / et in primis eligit eum Timorem et metum
et probationem inducet super illum / et cruciabit illum in tribulatione
doctrine sue / donec temptet eum in cogitationibus illius / et cre
dat anime illius / et firmabit illum et iter adducet directum
ad illum / et letificabit illum / et denudabit absconditum sua
illi / et thesaurizabit super illum scientiam et intellectum iustitie
Si autem oberraverit derelinquet illum / et tradet eum in
manus inimici sui Fili conserva tempus et devita a malo

IIII

pro anima tua. Ne confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum
et est confusio adducens gloriam et gratiam. Ne accipias faciem adversus
faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Ne reverearis pro-
IIII ximum tuum in casu suo. Nec retineas verbum in tempore salutis. Non ab-
scondas sapientiam tuam in decore eius. In lingua enim agnoscitur
sapientia, et sensus et scientia et doctrina in verbis sensati, et
firmamentum in operibus iusticie. Non contradicas verbo veritatis ullo
modo, et de mendacio ineruditionis tue confundere. Non confundaris
confiteri peccata tua, et ne subicias te omni homini pro peccato. Noli resistere
contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluminis. Pro iusticia
agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro iusticia, et
deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua
tua, et inutilis et remissus in operibus tuis. Noli esse quasi
leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens
subiectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, et ad
V Noli attendere ad possessiones dandum collecta
iniquas, et ne dixeris: Est mihi sufficiens vita. Ni-
chil enim proderit in die vindicte et obductionis.
Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, et
ne dixeris: Quomodo potui, aut quis me subiciet pro factis meis?
Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris: Peccavi, et quid accidit mihi triste? Altissimus enim est patiens
et redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque
adicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Miseratio dei magna
est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia
enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira il-
lius. Non tardes converti ad dominum, et ne differas de
die in diem. Subito enim venit ira illius, et in tempore
vindicte disperdet te. Noli anxius esse in divitiis iniustis.
Nichil enim proderunt tibi in die obductionis et vindicte.
Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omni via. Sic
enim peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via domini
et in veritate sensus tui, et scientia, et prosequatur te verbum
pacis et iusticie. Esto mansuetus ad audiendum verbum dei
ut intelligas, et cum sapientia proferas responsum verum.

Si est tibi intellectus responde proximo Sin autem manus tua
sit super os tuum ne capiaris in verbo indisciplinato et confundare
Honor et gloria in sermone sensati Lingua imprudentis subversio
est ipsius Non appelleris susurro in vita tua et lingua tua
ne capiaris et confundaris Super furem enim est confusio
et penitentia et denotatio pessima super bilinguem Susurratori autem
odium et inimicitia et contumelia Iustifica pusillum et magnum
Noli fieri pro amico inimicus proximo similiter
Improperium enim et contumeliam malus hereditabit Et omnis VI
peccator invidus et bilinguis Non te extollas in cogitatione
anime tue velut taurus ne forte elidatur virtus tua per stulti-
tiam et folia tua comedat et fructus tuos perdat et relinquaris
velut lignum aridum in heremo Anima enim nequam disperdet
eum qui se habet et in gaudium inimici dat illum et deducet in sor-
tem impiorum Verbum dulce amicos multiplicat et mitigat ini-
micos Et lingua eucharis (i. graciosa) in bono homine abundabit Multi pacifici
sint tibi Et consiliarius sit tibi unus de mille Si posside-
res amicum in temptacione posside illum Et non facile credas
illi tempus Est enim amicus secundum tempus suum et non perma-
nebit in die tribulacionis Et est amicus qui convertitur ad inimi-
ciciam Et est amicus qui odium et rixam et convicia denuda-
bit Est autem amicus socius mense et non permanet in die necessitatis
Amicus autem si permanserit fixus erit tibi quasi coequalis et
in domesticis tuis fiducialiter aget Si humiliaverit se contra
te et a facie tua absconderit se unanimem habebis amiciciam
bonam Ab inimicis tuis separare et ab amicis tuis attende
Amicus fidelis protectio fortis Qui autem illum invenit invenit
thesaurum Amico fideli nulla est comparatio et non est digna
ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius Amicus
fidelis medicamentum vite et immortalitatis et qui metuunt
deum invenient illum Qui timet deum eque habebit ami-
ciciam bonam quoniam secundum illum erit amicus illius Fili a iuven-
tute tua excipe doctrinam et usque ad canos invenies sapientiam
Quasi is qui arat et seminat accede ad illam et sustine
bonos fructus illius In opere enim illius exiguum laborabis

et cito edes de generationibus ipsius Quam aspera est nimium sapientia
indoctis hominibus et non permanebit in illa excors Quasi lapidis
virtus probatio erit illis in illis, et non demorabuntur proicere
illam Sapientia enim doctrine secundum nomen eius est et non multis
est manifesta Quibus autem agnita est, permanet usque ad conspectum
dei Audi fili et accipe consilium intellectus / et ne abicias con
silium meum Iniice pedem tuum in compedes illius et in torques eius
collum tuum Subiice humerum tuum et porta illam / et ne ac
cidieris vinculis eius In omni animo tuo accede ad illam · et in
omni virtute tua serva vias eius Investiga illam / et mani
festabitur tibi et continens factus ne derelinquas eam In novissimis
enim invenies requiem in ea / et convertetur tibi in oblectationem
Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis et bases vir
tutis / et torques illius stola glorie · Decor enim vite est in illa
Et vincula illius alligatura salutis Stolam glorie indues
eam · et coronam gratulationis superpones tibi Fili si attenderis
mihi / disces eam / et si accomodaveris animum tuum · sapiens
eris Et si inclinaveris aurem tuam · excipies doctrinam Et si
dilexeris audire sapiens eris In multitudine presbiterorum
prudentium sta / et sapientie illorum ex corde coniungere · ut omnem
narrationem dei possis audire Et proverbia laudis non effugiet te
Et si videris sensatum evigila ad illum / et gradus hostiorum illius
exterat pes tuus Cogitatum habe in preceptis dei / et in
mandatis illius maxime assiduus esto Et ipse dabit tibi cor / et co
VII Noli facere mala concupiscencia sapientie dabitur tibi
et non te apprehendent · Discede ab iniquo et deficient
mala abs te Non semines mala in sulcis iniusticie
et non metes ea in septuplum Noli querere ab homine ducatum
neque a rege kathedram honoris Non te iustifices ante deum
quoniam agnitor cordis ipse est Et penes regem noli
velle videri sapiens Noli querere fieri iudex / nisi valeas
virtute irrumpere iniquitates ne forte extimescas faciem
potentis / et ponas scandalum in agilitate tua Non pecces
in multitudine civitatis nec te immittas in populum Neque alliges
duplicia peccata · Nec enim in uno eris immunis Noli esse
pusillanimis in animo tuo Exorare et facere elemosinam
non despicias / Ne dicas in multitudine munerum meorum

respiciet deus / et offerente me deo altissimo suscipiet munera
mea Non irrideas hominem in amaritudine anime sue Est enim
qui humiliat et qui exaltat / circumspector deus Noli arare
mendacium adversus fratrem tuum / neque in amicum similiter facias
Noli velle mentiri omne mendacium Assiduitas enim illius non est
bona Noli verbosus esse in multitudine presbiterorum / et ne
iteres verbum in oratione tua Non oderis laboriosa opera et rus-
ticationem ab altissimo creatam Non te reputes in multitudine
indisciplinatorum Memento ire quoniam non tardabit Humilia valde
spiritum tuum quoniam vindicta carnis impii ignis et ver-
mis Noli prevaricare in amicum pecuniam differente / neque
fratrem tuum carissimum auro spreveris Noli discedere a muliere
sensata et bona / quam sortitus es in timore domini Gratia
enim verecundie illius super aurum Non ledas servum operantem
in veritate / neque mercenarium dantem animam suam Servus
sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua Non defraudes illum libertate
neque inopem derelinquas illum Pecora tibi sunt attende illis /
et si sunt utilia perseverent apud te Filii tibi sunt erudi
illos / et curva illos a pueritia illorum Filie tibi sunt serva
corpus illarum / et non ostendas faciem tuam hylarem ad illas
Trade filiam et grande opus feceris / et homini sensato da
illam Mulier si est tibi secundum animam tuam non proicias
illam / et odibili non credas te in toto corde Honora pa-
trem tuum / et gemitus matris tue ne obliviscaris Memento
quoniam nisi per illos non fuisses et retribue illis quomodo et illi
tibi In tota anima tua time deum et sacerdotes illius sanctifica
In omni virtute tua dilige eum qui te fecit / et ministros eius
non derelinquas Honora deum ex tota anima tua / et honorifica
sacerdotes et propugnatoris tu brachiis Da illis partem sicut
mandatum est tibi primiciarum et purgationis / et de negligen-
cia tua purga te cum paucis Datum brachiorum tuorum
et sacrificium sanctificationis offeres domino inicia sanctorum / et pauperi
porrige manum tuam / ut perficiatur propiciatio et benedictio
tua Gratia dati in conspectu omnis viventis Et mor-
tuo non prohibeas gratiam Non desis plorantibus in
consolatione / et cum lugentibus ambula Non te

Pigeat visitare infirmum ex hiis enim in dilectione firmabis In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in eternum non peccabis

VIII

Non litiges cum homine potente ne forte incidas in manus illius Non contendas cum viro locuplete ne forte contra constituat litem tibi Multos enim perdidit aurum et argentum et usque ad cor regum extendit et convertit Non litiges cum homine linguato et non strues in ignem illius ligna Non communices
b Ne despicias hominem avertentem se a peccato neque improperes ei Ne a
communices homini indocto ne male de progenie tua loquatur
Memento quoniam omnes in correptione sumus Ne spernas hominem in sua senectute etenim ex nobis senescunt Noli de morte inimici tui gaudere sciens quoniam omnes morimur et in gaudium nolumus venire Ne despicias narrationem presbiterorum sapientum et in proverbiis illorum conversare Ab ipsis enim disces doctrinam intellectus et servire magnatis sine querela Non te preteriat sermo narratoris etenim ipsi didicerunt a patribus suis quoniam ab ipsis disces intellectum et in tempore necessitatis dabis responsum Non incendas carbones peccatorum arguens eos et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum Ne contra faciem stes contumeliosi ne sedeat quasi insidiator ori tuo Noli fenerari homini fortiori te et si feneraveris tamquam perditum habe Non spondeas super virtutem tuam quod si spoponderis quasi restituens cogita Non iudices contra iudicem quoniam secundum quod dignum est iudicat Cum audace ne eas in via ne forte gravet mala sua in te Ipse enim secundum voluntatem suam vadit et simul cum stulticia sua peries Cum iracundo non facias rixam et cum audace non eas in desertum quoniam quasi nichil est ante eum sanguis et ubi non est adiutorium elidet te Cum fatuis consilium habeas Non enim poterunt diligere nisi que eis placent Coram extraneo ne facias consilium Nescis enim quid pariet Non omni homini cor tuum manifestes ne forte inferat tibi falsam graciam et conviciet tibi Non zeles uxorem sinus tui ne ostendat

Non des mulieri in super te maliciam doctrine nequam potestatem anime tue ne ingrediatur in virtute tua et confundaris Ne respicias mulierem multivolam ne forte incidas in laqueos illius Cum saltatrice

ne assiduus sis. nec audias illam ne forte pereas in efficacia illius
Virginem ne conspicias ne forte scandalizeris in decore illius
Non des fornicariis animam tuam in ullo ne perdas te et he-
reditatem tuam. Noli circumspicere in vicis civitatis. Nec oberraveris
in plateis illius. Averte faciem tuam a muliere compta et non
circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt
et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis mulier que
est fornicaria quasi stercus in via conculcabitur. Speciem mulieris
aliene multi admirati reprobi facti sunt. Colloquium enim illius
quasi ignis exardescit. Cum muliere aliena ne sedeas omnino
Nec accumbas cum ea super cubitum et ne alterceris cum illa in
vino. Ne forte declinet cor tuum in illam et sanguine tuo la-
baris in perditionem. Ne derelinquas amicum antiquum. Novus
enim similis illi non erit. Vinum novum amicus novus veterascet
et cum suavitate bibes illud. Non zeles gloriam et opes peccatoris
Non enim scis que futura sit illius subversio. Non placeat tibi
iniuria iniustorum sciens quoniam usque ad inferos non placebit
impius. Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi et non
suspicabis timorem mortis. Et si accesseris ad illum noli aliquid
committere ne forte auferat vitam tuam. Communicationem mortis
scito quoniam in medio laqueorum ingredieris et super dolentium arma
ambulabis. Secundum virtutem tuam cave te a proximo tuo et cum
sapientibus et prudentibus tracta. Viri iusti sint tibi convive
et in timore domini sit gloriatio tua et in sensu sit tibi cogi-
tatus dei et omnis narratio tua in preceptis altissimi. In
manu artificum opera laudabuntur et princeps populi in sapientia
sermonis sui. In sensu vero seniorum verbum. Terribilis est in
civitate sua homo linguosus et temerarius in verbo suo odibilis
Iudex sapiens iudicabit populum suum et principatus Erit
sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi
sic et ministri eius. Et qualis rector est civitatis tales et in-
habitantes in ea. Rex insipiens perdet populum X
suum et civitates inhabitabuntur per sensum prudentium.
In manu dei potestas terre et execrabilis omnis iniquitas
gentium. Et utilem rectorem in tempus suscitabit super
illam. In manu dei potestas hominis et super faciem scribe

imponet honorem suum. Omnis iniurie proximi ne memineris
et nichil agas in operibus iniurie. Odibilis coram deo et hominibus
est superbia, et execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum a
gente in gentem transfertur propter iniusticias et iniurias et con-
tumelias et diversos dolos. Avaro autem nichil est scelestius.
Quid superbit terra et cinis? Nichil est iniquius quam ama-
re pecuniam. Hic enim animam suam venalem habet, quoniam in vita
sua proiecit intima sua. Omnis potentatus brevis vita.
Languor prolixior gravat medicum. Brevem languorem precidit
medicus. Sic et rex hodie est et cras morietur. Cum
enim morietur homo hereditabit serpentes, bestias et vermes. Initium
superbie hominis est apostatare a deo, quoniam ab eo qui fecit illum
recessit cor eius. Quoniam initium omnis peccati est superbia. Qui
tenuerit illam adimplebitur maledictis, et subvertet eum in finem.
Propterea exhonoravit dominus conventus malorum
et destruxit eos usque in finem. Sedes ducum superborum de-
struxit deus, et sedere fecit mites pro eis. Radices gen-
tium superbarum arefecit deus, et plantavit humiles ex ipsis
gentibus. Terras gentium evertit dominus, et perdidit eas usque
ad fundamentum. Arefecit ex ipsis et disperdidit illos, et cessare fecit
memoriam eorum a terra. Perdidit deus memoriam superborum, et re-
liquit memoriam humilium sensu. Non est creata hominibus super-
bia, neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabi-
tur hoc quod timet deum. Semen autem hoc exhonorabitur, quod
preterit mandata domini. In medio fratrum rector illorum in honore,
et qui timent dominum erunt in oculis illius. Gloria divitum,
honoratorum et pauperum timor dei est. Noli despicere iustum
hominem pauperem, et noli magnificare virum peccatorem divitem.
Magnus est et iudex et potens in honore, et non est maior illo
qui timet deum. Servo sensato liberi servient, et vir prudens
et disciplinatus non murmurabit correptus, et inscius non hono-
rabitur. Noli te extollere in faciendo opere tuo, et noli cunctari
in tempore angustie. Melior est qui operatur et abundat in omnibus
quam qui gloriatur et eget pane. Fili, in mansuetudine
serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum.
Peccantem in animam suam quis iustificabit, et quis honorificabit

exhonorantem animam suam Pauper gloriatur per disciplinam et hono
rem alius timorem suum Et est homo qui honorificatur propter
substantiam suam Qui autem gloriatur in paupertate quanto ma
gis in sciencia alius in substancia sua Qui autem gloriatur in substancia sua
Sapiencia humiliati exaltabit caput paupertatem vereatur
eius et in medio magnatorum considere illum faciet
Non laudes virum in specie sua Neque spernas hominem XI
in visu suo Brevis est in volatilibus apis / et initium dulcoris
habet . fructus illius In vestitu ne glorieris unquam Nec in
die honoris tui extollaris Quoniam mirabilia opera altissimi so
lius et gloriosa et absconsa et invisa opera illius Multi tyranni
sederunt in throno et insuspicabilis portavit dyadema
Multi potentes oppressi sunt valide Et gloriosi traditi sunt
in manus alterorum Priusquam interroges ne vituperes quemquam
et cum interrogaveris corripe iuste Prius quam audias ne
respondeas verbum / et in medio sermonum / ne adicias loqui
De ea re que te non molestat non certaveris / et in iudicio pec
cancium non consistas Fili mi ne in multis sint actus tui /
et si dives fueris non eris immunis a delicto Si enim secutus
fueris non apprehendes et non effugies si precurreris Est
homo et festinans laborans et dolens impius / et tanto magis
non habundat Est homo marcidus egens recuperacione / plus de
ficiens virtute / et habundans paupertate / et oculus dei respexit
illum in bono / et erexit illum de humilitate ipsius / et exaltavit
caput ipsius / et mirati sunt in illo multi / et honoraverunt deum
Bona et mala . vita et mors et paupertas et honestas
a deo sunt Sapiencia et disciplina . et sciencia legis . apud
dominum / et dilectio et vie bonorum apud ipsum Horror et
tenebre peccatoribus concreata sunt . qui autem exultant in malis
consenescunt in mala Datio dei permanet iustis / et profectus
illius successus habebit in eternum Est qui locupletatur parce
agendo / et hec est pars mercedis illius in eo / quod dicit
inveni requiem michi et nunc manducabo de bonis meis solus
et nescit quod tempus preteriit / et mors appropinquet / et relin
quat omnia aliis et morietur Sta in testamento tuo / et in
illo colloquere et in opere mandatorum dei veterasce / ne

manseris in operibus peccatorum. Confide autem in deo, et mane in
loco tuo. Facile est enim in oculis dei subito honestare
pauperem. Benedictio dei in mercedem iusti festinat. Et in ho
ra veloci processus illius fructificat. Ne dicas quid est mihi
opus et que erunt ex hoc bona. Ne dicas sufficiens sum, et
quid ex hoc pessimabor. In die bonorum ne immemor sis ma
lorum et in die malorum ne immemor sis bonorum. Quoniam facile
est coram deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias su
as. Malicia unius hore oblivionem facit luxurie magne.
Et in fine hominis denudacio operum illius. Ante mortem ne lau
des hominem quemquam. Quoniam in filiis suis agnoscitur vir. Non
omnem hominem inducas in domum tuam multe enim sunt insidie
dolosi. Sicut enim eructuant precordia fetencium, et sicut per
dix inducitur in caveam, et ut caprea in laqueum. sic et cor
superborum. Et sicut prospector videns casum proximi sui. Bona
enim in mala convertens insidiatur, et in electis ponet ma
culam. A scintilla una augetur ignis. Et ab uno doloso au
getur sanguis. homo vero peccator sanguini insidiatur. Attende
tibi a pestifero, fabricat enim mala. ne forte inducat super
te subsannacionem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam
et subvertet te in turbine et abalienabit te a tuis propriis.

XII Si benefeceris scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis
multa. Benefac iusto et invenies retribucionem
magnam. et si non ab ipso certe a domino. Non enim est
ei bene qui assiduus est in malis, et elemosinas non danti.
Quoniam et altissimus odio habet peccatores et misertus est peni
tentibus. Da misericordi, et ne suscipias peccatorem. Et impiis
et peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in die vindicte.
Da bono et non receperis peccatorem. Benefac humili, et non de
deris impio. prohibe panes illi dari. Ne in ipsis potencior
te sit. Nam duplicia mala invenies in omnibus bonis que
cumque feceris illi. Quoniam et altissimus odio habet peccatores, et
impiis reddet vindictam. Non agnoscetur in bonis amicus,
et non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri inimici
illius in tristicia et in malicia illius amicus agnitus est. Non
credas inimico tuo in eternum. Sicut enim eramentum eru
ginat nequicia illius. Et si humiliatus vadat curvus abice

animum tuum / et custodi te ab illo Non statuas illum penes
te / nec sedeat ad dexteram tuam / ne conversus stet in loco
tuo / ne forte conversus in locum tuum inquirat kathedram
tuam / et in novissimo cognoscas verba mea / et in sermonibus
meis stimuleris Quis miserebitur incantatori a ser
pente percusso / et omnibus qui appropiant bestiis / et qui co
mitantur cum viro iniquo / et obvolutus est in peccatis eius /
Una hora tecum permanebit Si autem declinaveris non suppor
tabit In labiis suis insultat alias indulcat inimicus
et in corde suo insidiatur ut subvertat te in foveam In
oculis suis lacrimatur inimicus / et si invenerit tempus non saciabitur
sanguine Si incurrerint tibi mala invenies eum illic priorem
In oculis suis lacrimatur inimicus / et quasi adiuvans alias adiuvans
suffodiabit alias suffodiet plantas tuas Caput suum mo
vebit et plaudet manum / et multa susurrans commutabit
vultum suum Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea / et
qui communicaverit superbo induet superbiam etc. xiii c.

XIII

Pondus super se tollet qui honestiori se communicat
Et ditiori ne te socius fueris Quid communicabit
cacabus ad ollam Quando enim se colliserint se confringentur
Dives iniuste egit et fremebit Pauper autem lesus tacebit
Si largitus fueris assumet te / et si non habueris derelinquet
te Si habes convivet tecum et evacuabit te / et ipse non
dolebit super te Si necessarius illi fueris supplantabit te / et sub
ridens spem dabit narrans tibi bona / et dicet Quid opus
est tibi / et confundet te in cibis suis / donec te exinaniat
bis et ter et in novissimo deridebit te Postea videns te
derelinquet te / et caput suum movebit ad te Humiliare deo
et expecta manum eius Attende ne seductus in stultitiam
humilieris Noli esse sapi humilis in sapientia tua / ne humiliatus
in stultitiam seducaris Advocatus a potentiore discede / ex
hoc enim magis te advocabit Ne improbus sis ne impingaris
et ne longe sis ab eo ut eas in oblivionem Ne retineas
ex equo loqui cum illo Ne credas multis verbis illius ex multa
enim loquela temptabit te / et subridens interrogabit te
De absconditis tuis immitis animus illius / conservabit

verba tua / et non parcet de malicia et de vinculis. Caue tibi
et attende diligenter auditui tuo / quoniam cum subversione tua
ambulas. Audiens vero illa quasi in sompnis vide / et vigi
labis. Omni vita tua dilige deum et invoca eum in salute
tua. Omne animal diligit simile sibi / sic et omnis homo proximum sibi
Omnis caro ad similem sibi coniungetur / et omnis homo simili sibi so
ciabitur. Si communicabit lupus agno aliquando sic peccator iusto. Que
communicatio sancto homini ad canem aut que pars bona diviti ad
pauperem. Venatio leonis onager in heremo / sic pascua di
vitum sunt pauperes. Et sicut abhominatio est superbo humilitas /
sic execratio diviti pauper. Dives commotus confirmatur ab amicis
humilis autem cum ceciderit expellitur et a notis. Diviti decepto
multi recuperatores / locutus est superba / et iustificaverunt illum
Humilis deceptus est insuper et arguitur locutus est sensate /
et non est datus ei locus. Dives locutus est et omnes tacuerunt / et
verbum illius usque ad nubes perducent. Pauper locutus est et dicunt
quis est hic / et si offenderit subvertent illum. Bona est substan
tia cui non est peccatum in conscientia / et nequissima paupertas in ore
impii. Cor hominis immutat faciem illius sive in bono sive in
malo. Vestigium cordis boni / et faciem bonam difficile invenies c xiiii

XIIII. Beatus vir qui non est lapsus ex ore / et cum labore
suo et non est stimulatus in tristicia delicti. Felix qui
non habuit animi sui tristiciam / et non excidit a spe sua
Viro cupido et tenaci sine ratione est substancia et homini
livido ad quid aurum. Qui coacervat ex animo suo iniuste / aliis
congregat / et in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam
est cui alii bonus erit et non iocundabitur in bonis suis. Qui sibi in
videt nichil est illo nequius et hec redditio est malicie
illius. Et si bene fecerit ignorans et non volens facit / et in
novissimo manifestat maliciam suam. Nequam est oculus lividi /
et avertens faciem et despiciens animam suam. Insaciabilis oculus
cupidi in parte iniquitatis non saciabitur / donec consumet iniu
sticiam arefaciens animam suam. Oculus malus ad mala / nequam
et invidus / et non saciabitur pane / et in tristicia erit / et indi
gens super mensam suam. Fili si habes benefac tecum et deo
dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardat

et testamentum inferorum quod demonstratum est tibi. Testamentum enim huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, et secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis a die bono, et particula boni doni non te preteriat. Nonne aliis relinques dolores et labores tuos in divisione sortis. Da et accipe et iustifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iusticiam, quia non est apud inferos invenire cibum. Omnis caro sicut fenum veterescet, et sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur et alia deiciuntur, sic generacio carnis et sanguinis. Alia finitur et alia nascitur. Et omne opus corruptibile in fine deficiet. Et qui illud operatur ibit cum ipso. Et omne opus electum iustificabitur, et qui operatur illud honorabitur in illo. Beatus vir qui in sapiencia sua morabitur, et qui in iusticia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem dei. Qui excogitat vias illius in suo corde, et in absconsis illius intelligens, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens. Qui respicit per fenestras illius, et in ianuas illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius, et in parietibus illius figens palum, statuet casulam suam ad manus illius, et requiescent in casula eius bona per evum. Statuet filios suos sub tegmine illius, et sub ramis illius ... et in gloria eius requiescet.

XV Qui timet deum faciet bona, et qui continens est iusticie apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater honorificata, et quasi mulier a virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vite et intellectus, et aqua sapiencie salutaris potabit illum, et firmabitur in illo, et non flectetur, et continebit illum, et non confundetur, et exaltabit illum apud proximos suos. Et in medio ecclesie aperiet os eius, et implebit illum spiritu sapiencie et intellectus, et stola glorie vestiet illum. Iocunditatem et exultacionem thesaurizabit super illum, et nomine eterno hereditabit illum. Homines stulti non apprehendent illam, et homines sensati obviabunt illi. Homines stulti non videbunt illam. Longe enim abest a superbia et dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, et viri veraces invenientur in ea, et successum habebunt usque ad inspectionem dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia

nō est adeo missus / qui a deo per sita est sapiencia Sapiencie
enī dei astabit laus / et in ore fideli abundabit / et dnator
dabit ea illi Ne dixis per deū abest Que enī odit ne
feceris Ne dicas ille me implanavit Non enī necessary
sunt illi hoīes impij Omē execramentū erroris odit dn̄s
et nō erit amabile timentibȝ illū Deus enī ab inicio consti
tuit hoīem / et reliquit eū in manu consilij sui / et adiecit
mandata et precepta sua Si volueris mandata cōservare con
servabunt te et in perpetuū fidem placitā facere servare Apposuit tibi
aquā et ignē et ad quod volueris porrige manū tuā Ante
hoīem vita et mors / bonū et malū / quod placuit ei da
bitur illi Quoniā multa sapiencia dei / et fortis in potencia
et videns omnia sine intermissione Oculi dn̄i ad timentes
eū / et ipse agnoscit omnem operam hominis Nemini mandauit
impie agere / et nemini dedit spaciū peccandi Nō enī concupiscit
XVI N e locamdus multitudinē filiorū infidelium et inutiliū
in filijs impijs si multiplicentur / et nō oblecteris su
per illos · si nō est timor dei cū illis Non credas vite
illorū et ne respexeris in labores illorū Melior est enī vnus
qui timet deū quā mille filij homini Et vtile est mori
sine filijs quā relinquere filios impios A vno sensato in
habitabitur patria / et a tribus impijs deseretur Multa alia
vidit oculus meus / et forciora illorū audiuit auris mea
In synagoga peccanciū exardebit ignis / et in gente incredibili
exardescit ira Nō exoraverunt pro peccatis suis antiqui gygantes
qui destructi sunt confidentes sue virtuti Et nō pepercit pere
grinatoni illorū · sed percussit eos / et execratus est eos pre super
bia illorū Non misertus est illis cōn gente perdens / et ex
tollentes se in suis peccatis Et sicut dc. milia peditum qui con
gregati sunt in duricia cordis sui / et si vnus fuisset ceruicatus
mirū si fuisset immunis Misericordia enī et ira est cū illo
potens est exoracio / et effundens iram Secundū misericordiā
suam sic correctio illius secundū hoīem opera sua iudicat
Nō effugiet in rapina peccator / aliās Et sic est correpcio ip
hoīem secundū opera sua iudicat Non effugiet in rapina peccator
et nō tardabit sufferencia misericordiam facientis Omnis misericordia faciet
locū vnicuiqȝ secundū meritū operum suorū / et secundū intellectū

p[er]egrinationis illius Non dicas a deo abscondar / et ex summo quis
mei memorabitur In populo magno non cognoscar Que est enim
anima mea in tam immensa creatura Ecce celum et celi celorum
abyssus et universa terra / et que in eis sunt in conspectu illius
commovebuntur / montes simul et colles / et fundamenta terre Et
cum conspexerit illa deus tremore concutientur Et in omnibus hiis
insensatum est cor / et omne cor intelligitur ab illo Et vias ip-
sius intelligit Et procellam quam nec oculus hominis videbit Nam
plurima opera eius sunt in absconsis Sed et opera iustitie eius
quis enunciabit aliter enarrabit / aut quis sustinebit Longe enim
est testamentum a quibusdam et interrogatio hominum in consummatione
est aliter in consummatione est Qui minoratur corde cogitat inania / et
vir imprudens et errans cogitat stulticiam Audi me fili et di-
sce disciplinam sensus / et in verbis meis attende in corde tuo /
et dicam in equitate disciplinam / et scrutabor enarrare sapientiam /
et in verbis attende in corde tuo Et dico in equitate spiritus virtutes /
quas posuit deus in opera sua ab initio / et in veritate e-
nuncio scientiam eius In iudicio dei opera ipsius ab initio, et ab
institutione ipsorum distinxit partes illorum / et initia illorum
in gentibus suis Ornavit in eternum opera illorum / nec esurierunt
nec laboraverunt, et non destiterunt ab operibus suis Unusquisque
proximum sui non angustiabit usque in eternum Non sis incredi-
bilis verbo illius Post hec deus in terram respexit / et implevit
illam bonis suis Anima autem omnis vitalis denunciabit ante
faciem illius / et in ipso iterum reversio illorum aliter visio illorum

XVII

Deus creavit hominem de terra et secundum ymaginem suam
fecit illum / et iterum convertit illum in ipsam Et secundum se
vestivit illum virtute Numerum dierum et tempus dedit illi
et dedit illi potestatem eorum que sunt super terram Posuit timorem
illius super omnem carnem Et dominatus est bestiarum et volatilium
Creavit ex ipso adiutorium simile sibi Consilium et linguam et
oculos et aures / et cor dedit illis excogitandi / et disciplina
intellectus replevit illos Creavit illis scientiam spiritus / sensu
implevit corda illorum / et bona et mala ostendit illis Posuit
oculum suum super corda ipsorum / ostendere illis magnalia operum
suorum / et nomen sanctificationis collaudare / et gloriari in
mirabilibus illius / ut magnalia enarrarent operum eius

Addidit illis disciplinam, et legem vite hereditavit illos. Testamentum
eternum constituit cum illis, et iustitiam et iudicia sua ostendit illis.
Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum, et honorem
vocis audierunt aures illorum. Et dixit eis: Attendite ab omni
iniquo. Et mandavit illis unicuique de proximo suo. Vie illorum
coram ipso sunt semper, non sunt absconse ab oculis illius. In unam
quamque gentem preposuit rectorem, et pars dei Israel facta est mani
festa. Et omnia opera illorum velut sol in conspectu dei, et oculi
eius sine intermissione inspicientes in viis eorum. Non sunt abscon
sa testamenta per iniquitatem eorum, et omnes iniquitates eorum in con
spectu dei. Elemosina viri quasi signaculum cum ipso, et gratiam hominis
quasi pupillam conservabit, et postea resurget, et retribuet illis
retributionem unicuique in caput ipsorum. Et convertet in interiores partes
terre. Penitentibus autem dedit viam iustitie, et confirmavit deficien
tes sustinere, et destinavit illis sortem veritatis. Convertere ad dominum,
et relinque peccata tua. Precare ante faciem domini, et minue offendicula.
Revertere ad dominum, et avertere ab iniustitia tua, et nimis
odito execrationem, et cognosce iustitiam et iudicia dei, et sta in
sorte propositionis et orationis altissimi dei. In partes vade
seculi sancti cum vivis et dantibus confessionem deo. Non
demoreris in errore impiorum. Ante mortem confitere. A
mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis vivens,
vivus et sanus confiteberis, et laudabis deum, et gloriaberis
in miserationibus illius. Quam magna misericordia domini, et propitiatio
illius convertentibus ad se. Nec enim omnia possunt esse in hominibus,
quoniam non est immortalis filius hominis, et in vanitate mali
tie placuerunt. Quid lucidius sole? et hic deficiet. Aut quid
nequius quam quod excogitavit caro et sanguis? Et hoc arguetur.
Virtutem altitudinis celi ipse conspicit, et omnes homines

XVIII

Qui vivit in eternum creavit omnia. Terra et sanguis
sunt. Deus solus iustificabitur, et manet invictus
rex in eternum. Quis sufficiet enarrare opera eius?
Quis enim investigabit magnalia illius? Virtutem autem mag
nitudinis eius quis enumerabit? Et quis adiciet enarrare
misericordiam eius? Non est minuere neque adicere, nec est inve
nire magnalia dei. Cum consummaverit omnia homo, tunc incipiet

Et cum quieverit aporiabitur. Quid est homo, aut que gratia
illius et quid bonum aut quid nequam illius. Numerus dierum
hominum ut multum centum anni, quasi gutte aque maris
deputati sunt, et sicut calculus arene, sic exigui anni in
die evi. Propter hoc paciens est deus in illis, et effundit super
eos misericordiam suam. Vidit presumpcionem cordis eorum quia mala
est, et cognovit subversionem illorum, quoniam nequam est. Ideo ad
implevit propiciacionem suam in illis, et ostendit illis viam
equitatis. Miseracio hominis circa proximum suum, misericordia autem
dei super omnem carnem. Qui misericordiam habet et docet, et erudit
quasi pastor miseretur excipientibus doctrinam miseracionis, et qui
festinat in iudiciis eius. Fili in bonis ne des querelam,
et in omni dato ne des tristiciam verbi mali. Nonne ardorem
refrigerabit ros. Sic et verbum melius quam datum. Nonne
ecce verbum super datum bonum, et utraque cum homine iustificato. Stultus
acriter improperabit, et datus indisciplinati tabescere
facit oculos. Ante iudicium para tibi iusticiam, et antequam loquaris
disce. Ante languorem adhibe medicinam, et ante iudicium
interroga teipsum, et in conspectu dei invenies propiciacionem. Ante
languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conversacionem
tuam. Non impediaris orare semper, et verearis usque ad
mortem iustificari, quoniam merces dei manet in eternum. Ante
oracionem prepara animam tuam, et noli esse quasi homo qui temptat
deum. Memento ire in die consummacionis, et tempus retribucionis
in conversacione faciei. Memento paupertatis in tempore
abundancie et necessitatem paupertatis in die diviciarum. A mane
usque ad vesperam immutabitur tempus, et hec omnia citata
in oculis dei. Homo sapiens in omnibus metuet et in diebus
delictorum attendet ab inercia. Omnis astutus agnoscit sapienciam,
et invenienti eam dabit confessionem. Sensati in verbis et ipsi
sapienter egerunt et intellexerunt veritatem et iusticiam et im
pluerunt proverbia et iudicia. Post concupiscencias tuas
non eas, et a voluntate tua avertere. Si prestes anime
tue concupiscenciam eius, faciet te in gaudium inimicis
tuis. Noli oblectari in multis epulacionibus. Nec egeas ex

inimicis Non oblecteris in turbis nec in modicis assidua
est enim commissio illorum Ne fueris mediocris in conten
tione ex fenore / et non est tibi quicquam in sacculo eris enim
XIX Operarius ebriosus invidus vite tue alias vite
non locupletabitur / et qui spernit modica pau
latim decidet Vinum et mulieres apostotare
faciunt etiam sapientes / et arguunt sensatos et qui se
coniungit fornicariis erit nequam Putredo et vermes here
ditabunt illum / et extolletur in exemplum maius / et
tolletur de numero anima eius Qui credit cito levis est cor
de et minorabitur / et qui delinquit in animam suam insu
per insuper et habebitur ab ebrietate Qui gaudet in
iniquitate denotabitur Et qui odit correptionem minuetur vita /
et qui odit loquacitatem extinguit maliciam Qui peccat
in animam suam penitebit / et qui iocundatur malicia deno
tabitur Ne iteres verbum nequam / et durum Et non minoraberis
Amico et inimico noli enarrare sensum tuum / et si est tibi
delictum noli denudare Audiet enim te / et custodiet te et
quasi defendens peccatum odiet te Et sic aderit tibi semper
Audisti verbum adversus proximum tuum commoriatur in te confi
dens quoniam non te dirumpet A facie verbi parturit fatuus tamquam
gemitus partus infantis Sagitta infixa femori carnis /
sic verbum in corde stulti Corripe amicum ne forte / non fecerit
non intellexerit / et dicat non feci aut si fecerit ne iterum addat
facere Corripe proximum ne forte non dixerit / et si dixerit
ne forte iteret Corripe amicum / sepe enim fit commissio / et
non omni verbo credas Est qui labitur in lingua sua / sed non
ex animo Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua
Corripe proximum antequam commineris Et da locum timori
altissimi Quia omnis sapientia timor dei / et in illa timere deum
et in omni sapientia dispositio legis Et non est sapientia nequitie
disciplina Et non est bonum cogitatus peccatorum prudentia
Est prudentia nequitia / et in ipsa execratio / et est insipiens
qui minuitur sapientia Melior est enim homo qui minuitur
sapientia / et deficiens sensu in timore dei / quam qui habundat
sensu / et transgreditur legem altissimi Est solercia certa

et in ipsa iniqua / et est qui emittit verbum certum enarrans 187
veritatem Est qui nequiter humiliat se / et interiora eius
plena sunt dolo Est iustus qui se nimium summittit multa
humilitate Et est iustus / qui inclinat faciem suam et fingit se
non videre quod ignoratum / et ubi non est cognitus anticipabit
te Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare si invenerit
tempus malefaciendi malefaciet Ex visu agnoscitur vir / et
ab occursu faciei cognoscitur sensatus Amictus corporis / risus et
risus dentium et ingressus hominis enunciant de illo Est cor
reptio mendax in ore contumeliosi Et est iudicium quod non
probatur esse bonum Et est tacens et ipse prudens
Quam bonum est arguere quam irasci Et confitentem
in oratione non prohibere Concupiscentia spadonis XX
devirginabit iuvenculam sic et qui facit per vim
iudicium iniquum Quam bonum est correptum manifestare penitentiam
sic enim effugies voluntarium peccatum Est tacens qui invenitur
sapiens / et est odibilis qui procax est ad loquendum Est autem
tacens / non habens sensum loquele Et est tacens sciens tempus
apti temporis Homo sapiens tacebit usque ad tempus / lascivus
autem et imprudens non servabunt tempus Qui multis utitur
verbis ledit animam suam / et qui potestatem sibi assumit iniuste
odietur Est processio in malis viro indisciplinato et est
inventio in detrimentum Est datum quod non est utile / et est datum
cuius retributio duplex Est propter gloriam minoratio / et est qui ab humilitate
levabit caput Est qui multa redimat modico precio / et restitu-
ens ea in septuplum Sapiens in verbis suis seipsum amabilem
facit gratie autem fatuorum effundentur Datum insipientis non erit
utile tibi Oculi enim illius septemplices sunt Exigua dabit
et multa improperabit / et apertio oris illius inflammatio est Ho
die feneratur quis et cras expetit et odibilis est homo
huiusmodi Fatuo non erit amicus / et non erit gratia in bonis
illius Qui enim edunt panem illius false lingue sunt quo
tiens et quanti irridebunt eum Neque enim quod habendum erat
directo sensu distribuit similiter et quod habere non erat lapsus

false lingue sicut qui in pavimento cadens Nam sic casus malorum
festinanter veniet homo acharis quasi fabula vana in ore
indisciplinatorum assidua erit Ex ore fatui reprobabitur parabo-
la non enim dicit illam in tempore suo Est qui vetatur peccare ab in
opia et in requie sua stimulabitur Est qui perdit animam suam
pre confusione et ab imprudencia persone perdet eam per
sone autem acceptione perdet se Est qui pre confusione promittit
amico / et lucratus est eum inimicum gratis Opprobrium enim nequam
in homine mendacium Et in ore indisciplinatorum assidue erit Potior
fur quam assiduitas viri mendacis perditionem autem ambo heredi
tabunt Mores hominum mendacium sine honore / et confusio illorum
cum ipsis sine intermissione Sapiens in verbis producet seipsum
et homo prudens placebit magnatis Qui operatur terram suam
inaltabit acervum frugum / et qui operatur iusticiam ipse exaltabitur
Qui vero placet magnatis effugiet iniquitatem Xenia et dona
excecant oculos iudicum / et quasi mutus in ore avertit correp-
tiones eorum Sapiencia absconsa et thesaurus invisus que
utilitas in utrisque Melior est qui celat insipienciam suam quam
homo qui abscondit sapienciam suam

XXI Fili peccasti non adicias iterum / sed de pristinis deprecare ut tibi
dimittantur Quasi a facie colubri fuge peccata et si accesseris
ad illa suscipient te Dentes leonis dentes eius interficien
tes animas hominum quasi rumphea bis acuta Omnis iniquitas
plage illius non est sanitas Obiurgatio et iniurie annullabunt
substanciam / et domus que nimis locuples est / annullabitur
superbia sic substancia superbi eradicabitur Deprecatio pauperis ex ore
usque ad aures veniet / et iudicium festinato adveniet illi
Qui odit correptionem vestigium est peccatoris / et qui timet deum
convertetur ad cor suum Notus a longe potens lingua au
daci / et sensatus scit se labi ab ipso Qui edificat domum
suam impendiis alienis / quasi qui colligit lapides suos
in hyeme Stuppa collecta synagoga peccancium / consummacio
illorum flamma ignis Via peccancium complanata lapidibus
Et in fine illorum / inferi et tenebre et pene Qui custodit iusticiam
continebit sensum eius consummacio timoris dei / sapiencia et sensus
Non erudietur qui non est sapiens in bono Est autem insipiencia
que habundat in malo / et non est sensus ubi habundat amaritudo
Sapientis sciencia tamquam inundacio habundabit et consilium

illius sicut fons vite permanet Cor fatui quasi vas confractum et
omnem sapientiam non tenebit Verbum sapiens quodcumque audi-
erit scius laudabit et adiciet ad se Audivit luxuriosus et
displicebit illi et proiciet illud post dorsum suum Narratio
fatui quasi sarcina in via Nam in labiis sensati invenietur
gratia Os prudentis queritur in ecclesia et verba illius cogitabunt
in cordibus suis Tamquam domus exterminata sic fatuo sapientia
et scientia insensati inenarrabilia verba Compedes in pe-
dibus stulto doctrina et quasi vincula manuum super manum dex-
teram Fatuus in risu exaltat vocem suam Vir autem sapiens
vix tacite ridebit Ornamentum aureum prudenti doctrina
et quasi brachiale in brachio dextro Pes fatui facilis in domum
proximi et homo peritus confundetur a persona potentis Stultus
a fenestra respiciet in domum Vir autem eruditus foris stabit Stul-
ticia hominis auscultare per ostium et prudens gravabitur contu-
melia Labia imprudentium stulta narrabunt verba autem sa-
pientium statera ponderabuntur In ore fatuorum cor illorum
et in corde sapientium os illorum Dum maledicit impius diabolum
maledicit ipse animam suam Susurro coinquinabit animam
suam et in omnibus odietur et qui manserit odiosus erit tacitus et

XXII

In lapide luteo lapidatus est sensatus honorabitur
piger et omnes loquentur super aspernatione illius De stercore boum
lapidatus est piger et omnis qui tetigerit eum excutiet manus
Confusio patris est de filio indisciplinato Filia autem fatua
in deminoratione fiet Filia prudens hereditas viro
suo Nam que confundit in contumeliam fit genitoris Patrem
et virum confundit audax et ab impiis non minorabitur
ab utrisque autem inhonorabitur Musica in luctu importuna
narratio flagella et doctrina in omni tempore sapientia Qui
docet fatuum quasi qui conglutinat testam Qui narrat
verbum non audienti quasi qui excitat dormientem de gravi
somno Cum dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiam
et in fine narrationis dicit Quis est hic Supra mortuum
plora defecit enim lux eius et super fatuum plora
defecit enim sensus Modicum plora super mortuum quoniam

quievit Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui
Luctus mortui septem dierum fatui autem et impii omnes
dies vite illorum Cum stulto ne multa loquaris / et cum in
sensato ne abieris Serva te ab illo ut non molestiam
habeas / et non coinquinaberis in peccato illius / Deflecte ab
illo et invenies requiem et non accidia angiaris in stulti
cia illius Super plumbum quid gravabitur / et quod illi
aliud nomen quam fatuus Arenam et salem et massam
ferri facilius est ferre quam hominem imprudentem et fatuum
et impium Sicut loramentum ligneum colligatum fundamento
edificii non dissolvetur / sic et cor confirmatum in cogitatione
consilii Cogitatus sensati in omni tempore vel metu
non depravabitur Sicut pales in excelsis et cementa sine
impensa posita contra faciem venti non permanebunt sic et
cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris
non resistet Sicut ornatus arenosus in pariete li
mpido / sic et cor pavidum in cogitatione fatui omni tempore
non metuet / sic et qui in preceptis dei permanet semper
Pungens oculum deducet lacrimas / et qui pungit cor profert
sensum Mittens lapidem in volatilia deiciet illa / sic qui
conviciatur amico dissolvit amiciciam Ad amicum et si produxerit
gladium non desperes / est enim regressus ad amicum Si aperuerit
os triste non metueris Est enim concordacio / excepto
convicio / et improperio et superbia et misterii revelatione
et plaga dolosa In hiis omnibus effugiet te amicus Fidem
posside cum amico in paupertate illius ut et in bonis illius leteris
In tempore tribulationis permane illi fidelis / ut et in hereditate
illius coheres sis Ante ignem camini vapor et fumus
ignis inaltatur / sic et ante sanguinem maledicta et contumelie
et mine Amicum salutare non confundar / et a facie illius
non me abscondam et si michi mala evenerint per illum
sustinebo Omnis qui audiet cavebit se ab eo Quis
dabit ori meo custodiam / et super labia signaculum certum
ut non cadam ab ipsis et lingua mea perdet me

XXIII Domine pater et dominator vite mee ne dere
linquas me in cogitatu eorum et in consilio eorum

ne sinas me cadere in illam exprobracionem Quis superponet
in cogitatu meo flagella / et in corde meo doctrinam sapiencie 189
ut ignoracionibus eorum non parcant mihi / et non appareant delicta
illorum / ne acquiescat et accrescant (increscant) ignorancie mee / et multipli
centur delicta mea / et peccata mea habundent / et incidam in con
spectu adversariorum meorum et gaudeat inimicus meus Domine pater
et deus vite mee ne derelinquas me in cogitatu illorum Extollen
tiam oculorum meorum ne dederis mihi / et omne desiderium averte
a me Aufer a me ventris concupiscentias / et concubitus con
cupiscencie ne apprehendat me et animo irreverenti et in
frunito ne tradas me Doctrinam oris audite filii et qui
custodierit illam non periet labiis suis / nec scandalizabitur
in operibus nequissimis In vanitate sua apprehenditur peccator
Et superbus et maledicus scandalizabitur in illa Iuracioni non
assuescat os tuum multus enim casus in illa Nominacio vero
dei non sit assidua in ore tuo / et non nominibus sanctorum non
admiscearis admiscearis quoniam non eris immunis ab eis /
Sicut enim servus interrogatus assidue a livore non minuitur
Sic omnis iurans et nominans in toto a peccato non purgabitur
Vir multum iurans implebitur iniquitate / et non discedet a domo
eius plaga Et si frustraverit fratrem delictum illius super ipsum
erit Et si dissimulaverit delinquet dupliciter Et si in vacuum iura
verit non iustificabitur / replebitur enim retribucione pessima domus
illius Est et alia loquela contraria morti (contraria in morte) Non inveniatur in
hereditate Iacob Etenim a misericordibus hec omnia auferentur
et in delictis non volutabuntur Indisciplinose loquele non as
suescat os tuum Est enim in illa verbum peccati Memento patris et
matris tue In medio enim magnatorum consistis Ne forte
obliviscatur te deus in conspectu illorum / et assiduitate tua
infatuatus improperium paciaris et maluisses non nasci et
diem nativitatis tue maledicas Homo assuetus in verbis
improperii in omnibus diebus suis non erudietur Duo genera
abundant in peccatis et tercium adducit iram et perdiciones Anima
calida quasi ignis ardens non extinguetur donec aliquid glutiat Et
homo nequam in ore carnis sue non desinet donec incendat ignem
Homini fornicario omnis panis dulcis non fatigabitur transgrediens

fornica vias

usque ad finem Omnis homo qui transgreditur lectum suum contemnens
in animam suam et dicens Quis me videt / tenebre circumdant
me / et parietes cooperiunt me / et nemo circumspicit me quem
vereor Delictorum meorum non memorabitur altissimus Et non intel-
ligit quoniam omnia videt oculus illius / quoniam expellit a se
timorem dei huiusmodi hominis timor / et oculi hominum timentes illum
Et non cognovit / quoniam oculi dei multo plus lucidiores sunt super
solem / circumspicientes omnes vias hominum / et profundum abyssi
et hominum corda intuentes in absconditas partes Domino
enim deo antequam crearentur / omnia sunt agnita / sic et post
perfectum respicit omnia hic in plateis civitatis vindicabitur
quasi pullus equinus fugabitur et ubi non sperabit apprehen-
detur / et erit dedecus omnibus / eo quod non intellexerit timorem
domini Sic et mulier omnis relinquens virum suum peccabit
et statuens hereditatem ex alieno matrimonio Primo enim in
lege altissimi incredibilis fuit / et secundo virum suum
dereliquit Tercio in adulterio fornicata est / et ex alio viro fi-
lios statuit sibi hec in ecclesiam adducetur / et in filios eius
respicietur Non tradent filii eius radices / et rami eius non
dabunt fructum Derelinquet in maledicto memoriam illius / et dedecus
illius non delebitur Et agnoscent qui derelicti sunt / quoniam nichil
est melius quam timor dei / et nichil est dulcius quam respicere
in mandatis domini Gloria domini magna est sequi dominum longi-
tudo enim dierum ab eo assumetur

XX IIII

Sapiencia laudabit animam suam et in deo honori-
ficabitur et in medio populi sui gloriabitur / et in ecclesiis
altissimi aperiet os suum / et in conspectu illius virtutis
gloriabitur In medio populi exaltabitur / et in plenitudine sancta
glorificabitur alias admirabitur / et in multitudine electorum
habebit laudem Et inter benedictos benedicetur dicens Ego
sapiencia ex ore altissimi prodivi primogenita ante omnem crea-
turam Ego feci in celis ut oriretur lumen indeficiens Et
sicut nebula texi omnem terram Ego in altissimis habitavi
et thronus meus in columpna nubis Girum celi circuivi sola
et in profundum abyssi penetravi Et in fluctibus maris ambu-
lavi Et in omni terra steti / et in omni populo et in omni

gente primatum habui et omnium humilium et excellentium corda
virtute calcavi et in hiis omnibus requiem quesivi et in hereditate
eius morabor Tunc precepit dixit mihi creator omnium et qui
creavit me requievit in thabernaculo meo et dixit mihi In ia
cob inhabita et in israhel hereditare et in electis meis mitte ra
dices Ab initio et ante secula creata sum et usque ad futurum
seculum non desinam Et in habitatione sancta coram ipso ministra
vi et sic in syon firmata sum et in civitate sanctificata similiter
requievi et in iherusalem potestas mea Et radicavi in populo
honorificato et in partes dei mei hereditas illius et in
plenitudine sanctorum detentio mea Quasi cedrus exalta
ta sum in libano et quasi cypressus in monte syon Quasi
palma exaltata sum in cades et quasi plantatio rose in
iericho Quasi oliva speciosa in campis et quasi platanus
exaltata sum iuxta aquas in plateis Sicut cinamomum
et balsamum aromatizans odorem dedi Quasi mirra e
lecta dedi suavitatem odoris Et quasi storax et galbano
et ungula et gutta et quasi libanus non incisus vapora
vi habitationem meam et quasi balsamum inmixtum odor meus
Ego quasi terebinthus extendi ramos meos et rami
mei honoris et gratie Ego quasi vitis fructificavi sua
vitatem odoris et flores mei fructus honoris et honestatis
honestatis Ego mater pulchre dilectionis et timoris et
agnitionis et sancte spei In me omnis gratia vie et veritatis
In me omnis spes vite et virtutis Transite ad me omnes
qui concupiscitis me et a generationibus meis adimplemini
Spiritus enim meus super mel dulcis et hereditas mea super
mel et favum Memoria mea in generatione seculorum Qui
edunt me adhuc esurient alii esurient et qui bibunt me
adhuc sitient Et qui audit me non confundetur Et qui
operantur in me non peccabunt Et qui elucidant me vitam
eternam habebunt Hec omnia liber vite et testamentum alti
ssimi et agnitio veritatis Legem mandavit moyses in
preceptis iustitiarum et hereditatem domui et israhel promissio
nes Posuit david puero suo excitare regem ex ipso for
tissimum in throno honoris sedentem in sempiternum Qui
implet quasi physon sapientiam et sicut tigris in diebus

nouorum. Qui adimplet quasi eufrates sensum qui multiplicat
quasi Iordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinam
sicut lucem et assistens quasi Gyon in diebus vindemie.
Qui perficit primus scire eam et infirmior non inve
stigabit eam. A mari enim habundabit cogitatio eius et con
silium illius in abysso magna. Ego sapiencia effudi flumina.
Ego quasi trames aque inmense de fluvio. Ego quasi fluvius
dorix et sicut aqueductus exivi de paradiso. Dixi rigabo meum
ortum plantacionum et inebriabo partus mei fructum. Et
ecce factus est in trames habundans et fluvius meus ap
propinquavit ad mare. Quoniam doctrinam quasi antelucanum illu
mino omnibus et enarrabo illam usque in longinquum. Pe
netrabo inferiores partes terre et inspiciam omnes
dormientes et illuminabo omnes sperantes in domino. Adhuc
doctrinam quasi prophetiam effundam et relinquam illam quenti
bus sapienciam et non deseram progenies illorum usque in evum
sanctum. Videte quoniam non soli mihi laboravi sed omnibus exquirentibus

XXV

In tribus placitum est spiritui meo que sunt Tocitates
probata coram deo et hominibus. Concordia fratrum et
amor proximorum et vir et mulier bene sibi consencientes.
Tres species odivit anima mea et aggravor valde anime
illorum pauperem superbum divitem mendacem et senem
fatuum et insensatum. Que in iuventute tua non congre
gasti quomodo invenies ea in senectute tua. Quam speciosum ca
niciei iudicium et presbiteris cognoscere consilium. Quam
speciosa veteranis sapiencia et gloriosis intellectus et consili
um. Corona senum multa peritia et gloria illorum timor dei.
Novem insuspicabilia cordis magnificavi et decimum dicam
hominibus in lingwa. Homo qui iocundatur in filiis vivens
et videns subversionem inimicorum suorum. Beatus qui habitat cum
muliere sensata et qui lingwa sua non est lapsus et qui
non servivit indignis. Beatus qui invenit amicum verum
et qui enarrat iusticiam auri audienti. Quam magnus qui
invenit sapienciam et scienciam sed non est super timentem dominum.
Timor domini super omnia se superposuit. Beatus cui donatum est
habere timorem dei. Qui tenet illum cui assimilabitur.
Timor dei inicium dilectionis eius fidei autem inicium adglu
tinandum est ei. Omnis plaga tristicia cordis est et

[margin: ...mg lingwa]

[margin: ...er ...ta Timor dei]

omnis malicia · nequicia mulieris est Et omnem plagam
et non plagam videbit cordis / et omnem nequiciam et non ne
quiciam mulieris / et omnem obductum et non obductum odiencium
Et omnem vindictam et non vindictam inimicorum Non est caput
nequius super caput colubri Et non est ira super iram mulieris
Commorari leoni et draconi melius placebit quam habitare
cum muliere nequam Nequicia mulieris immutat faciem eius
et obcecavit vultum suum tanquam ursus / et quasi saccum ostendit
in medio proximorum eius / et audiens suspirabit modicum
Brevis est omnis malicia super maliciam mulieris Sors pe
ccatorum cadat super eam Sicut ascensus arenosus in pe
dibus veterani / sic mulier linguata homini quieto Ne
respicias in mulieris speciem Et non concupiscas mulierem in specie
Mulieris ira et irreverencia est confusio magna Mulier
si primatum habebit al. habeat contraria est viro suo Cor
humile et facies tristis · et plaga mortis · mulier nequam
Manus debiles et genua dissoluta / mulier que non beatificat
virum suum A muliere inicium est factum peccati / et per illam omnes
morimur Non des aque tue exitum / nec modicum / nec
mulieri nequam veniam prodeundi Si non ambulaverit ad ma
num tuam confundet te in conspectu inimicorum tuorum A carnibus
tuis abscide eam · ne semper te abutatur · xxvi

Mulieris bone beatus vir Numerus enim annorum eius
duplex Mulier fortis oblectat virum Et annos illius
in pace implebit Pars bona mulier bona In parte
bona timencium deum / dabitur viro pro factis bonis ·xxvi·
Divitis autem et pauperis cor bonum In omni tempore vultus
illorum hylaris A tribus timuit cor meum / et in quarto
facies mea metuit Delaturam civitatis / et collectionem populi
et calumpniam mendacem Super mortem omnia gravia Dolor
cordis et luctus · mulier zelotipa In muliere zelotipa fla
gellum lingue omnibus communicans Sicut boum iugum quod
movetur · ita et mulier nequam / qui tenet illam / quasi qui
apprehendat scorpionem Mulier ebriosa · ira magna est et con
tumelia / et turpitudo illius non contegitur Fornicatio mu
lieris in extollencia oculorum / et in palpebris illius agnoscetur

In filia non avertente se a disciplina firma custodiam ne
inventa occasione abutatur se Ab omni irreverentia ocu-
lorum cave / et ne mireris si te neglexerit Sicut viator si-
ciens ad fontem os aperiet et ab omni aqua proxima bi-
bet. et contra omnem palum sedebit / et contra omnem sagittam
aperiet pharetram donec deficiat Gratia mulieris se-
dule delectabit virum suum / et ossa illius impinguabit Disci-
plina illius datum dei est / mulier sensata et tacita non est
inmutacio erudite anime Gratia super gratiam mulier sancta
et pudorata Omnis autem ponderatio non est digna continentis
anime Sicut sol oriens mundo in altissimis dei / sic mulieris
bone species in ornamentum domus eius / Lucerna splendens super
candelabrum sanctum / et species faciei super etatem stabilem Co-
lumne auree super bases argenteas / et pedes firmi super
plantas stabilis mulieris / Fundamenta eterna supra petram
solidam / et mandata dei in corde mulieris sancte / In duobus
contristatum est cor meum / et in tercio iracundia mihi advenit
Vir bellator deficiens per inopiam / et vir sensatus
contemptus Et qui transgreditur a iusticia in peccatum deus
parat eum ad rumpheam Due species mihi difficiles et
periculose apparuerunt Difficile exuitur negocians a ne-
gligencia sua / et non iustificabitur caupo a peccatis labiorum

XXVII Propter inopiam multi deliquerunt Et qui querit
locupletari avertit oculum suum Sicut in medio
compaginis lapidum palus figitur / sic et inter
medium vendicionis et empcionis angustiabitur peccatum
Conteretur cum delinquente delictum Si non in timore domini
tenueris te instanter cito subvertetur domus tua Sicut in
percussura cribri permanebit pulvis / sic aporia hominis
in cogitatu illius Vasa figuli probat fornax / et homines
iustos temptacio tribulacionis Sicut rusticacio de ligno ostendit
fructum illius / sic verbum ex cogitatu cordis hominis Ante ser-
monem non laudes virum Hec enim temptacio est hominum Si
sequaris iusticiam apprehendes illam / et indues quasi poderem
honoris illam et inhabitabis cum ea / et proteget te in
sempiternum et in die agnicionis invenies firmamentum

volatilia ad sibi similia conveniunt / et veritas ad illos qui
operantur illam revertetur. Leo venationi insidiatur semper
sic peccata operantibus iniquitates / Homo sanctus in sapientia
manet sicut sol. Nam stultus sicut luna mutatur. In medio
insensatorum serva verbum tempori. In medio autem cogitantium
assiduus esto. Narratio peccantium odiosa / et risus
illorum in delicto peccati. Loquela multum iurans horripi
lationem capiti statuet / et irreverentia ipsius obturatio
aurium. Effusio sanguinis in rixa superborum et maledictio
illorum auditus gravis. Qui denudat archana amici
perdit fidem et non inveniet amicum ad animum suum. Dili
ge proximum et coniungere fide cum illo. Quod si denuda
veris absconsa illius non persequeris post eum. Sicut enim
homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amiciciam proxi
sui. Et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui
reliquisti proximum tuum / et non eum capies. Non illum sequeris
quoniam longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam
vulnerata est anima eius. Ultra eum non poteris colligare
sed maledicti est concordatio. Denudare autem amici mi
steria desperatio est anime infelicis. Annuens oculo fabri
cat iniqua / et nemo eum abiciet. In conspectu oculorum
tuorum / condulcabit os suum et super sermones tuos admi
rabitur. Novissime autem pervertet os suum / et in verbis tuis
ponet scandalum. Multa audivi et non coequavi ei / et
dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem super
caput eius cadet / et plaga dolosi dividet vulnera. Qui
foveam fodit in illam decidet. Et qui statuit lapidem
proximo offendet in eo. Et qui laqueum alio peribit in
illo. Facienti nequissimum consilium super ipsum devolvetur
et non agnoscet unde adveniet illi. Illusio et impro
peratio superborum et vindicta sicut leo insidiabitur illi. La
queo peribunt qui oblectantur casu iustorum / dolor autem
consumet illos antequam moriantur. Ira et furor utraque
execrabilia sunt / et vir peccator continens erit illorum

xxviii XXVIII

Qui vindicari vult a deo inveniet vindictam / et
peccata illius conservans servabit. Relinque

proximo tuo nocenti te / et tunc deprecanti tibi peccata
solventur homo homini servat iram / et a deo querit me-
delam In hominem sibi similem non habet misericordiam et de peccatis
suis deprecatur altissimum Ipse dum caro sit reservat iram
et propitiationem petit a deo Quis exorabit pro delictis
illius Memento novissimorum et desine inimicari Ta-
bitudo enim et mors imminent in mandatis
eius Memorare timorem dei et non irasceris proximo
tuo Memorare testamentum altissimi et despice ignorantiam
proximi Abstine te a lite / et minues peccata Homo enim
iracundus incendit litem / et vir peccator turbabit amicos
et in medio pacem habentium immittit inimicitiam Secundum
enim ligna silve sic ignis exardescit et secundum virtutem
hominis sic iracundia illius erit Et secundum substantiam
suam exaltabit iram suam Certamen festinatum incendit
ignem / et lis festinans effundet sanguinem / et lingua
testificans adducit mortem Si sufflaveris quasi ignis exar-
debit / et si expueris super illam extinguetur utraque ex ore
proficiscuntur Susurro et bilinguis maledictus multos
turbabit pacem habentes Lingua tertia multos commovit /
et dispersit illos de gente in gentem Civitates muni-
tas divitum destruxit / et domos magnatorum effodit /
virtutes populorum concidit / et gentes fortes dissolvit
Lingua tertia mulieres viratas eiecit et privavit illas
laboribus suis Qui respicit illam non habebit requiem
nec habebit amicum in quo requiescat Flagelli plaga
livorem facit Plaga autem lingue comminuet ossa Multi
ceciderunt in ore gladii / sed non sic quasi qui interierunt
per linguam suam Beatus qui tectus est a lingua nequam
Qui in iracundia illius non transivit / et qui non contraxit
aut attraxit iugum eius / et vinculis illius non est ligatus
Iugum enim illius iugum ferreum est et vinculum illius
vinculum ereum est Mors illius mors nequissima
et utilis potius infernus quam illa Perseverantia illius
non permanebit sed obtinebit vias iniustorum In flamma
sua non comburet iustos Qui relinquunt deum incident
in illam et exardebit in illis / et non extinguetur

et immittetur in illos quasi leo / et quasi pardus ledet illos Se
pi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam / et ori
tuo facito hostia / et seras auribus tuis Aurum tuum et ar
gentum tuum confla et verbis tuis facito stateram / et fre
nos ori tuo rectos et attende ne forte labaris in lingua
tua / et cadas in conspectu inimicorum insidiancium tibi / et
sit casus tuus insanabilis in mortem

Qui facit misericordiam fenerator proximo suo Et
qui prevalet manu mandata servat Fenerare pro
ximo tuo in tempore necessitatis illius / et iterum redde proxi
mo in tempore suo Confirma verbum et fideliter age cum illo / et in omni
tempore invenies quod tibi necessarium est Multi quasi inventionem
estimaverunt fenus / et prestiterunt molestiam hiis qui se adiuve
runt alii adiuvavit Donec accipiant osculantur manus dantis
et in promissionibus humiliant vocem suam / et in tempore redditionis
postulabit tempus et loquetur verba tedii et murmuracionum / et
tempus causabitur Si autem potuerit reddere adversabitur solidi
vix reddet dimidium et computabit illud quasi inventionem
Sin autem fraudabit illum pecunia sua / et possidebit illum
inimicum gratis / et convicia et maledicta reddet illi Et pro
honore et beneficio reddet illi contumeliam Multi non causa
nequitie
malicie non feneraverunt / sed fraudari gratis timuerunt
Verumtamen super humilem animo fortior esto / et pro elemosina
non trahas illum Propter mandatum assume pauperem et propter in
opiam eius non dimittas eum vacuum perde pecuniam propter
fratrem et amicum / et non abscondas illam sub lapide in per
ditionem Pone thesaurum tuum in preceptis altissimi / et proderit
tibi magis quam aurum Conclude elemosinam in sinu pauperis
et hec pro te orabit ab omni malo Elemosina viri quasi
sacculus cum ipso Et graciam hominis quasi pupillam conservabit
Et postea resurget et retribuet illis retributionem unicuique
in caput illorum Super scutum potentis / et super lanceam
adversus inimicum tuum pugnabit Vir bonus fidem facit
proximo suo Et qui perdiderit confusionem derelinquet sibi Graciam
fideiussoris ne obliviscaris / dedit enim pro te animam suam

XXIX

Repromissore fugit peccator et immundus Bona repromissoris
sibi ascribit peccator / et ingratus sensu derelinquet liberantem
se Vir repromittit de proximo suo / et cum perdiderit reuere-
tiam derelinquetur ab eo Repromissio nequissima multos
perdidit dirigentes / et commouit illos quasi fluctus maris
Viros potentes girans migrare fecit / et vagati sunt in
gentibus alienis Peccator transgrediens mandatum domini incidet
in promissionem nequam Et qui conatur multa agere incidet
in iudicium Recupera proximum secundum virtutem tuam / et
attende tibi ne incidas Inicium vite hominis aqua et panis
et vestimentum / et domus protegens turpitudinem Melior
est victus pauperis sub tegmine asserum quam epule splen-
dide in peregre sine domicilio Minimum pro magno
placeat tibi / et improperium peregrinationis non audies Vita
nequam hospitandi de domo in domum / et ubi hospitabitur
non fiducialiter aget / nec aperiet os suum / hospitabitur
et pascet et potabit ingratos et ad hec amara audiet
Transi hospes et orna mensam / et que in manu habes
ciba ceteros Exi a facie honoris amicorum meorum / necessi-
tudine domus mee hospitio mihi factus est frater
Grauia hec homini habenti sensum / et correptio domus et

XXX Qui diligit filium suum assiduat Improperium feneratoris
illi flagella ut letetur in nouissimo suo et
non palpet proximorum hostia Qui docet filium
suum laudabitur in illo / et in medio domesticorum in illo
gloriabitur Qui docet filium suum in zelum mittit ini-
micum / et in medio amicorum gloriabitur in illo Mortuus
est pater illius et quasi non est mortuus / similem enim sibi re-
liquit post se In vita sua vidit et letatus est in illo
In obitu suo non est contristatus / nec confusus est coram
inimicis / reliquit enim defensorem domus contra inimi-
cos / et amicis reddentem gratiam Pro animabus filiorum
colligabit vulnera sua / et super omnem vocem turba-
buntur viscera eius Equus indomitus euadet durus
et filius remissus euadet preceps Lacta filium tuum

et pauentem te faciet / lude cum eo et contristabit te Non
corrideas illi ne doleas / et in nouissimo obstu-
pescent dentes tui Non des illi potestatem in iuuentute
et ne despicias cogitatus illius Curua ceruicem eius in
iuuentute et tunde latera illius dum infans est ne
forte induret et non credat tibi et erit tibi dolor anime
Doce filium tuum et operare in illo ne in turpitudine illius
offendas Melior est pauper sanus et fortis viribus quam diues
imbecillis et flagellatus malicia Salus anime in sanctitate
iusticie et melior est omni auro et argento et corpus
validum quam census immensus Non est census super censum
salutis corporis / et non est oblectamentum super cordis gau-
dium Melior est mors quam vita amara et requies
eterna quam languor perseuerans Bona abscondita
in ore clauso / quasi apposiciones epularum circumposite
sepulcro Quid proderit libacio ydolo / nec enim manducabit
nec odorabit Sic qui effugatur a domino / et portans mercedes
iniquitatis videns oculis et ingemiscens / sicut spado com-
plectens virginem et suspirans Tristiciam non des anime tue
et non affligas temet ipsum in consilio tuo Iocunditas cordis
hec est vita hominis / et thezaurus sine defectione / et exul-
tacio viri est longeuitas Miserere anime tue placens deo
et contine et congrega cor tuum in sanctitate eius et tri-
sticiam longe repelle a te Multos enim occidit tristicia
et non est vtilitas in illa Zelus et iracundia minuunt
dies / et ante dies tempus senectam adducet cogitatus
Splendidum cor bonum in epulis epule enim illius diligenter
Vigilia honestatis tabefaciet carnes / fiunt
et cogitatus illius auferet sompnum Cogitatus
presciencie auertit sensum et infirmitas grauis so-
briam facit animam Laborauit diues in congregacione
substancie / et in requie sua replebitur bonis suis Laborauit
pauper in diminucione victus / et in fine inops fit Qui
aurum diligit non iustificabitur / et qui insequitur consumpcionem
replebitur ex ea Multi dati sunt in auri casus / et facta
est in specie ipsius perdicio illorum Lignum offensionis

XXXI

est aurum sacrificantium his illis qui sectantur illud Et omnis
imprudens deperiet in illo Beatus est dives qui inventus
est sine macula et qui post aurum non abiit, nec speravit
in pecunie thesauris Quis est hic et laudabimus eum in
fecit enim mirabilia in vita sua Quis probatus est in illo
et perfectus inventus est, et erit illi gloria eterna Qui potuit trans-
gredi, et non est transgressus facere mala et non fecit Ideo stabi-
lita sunt bona illius in domino et elemosinas illius enarrabit
omnis ecclesia sanctorum Supra mensam magnam sedisti non aperias
super illam faucem tuam prior Non dicas. sic multa sunt que sunt
super illam sunt Memento quoniam malus est oculus nequam Nequius oculo
quid creatum est Ideo ab omni facie sua lacrimabitur cum viderit
Ne extendas manum tuam prior, et invidia contaminatus e-
rubescas Non comprimaris in convivio Ales modicum vino
intellige que sunt proximi tui ex te ipso Utere quasi homo frugi hiis que
apponuntur, et non cum manducas multum odio habearis Cessa
prior causa discipline, et noli nimius esse ne forte offendas
Et si in medio multorum sedisti, prior illis non extendas manum
tuam ut prior poscas bibere Quam sufficiens est homini erudito
vinum exiguum, et in dormiendo non laborabis ab illo, et
non senties laborem Vigilia et tolera et tortura viro infru-
nito Sompnus sanitatis in homine parco Dormiet usque in
mane, et anima illius cum ipso delectabitur Et si coactus fueris
in edendo multum surge e medio et vome, et refrigerabit
te et non adduces corpori tuo infirmitatem Audi me fili ne
spernas me et in novissimo invenies mea verba In omnibus
operibus tuis esto velox Et omnis infirmitas non occurret tibi
Splendidum in panibus benedicent labia multorum et testimo-
nium veritatis illius fidele In nequissimo pane murmurabit
civitas et testimonium nequitie illius verum est Diligentes
in vino noli provocare Multos enim exterminavit vinum
Ignis probat ferrum durum sic vinum corda superborum
arguet inebrietate potatum Equa vita hominibus vinum
in sobrietate. si bibas illud moderate. eris sobrius Que
est vita que vino minuitur Quid defraudat vitam
mors Vinum in iocunditate creatum est. non inebrietate

ab inicio Exultacio anime et corporis cordis vinum moderate potatum
Sanitas anime et corporis sobrius potus Vinum multum potatum
irritacionem et iram et ruinas multas facit Amaritudo anime
vinum multum potatum Ebrietatis animositas imprudentis offen-
sio minorans virtutem et faciens vulnera In convivio vini
non arguas proximum et non despicias illum in iocunditate eius
Verba improperii ne dicas illi et ne premas illum in repetendo
Rectorem te posuerunt noli extolli Esto in illis quasi
unus ex ipsis Curam illorum habe et sic considera
Et omni cura tua explicita recumbe ut leteris propter
illos et ornamentum gracie accipias coronam et dignitatem
consequaris corrogationis Loquere maior natu decet
enim te primum verbum Diligenti sciencia et non impedias mu-
sicam Ubi auditus non est non effundas sermonem et impor-
tune noli extolli in sapiencia tua Gemmula carbunculi in or-
namento auri et comparacio musicorum in convivio vini Sicut
in fabricacione auri signum est smaragdi sic numerus musicorum
in iocundo et moderato vino Audi tacens et pro reverencia
accedet tibi bona gracia Adolescens loquere in tua causa vix
cum necesse fuerit Si bis interrogatus fueris habeat caput tuum
responsum In multis esto quasi inscius et audi tacens simul et querens
In medio magnatorum non presumas loqui et ubi sunt senes
non multum loquaris Ante grandinem preibit coruscatio
et ante verecundiam preibit gracia et pro reverencia accedet
tibi bona gracia Et hora surgendi non te tricet precurre
prior in domum tuam et illic avocare et illic lude et age
concepciones tuas et non in delictis et verbo superbo Super his
omnibus benedicito dominum qui fecit te et inebriantem te
ab omnibus bonis suis Qui timet dominum excipiet doctrinam eius
Et qui vigilaverint ad illum invenient benediccionem eius
Qui querit legem replebitur ab ea Et qui insidiose agit
scandalizabitur in ea Qui timet dominum inveniet iudicium
iustum et iusticias quasi lumen accendent Peccator homo vitabit
correpcionem et secundum voluntatem suam inveniet comparacionem
Vir consilii non disperdet intelligenciam Alienus et superbus
non pertimescet timorem etiam postquam fecit cum eo sine con-
silio et suis insectacionibus arguetur Fili sine consilio

arguetur fili

fecerim et cognoscite vicini fortitudinem meam Conter-
riti sunt in Syon peccatores possedit tremor ypocritas
Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante
Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis
Qui ambulat in iusticiis et loquitur veritatem Qui
proicit avariciam ex calumnia et excutit manus
suas ab omni munere Qui obturat aures ne au-
diat sanguinem et claudit oculos suos ne videat
malum Iste in excelsis habitabit munimenta saxorum sublimi-
tas eius panis ei datus est aque eius fideles sunt
Regem in decore suo videbunt Et oculi eius cernent
terram de longe Cor tuum meditabitur timorem Ubi est
litteratus ubi legis verba ponderans Ubi doctor par-
vulorum populum impudentem non videbis populum alti
sermonis Ita ut non possis intelligere disertitudinem
lingue eius in quo nulla est sapiencia Respice Syon
civitatem sollempnitatis nostre Oculi tui videbunt Ierusalem
habitacionem opulentam tabernaculum quod nequaquam
transferri poterit Nec auferentur clavi eius in sempiternum
Et omnes funiculi eius non rumpentur quia solum-
modo ibi magnificus dominus deus noster Locus fluviorum
rivi latissimi et patentes non transibit per eum
navis remigium neque trieris magna transgredietur
eum Dominus enim iudex noster dominus legifer noster dominus
rex noster ipse veniet et salvabit nos Laxati sunt funiculi
tui sed non prevalebunt Sic erit malus tuus ut di-
latare signum non queas Tunc dividentur spolia pre-
darum multarum claudi diripient rapinam Nec vicinus
dicet Clangui populus qui habitabit in ea auferetur
ab eo iniquitas

XXXIIII

Accedite gentes et audite
et populi attendite audiat terra et plenitudo
eius orbis et omne germen eius Quia in-
dignatio domini super omnes gentes et furor super
omnem miliciam eorum interfecit eos et dedit eos in occisionem

[illegible] xviii [illegible]
[illegible] quia
[illegible] tanta [illegible]
[illegible] aut favorem aura
aut rebus aliis exterior [illegible]
[illegible] recte de iusto [illegible]
[illegible] excutit manus suas
ab omni munere [illegible] non solum [illegible]
[illegible] acceptionem [illegible]
[illegible] non est [illegible]
non sit acceptiones munerum [illegible]
[illegible]
[illegible] gratia [illegible]
a lingua [illegible] gloria [illegible] favorem [illegible]
a manu [illegible]
[illegible] ab omni munere [illegible]
[illegible] agit [illegible]
[illegible] inanem gloriam [illegible] ab omni laude
[illegible] a manu [illegible] recipere [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] digne et digna [illegible]
[illegible] sine [illegible]
Et [illegible] de munere [illegible]
[illegible]
[illegible] attendenda [illegible]
[illegible] impleret [illegible] munere
[illegible]
[illegible]
[illegible]
ad [illegible] templo [illegible]

est / multitudo urbis relicta e(st) tenebre et palpacio
facte sunt super speluncas usque in eternum. Gaudium ona
grorum pascua gregum donec effundatur super nos spiritus
de excelso. Et erit desertum in chermel / et chermel
in saltum reputabitur et habitabit in solitudine
iudicium / et iusticia in chermel sedebit et erit opus
iusticie silencium et securitas usque in sempiternum. Et
sedebit populus meus in pulcritudine pacis et in ta
bernaculis fiducie / et in requie opulenta. Grando
autem in descensione saltus. et humilitate humiliabitur
ciuitas. Beati qui seminatis super omnes aquas in

Ve qui predaris nonne et ipse predaberis et
qui spernis nonne et ipse sperneris / cum con
summaueris depredacionem depredaberis / cum XXXIII
fatigatus desieris contempnere contempneris. Domine
miserere nostri / te enim expectauimus esto brachium nostrum
in mane / et salus nostra in tempore tribulacionis. A uo
ce angeli fugerunt populi ab exaltacione tua disperse
sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra sicut
colligitur bruchus / velut cum fosse plene fuerint de
eo. Magnificatus est dominus / qui habitauit in excelso /
impleuit syon iudicio / et iusticia / et erit fides in
temporibus tuis diuicie salutis sapiencia et sciencia / timor
domini ipse thesaurus eius. Ecce videntes clamabunt
foris angeli pacis amare flebunt. Dissipate sunt
vie cessauit transiens per semitam. Irritum factum est
pactum / proiecit ciuitates non reputauit homines. Luxit
et elanguit terra. Confusus est libanus et obsorduit
et factus est saron sicut desertum. Et concussa est basan
et carmelus. Nunc consurgam dicit dominus nunc exalta
bor nunc sublevabor. Concipietis ardorem parietis
stipulam spiritus vester ut ignis vorabit vos. Et erunt
populi quasi de incendio cinis spine congregate
igni comburentur. Audite qui longe estis que

collem eius Sicut aves volantes sic proteget
dominus exercituum ierusalem protegens et liberans transi
ens et salvans Convertimini sicut in profundum recesseratis
filii israel In die enim illa abiciet vir ydola argenti
sui et ydola auri sui que fecerunt vobis manus vestre
in peccatum et cadet assur in gladio non viri et gladius
non hominis vorabit eum et fugiet a facie gladii et iuve
nes eius vectigales erunt et fortitudo eius a terrore
transibit et pavebunt principes eius fugientes Dixit
dominus cuius ignis est in syon et caminus eius in ierusalem
XXXII Ecce in iusticia regnabit rex et principes in iudicio
preerunt Et erit vir sicut qui absconditur a vento
et celat se a tempestate sicut rivi aquarum
in siti et umbra petre prominentis in terra deserta
non caligabunt oculi videntium et aures audientium
diligenter auscultabunt et cor stultorum intelliget scien
ciam et lingua balborum velociter loquetur et plane Non vo
cabitur ultra is qui insipiens est princeps neque frau
dulentus appellabitur maior Stultus enim fatua lo
quetur et cor eius faciet iniquitatem ut perficiat simula
cionem et loquatur ad dominum fraudulenter et vacuam facia
at animam esurientis et potum sitienti auferat fraudu
lenti vasa pessima sunt Ipse enim cogitaciones concinnat
ad perdendos mites in sermone mendacii Cum loqueretur
pauper iudicium princeps vero ea que sunt digna principe
cogitabit Et ipse super duces stabit Mulieres opulente
surgite et audite vocem meam filie confidentes percipite
auribus eloquium meum Post dies et annum et vos contur
babimini confidentes Consummata est enim vindemia colle
ctio ultra non veniet Obstupescite opulente contur
bamini confidentes Exuite vos et confundimini Accingite
lumbos vestros super ubera plangite super regione de
siderabili super vinea fertili Super humum populi mei spi
ne et vepres ascendent quanto magis super omnes do
mos gaudii civitatis exultantis Domus enim dimissa

In die qua alligaverit dominus vulnus populi sui et percussuram
plage eius sanaverit Ecce nomen domini venit de longin-
quo ardens furor eius et gravis ad portandum labia
eius repleta sunt indignatione et lingua eius
quasi ignis devorans Spiritus eius velut torrens in-
undans usque ad medium colli ad perdendas gentes in
nihilum et frenum erroris quod erat in maxillis populorum
Canticum erit vobis sicut vox sanctificate solemnitatis
et leticia cordis sicut qui pergit in tybia ut intret
in montem domini ad fortem Israel Et auditam faciet dominus
gloriam vocis sue et terrorem brachii sui ostendet in
comminatione furoris et flamma ignis devorantis allidet
in turbine et in lapide grandinis A voce enim domini
pavebit Assur virga percussus Et erit transitus virge
fundata quam requiescere faciet dominus super eum in cytha-
ris et in tympanis et in bellis precipuis expugnabit
eos Preparata est enim ab heri thopheth alias ab heri
topheth a rege preparata profunda et dilatata nutri-
menta eius ignis et ligna multa flatus domini sicut

XXXI

Ve qui descendunt torrens sulphuris succendens eam
in Egyptum ad auxilium in equis sperantes et
habentes fiduciam super quadrigis quia multe
sunt et super equitibus quia prevalidi nimis et non sunt
confisi ad sanctum Israel et dominum non requisierunt Ipse
autem sapiens adduxit malum et verba sua non abstulit
et consurget contra domum pessimorum et contra auxilium
operantium iniquitatem Egyptus homo et non deus et equi
eorum caro et non spiritus Et dominus inclinabit manum suam
et corruet auxiliator et cadet cui prestatur auxilium simul-
que omnes consumentur Quia hec dicit dominus ad me Quo-
modo si rugiat leo et catulus leonis super predam suam
cum occurrerit ei multitudo pastorum a voce eorum non
formidabit a multitudine eorum non pavebit sic descen-
det dominus exercituum ut prelietur super montem Syon et super

excelso Quoniam subito dum non speratur veniet contricio
eius Et comminuetur sicut conteritur legena figuli contri
cione valida Et non invenietur de fragmentis eius testa
in qua portetur igniculus de incendiis aut hauriatur
parum aque de fovea Quia hec dicit dominus deus sanctus israel
Si revertimini et quiescatis salvi eritis In silencio et
in spe erit fortitudo vestra Et noluistis Et dixistis
Nequaquam sed ad equos fugiemus Ideo fugietis Et
super veloces ascendamus Ideo velociores erunt qui
persequentur vos Mille homines a facie terroris unius Et
a facie terroris quinque fugietis donec relinquamini quasi
malus navis in vertice montis Et quasi signum super
collem Propterea expectat dominus ut misereatur vestri et ideo
exaltabitur parcens vobis Quia deus iudicii dominus
Beati omnes qui expectant eum Populus enim syon habita
bit in iherusalem plorans nequaquam plorabis Miserans
miserebitur tui ad vocem clamoris tui statim ut au
dierit respondebit tibi Et dabit tibi dominus panem
arctum et aquam brevem Et non faciet ambulare a
te ultra doctorem tuum Et erunt oculi tui videntes pre
ceptorem tuum Et aures tue audient verbum monentis
post tergum Hec via ambulate in ea neque ad dexteram
neque ad sinistram Et contaminabis laminas sculpti
lium argenti tui Et vestimentum conflatilis auri tui
et disperges ea sicut immundiciam menstruate Egrede
re dices ei Et dabitur pluvia semini tuo ubicumque se
minaveris in terra Et panis frugum terre erit uberri
mus et pinguis Pascetur in possessione tua in die
illa agnus spaciose et tauri tui Et pulli asinorum
qui operantur terram commixtum migma comedent
sicut in area ventilatum est Et erunt super omnem
montem excelsum Et super omnem collem elevatum
rivi currentes aquarum in die interfectionis multorum
cum ceciderint turres Et erit lux lune sicut lux solis
Et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum

dalis amico coniocundabitur in oblectatione / et in tempore
tribulationis adversarius erit Sodalis amico condolet causa
ventris / et contra hostem accipiet scutum Non obliviscaris
amici tui in animo tuo in prosperis / et ne immemor sis
illius in operibus tuis Noli consiliari cum socero tuo et a zelan-
tibus te absconde consilium / omnis consiliarius prodit consilium
sed esto consiliarius in semetipso A consilio malo serva animam
tuam Prius scito que sit illius necessitas / et quid ipse animo
suo cogitaverit ne forte mittat sudem in terram / et dicat tibi
Bona est via tua et stet e contrario videre quid tibi eveniat
Cum viro irreligioso tracta de sanctitate / cum iniusto de iusticia
et cum muliere de hiis que emulatur Cum timido de bello /
cum negociatore de traieccione Cum emptore de venditione
Cum viro livido de gratiis agendis Cum impio de pietate
Cum inhonesto de honestate Cum operario agrario de
omni opere Cum operario annali de consumatione anni
Cum servo pigro de multa operacione Non attendas hiis
in omni consilio / sed cum viro sancto assiduus esto Quemcunque
cognoveris observantem timorem dei cuius anima est secundum
animam tuam Et cum titubaverit in tenebris non con-
dolebit tibi Et cor boni consilii statue tecum Non enim
est aliud tibi plus illo Anima viri sancti enunciat aliquando
vera quam septem circumspectores sedentes ad speculandum
Et in hiis omnibus deprecare altissimum ut dirigat in veritate
viam tuam Ante omnia opera verbum verax precedat te
Et ante omnem actum consilium stabile Verbum nequam im-
mutabit cor / ex quo quatuor partes oriuntur bonum et malum
vita et mors Et dominatrix illorum est assidua lingua
Vir peritus multos erudivit et anime sue suavis est Qui
sophistice loquitur odibilis est / omni re defraudabitur
Non enim data est illi a domino gratia omni enim sapientia defrau-
datus est Est sapiens anime sue sapiens Et fructus sensus
illius laudabilis Vir sapiens plebem suam erudit / et fructus
sensus fideles sunt Vir sapiens implebitur benedictionibus

et infideles illum laudabunt. Vita viri in numero dierum, dies autem
israel innumerabiles sunt. Sapiens in populo hereditabit honorem
et nomen illius erit vivens in eternum. Fili in vita tua tempta
animam tuam, et si fuerit nequam non des illi potestatem. Non enim
omnia omnibus expediunt, et omni anime omne genus placet. Noli
avidus esse in omni epulatione et non te effundas super
omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, et
aviditas appropinquabit usque ad coleram. Propter crapulam
multi obierunt. Qui autem abstinens est adiciet vitam.
XXXVIII Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creavit
altissimus. A deo est enim omnis medela, et a rege
accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit
caput illius, et in conspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus
creavit de terra medicinam, et vir prudens non abhorrebit
illam. Nonne a ligno indulcata est aqua amara. Ad
agnitionem hominum virtus illorum. Et dedit hominibus scientiam altissimus
honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit
dolorem. Et unguentarius faciet pigmenta suavitatis
et unctiones conficiet sanitatis, et non consummabuntur
opera eius. Pax enim dei super faciem terre. Fili in tua in-
firmitate non despicias teipsum, sed ora dominum et ipse cura-
bit te. Averte a delicto, et dirige manus et ab omni
delicto munda cor tuum. Da suavitatem et memoriam simila-
ginis, et impingua oblationem, et da locum medico. Etenim
dominus creavit illum, et non discedat a te, quia opera eius
sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus eorum incurras.
Ipsi vero dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum, et sa-
nitatem propter conversationem eorum. Qui delinquit in conspectu
eius qui fecit eum, incidet in manus medici. Fili in
mortuum produc lacrimas, et quasi dira passus incipe plo-
rare, et secundum iudicium contege corpus illius. Et
non despicias sepulturam illius. Propter delaturam autem
amare fer luctum illius una die, et consolare propter
tristitiam. Et fac luctum secundum meritum eius uno die vel
duobus propter detractionem. A tristitia enim festinat mors, et
cooperit virtutem, et tristitia cordis flectit cervicem. In

abductione permanet tristicia / et substancia inopis secundum
cor eius Non dedeis in tristicia cor tuum sed repelle eam a te
Et memento novissimorum et noli oblivisci Neque enim est
conversio Et huic nichil proderis et te ipsum pessimabis Me-
mor esto iudicii mei Sic enim erit et tuum michi heri et tibi
hodie In requie mortui requiescere fac memoriam eius / et con-
solare eum in exitu spiritus sui Sapientiam scribe in tempore vacuitatis /
et qui minoratur actu sapientiam percipiet / qua sapiencia reple-
bitur Qui tenet aratrum / et qui gloriatur in iaculo / stimulo
boves agitat / et conversatur in operibus eorum / et narracio eius
in filiis taurorum Cor suum dabit ad versandum sulcos / et
vigilia eius in sagina vaccarum Sic omnis faber et
architectus qui noctem tamquam diem transigit Qui sculpit signacula
sculptilia / et assiduitas eius variat picturam alias sculpturas
Cor suum dabit in similitudinem sculpture alias picture / et vigilia
sua perficiet opus Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem /
et considerans opus ferri Vapor ignis uret carnes eius et in
calore fornacis concertatur Vox mallei innovat aurem eius
et contra similitudinem vasis oculus eius Cor suum dabit in
consummacionem operum / et vigilia sua ornabit in perfectionem Sic fi-
gulus sedens ad opus suum · convertens pedibus suis rotam
Qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum / et in
numero est omnis operacio eius In brachio suo formabit lutum /
et ante pedes suos curvabit virtutem suam Cor suum dabit
ut consummet linicionem et vigilia sua purgabit fornacem
Omnes hii in manibus suis speraverunt / et unusquisque in arte
sua sapiens est Sine hiis omnibus non edificatur civitas / et non
inhabitabunt / nec inambulabunt / et in ecclesiam non transilient
Super sellam iudicis non sedebunt / et testamentum iudicii non
intelligent Neque palam facient disciplinam et iudicium / et in
parabolis non invenientur Sed creaturam evi confirmabunt / et depre-
catio illorum in operacionem artis accommodantes animas suas
et conquirentes in lege altissimi / Sequitur capitulum xxxix ·

XXXIX Sapienciam omnium antiquorum exquiret sapiens / et in prophetis
vacabit Narracionem virorum nominatorum conservabit et
in versucias parabolarum simul introibit Occulta pro
verbiorum exquiret / et in absconditis parabolarum conversabitur
In medio magnatorum ministrabit Et in conspectu presidis apparebit
In terra alienarum gencium transiet / Bona enim et mala in hominibus
temptabit Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum
qui fecit illum / et in conspectu altissimi deprecabitur Aperiet os
suum in oracione / et pro delictis suis deprecabitur Si enim dominus
magnus voluerit / spiritu intelligencie replebit illum / et ipse
tanquam imbres mittet eloquia sapiencie sue / et oracionibus
confitebitur domino / et ipse diriget consilium eius / et disciplinam
et in absconditis suis consiliabitur Ipse palam faciet disciplinam
doctrine sue / et in lege testamenti domini gloriabitur Collauda
bunt multi sapienciam eius et usque in seculum non delebitur
Non recedet memoria eius et nomen eius requiretur a generacione
in generacionem Sapienciam eius narrabunt gentes / et laudem eius
enarrabit ecclesia sanctorum Si permanserit nomen eius / dere
linquet plus quam mille / et si requieverit proderit illi Adhuc
consiliabor ut enarrem ut furore enim repletus sum et in
voce dicit Obaudite me divini fructus / et quasi rose plan
tate super rivos aquarum fructificate / quasi libanus odorem
suavitatis habete / Florete flores quasi lilium Date odorem
et frondete in graciam et collaudate canticum et benedicite
dominum in operibus suis Date nomini eius magnificenciam et con
fitemini illi in voce labiorum vestrorum et in canticis et cytharis
et sic dicetis in confessione Opera domini universa bona valde
In verbo eius stetit aqua sicut congeries et in sermone oris illius
sicut exceptoria aquarum Quoniam in precepto illius placator
fit Et non est minoracio in salute illius Opera omnis carnis
coram illo / et non est quicquam absconditum ab oculis eius A seculo
usque in seculum respiciet / nichil est mirabile in conspectu eius
Non est dicere / Quid est hoc aut quid est illud / omnia enim
in suo tempore querentur Benedictio illius quasi fluvius inunda
bit Et quomodo cathaclismus terram inebriavit / sic ira ipsius gentes

que non exquisierunt eum hereditabit. Quomodo convertit aquas
in siccitatem et siccata est et vie illius viis illorum directe
sunt sic peccatoribus offensiones in ira eius. Bona bonis creata
ab initio, sic nequissimis bona et mala. Initium necessarie rei vite
hominum aqua ignis et ferrum sal et lac et panis similagine-
us et mel et botrus uve et oleum et vestimentum. Hec omnia
sanctis in bona sicut impiis et peccatoribus in mala convertentur.
Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt et in furore suo con-
firmaverunt tormenta sua. In tempore consummacionis effundent
virtutem et furorem eius qui fecit illos conturbabunt. Ignis
grando fames et mors omnia hec ad vindictam creata sunt.
Bestiarum dentes et scorpii et serpentes et romphea vin-
dicans in exterminium impios. In mandatis eius epulabuntur
et super terram in necessitate preparabuntur et in temporibus suis non
preterient verbum. Propterea ab initio confirmatus sum et consolatus
sum et cogitavi et scripta dimisi. Et omnia opera domini
bona et omne opus alias opus hora bona subministrabit.
Non est dicere hoc illo nequius est omnia enim in tempore suo com-
probabuntur et nunc et omni corde et ore collaudate et be-

Occupatio magna. Benedicite nomen domini
creata est omnibus hominibus et iugum grave super XXXX
filios Adam a die exitus de ventre matris eorum
usque in diem sepulture in matrem omnium. Cogitationes eorum
et timores cordis adinventio expectationis et dies finitionis
a presidente super sedem gloriosam usque ad humiliatum in terra et
cinerem. ab eo qui utitur iacincto et portat coronam usque
ad eum qui operitur lino crudo. furor zelus tumultus
fluctuatio et timor mortis iracundia perseverans et con-
tentio et in tempore refectionis in cubili somnus noctis
immutat alias invitat scientiam eius modicum tamquam nihil
in requie et ab eo in somnis quasi in die respectus et
conturbatus est in visu cordis sui tamquam qui evaserit in die
belli. In tempore salutis sue exsurrexit et admirans ad nullum
timorem cum omni carne ab homine usque ad pecus et super

peccatores septuplum Ad hec mors sanguis et contentio
et romphea oppressiones fames et contritio et flagella
super iniquos creata sunt hec omnia Et propter illos factus est
cathaclismus i. diluvium Omnia que de terra sunt in terram convertentur
Et aque omnes in mare convertentur Omne munus et iniquitas
delebitur et fides in seculum stabit Substancie iniustorum sicut
fluvius siccabuntur et sicut tonitruum magnum in pluvia per-
sonabit In aperiendo manus suas letabitur / sic prevaricato-
res in consumpcione tabescent Nepotes impiorum non multi-
plicabunt ramos et radices immunde super cacumen petre
sonabunt Super omnem aquam viriditas et ad horam fluminis
ante omne fenum evelletur Gratia dei sicut paradisus in
benedictionibus et misericordia in seculo permanet Vita sibi sufficientis
operarii condulcabitur et in ea invenies thesaurum Edificatio
civitatis confirmabit nomen et super hanc mulier immaculata
computabitur Vinum et musica letificant cor / et super utraque
dilectio sapiencie Tibie et psalterium suavem faciunt me-
lodiam / et super utraque lingua suavis Gratiam et speciem desi-
derabit oculus tuus / et super hec virides sationes Amicus
et sodalis in tempore convenientes et super utrosque mulier cum
viro Fratres in adiutorium in tempore tribulacionis et super eos
misericordia liberabit Aurum et argentum et constitutio pedum /
et super utrumque consilium placitum Facultates et virtutes exal-
tant cor et super hec timor domini Non est in timore domini minoratio
et non est in eo inquirere adiutorium Timor domini sicut paradisus
benedictionis / et super omnem gloriam operuerunt illum Fili in tempore
vite tue ne indigeas / melius est enim mori quam indigere Vir
respiciens in mensam alienam / non est vita eius in cogitatione victus
alit enim animam suam cibis alienis Vir autem disciplinatus
et eruditus custodiet se In ore imprudentis condulcabitur
inopia et in ventre eius ignis ardebit

XXXX O mors quam amara est memoria tua homini
iniusto et habenti pacem in substanciis suis / viro
quieto / et cuius vie directe sunt in omnibus / et ad-
huc valenti accipere cibum O mors quam bonum

201

est iudicium tuum homini indigenti / et qui minoratur viribus /
defecto etate / et cui de omnibus cura est / et incredibili qui
perdit sapientiam Noli metuere iudicium mortis Memento que
ante te fuerunt / et que superventura sunt tibi hoc iudicium
a domino omni carni et que superveniet tibi in beneplacito
altissimi sive decem centum sive mille anni Non est enim
in inferno accusacio vite Filii abhominacionum fiunt filii peccatorum
et qui conversantur secus domos impiorum / Filiorum peccatorum
periet hereditas / et cum semine illorum assiduitas opprobrii De
patre impio queruntur filii / quoniam propter illum sunt in opprobrio
Ve vobis viri impii qui dereliquistis legem domini altissimi Et
si nati fueritis in maledictione nascemini et si mortui fueritis
in maledictione erit pars vestra Omnia que de terra sunt in terram
convertentur / sic impii a maledicto in perdicionem Luctus
hominum in corpore ipsorum Nomen autem impiorum delebitur Curam
habe de bono nomine hoc enim magis permanebit tibi /
quam mille thezauri magni et preciosi Bone vite numerus
dierum bonum autem nomen permanet in evo Disciplinam in
pace conservate filii Sapiencia enim absondita et thezaurus
invisus que utilitas in utrisque Melior est homo qui abscondit
stulticiam suam / quam homo qui abscondit sapienciam suam Veru-
tamen reveremini in hiis que procedunt ab ore meo Non
enim est bonum omnem reverenciam observare / et non omnia
omnibus bene placent in fide Erubescite a patre et a matre de
fornicatione et a presidente et a potente de mendacio A principe
et iudice de delicto A synagoga et plebe de iniquitate
A socio et amico de iniusticia De loco in quo habitas
De furto de veritate dei et testamento / De discubitu in panibus
et ab obfuscatione dati et accepti A salutantibus de silencio
A respectu mulieris fornicarie / et ab aversione vultus cognati
Ne avertas faciem a proximo tuo / et ab auferendo partem et
non restituendo Ne respicias mulierem alieni viri / et ne scru-
teris ancillam eius Neque steteris ad lectum eius Ab amicis
de sermonibus improperii et cum dederis ne improperes

XLIII

Non duplices sermone auditus de revelatione
sermonis absconditi, et eris vere sine confusione
et invenies graciam in conspectu omnium hominum. Ne pro
his omnibus confundaris. Ne accipias personam ut delinquas
de lege altissimi, et testamento, et de iudicio iustificare im-
pium, de verbo sociorum et viatorum, et de datione hereditatis
amicorum, de equalitate statere et ponderum. De acquisitione
multorum et paucorum. De corruptione emptionis et negocia-
torum, et de multa disciplina filiorum, et de servo pessimo
latus sanguinare. Super mulierem nequam bonum est signum.
Ubi manus multe sunt claude, et quecumque trades numera et
appende. Datum vero et acceptum omne describe. De disciplina
insensati et fatui, et de senioribus qui iudicantur ab adole-
scentibus, et eris eruditus in omnibus et probabilis in conspectu
omnium vivorum. Filia patris abscondita est vigilia et sollicitu-
do eius aufert somnum. Ne forte in adolescentia sua adul-
tera efficiatur, et commorata cum viro odibilis fiat. Nequando
polluatur in virginitate sua, et in paternis suis gravida inveniatur
et ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certe sterilis
efficiatur. Super filiam luxuriosam confirma custodiam. Nequando
faciat te venire in opprobrium inimicis, a detractione in
civitate et abiectione plebis, et confundat te in multitudine
populi. Omni homini noli intendere in specie, et in medio
mulierum noli commorari. De vestimentis enim procedit tinea
et a muliere iniquitas viri. Melior est enim iniquitas viri quam
mulier benefaciens, et mulier confundens in opprobrium. Memor
esto igitur operum domini. Et que vidi annunciabo in sermonibus
domini opera eius. Sol illuminans per omnia respexit. Et gloria
domini plenum est opus eius. Nonne dominus fecit sanctos enar-
rare omnia mirabilia eius que firmavit dominus omnipotens stabiliri
in gloria sua. Abyssum et cor hominum investigavit, et in a-
stucia illorum excogitavit. Cognovit enim dominus omnem
scienciam, et inspexit in signum evi, annuncians que preterierunt
et que superventura sunt. Revelans vestigia occultorum.
Non preterit illum omnis cogitatus et non abscondit se ab
eo ullus sermo. Magnalia sapientie sue decoravit, que

est enim stabilis et usque in seculum Neque adiectum est neque mi-
nuitur et non eget alicuius consilio Quam desiderabilia sunt
omnia opera eius et tamquam scintilla que est considerare Omnia
hec viuunt et manent in seculum Et in omni necessitate omnia obedi-
unt ei Omnia duplicia unum contra unum et non fecit quicquam
deesse Uniuscuiusque bona confirmabit Et quis saciabitur videns
gloriam eius Et quis stetit confirmabit fortitudinem eius

Altitudinis firmamentum pulcritudo eius est Et species XLIIII
celi in visione glorie Sol in aspectu annuncians in
exitu vas admirabile opus excelsi In meridiano
exurit terram et in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere
Fornacem custodiens in operibus ardoris Tripliciter sol exurens
montes radios igneos exsufflans et refulgens radiis suis
obcecat oculos Magnus dominus qui fecit illum et in sermonibus
eius festinauit iter Et luna in omnibus in tempore suo ostensio temporis
et signum eui A luna signum diei festi Luminare quod minu-
itur in consummacione mensis secundum nomen eius est crescens ad-
mirabiliter in consummacione Vas castrorum in excelsis in firmamento
celi resplendens gloriose Species celi gloria stellarum mundum illuminans
in excelsis dominus In verbis sanctis stabunt ad iudicium et non
deficient in vigiliis suis Vide arcum et benedic qui fecit illum
Valde enim speciosus est in splendore suo Gyrauit celum in
circuitu glorie sue Manus excelsi aperuerunt illum Imperio suo
accelerauit niuem et accelerauit choruscationes emittere
iudicii sui Propterea aperti sunt thesauri et euolauerunt ne-
bule sicut aues In magnitudine sua posuit nubes et con-
fracti sunt lapides grandinis In conspectu eius commouebuntur
montes et in voluntate eius spirauit notus Vox tonitrui
eius verberauit terram Tempestas aquilonis et congregacio
spiritus Et sicut auis deponens ad sedendum aspergit niuem
Et sicut locusta demergens descensus eius
Pulcritudinem candoris eius admirabitur oculus Et super ymbrem
eius expauescit cor Gelu sicut salem effundet super terram
Et dum flauit alias gelauit fiet tamquam cacumina tribuli
Frigidus ventus aquilo flauit et gelauit cristallus ab aqua

super omnem congregacionem aquarum requiescet / et sicut lori
ca induet se aquis et devorabit montes / et exuret de
sertum / et extinguet viride sicut ignem Medicina omnium
in festinacione nebule / et ros obvians ab ardore veni
enti humilem efficiet eum In sermone
eius siluit ventus / cogitacione sua placavit abyssum
et plantavit illud dominus ihesus Qui navigant mare e
narrent pericula eius / et audientes auribus nostris non
admirabimur Illic preclara et mirabilia opera / varia genera
bestiarum / et omnium pecorum / et creatura beluarum Propter
ipsum confirmatus est itineris finis / et in sermone eius composita
sunt omnia Multa dicimus et deficimus verbis / consummatio
autem sermonum ipse est In omnibus gloriantes ad quid valebimus
ipse enim omnipotens super omnia opera sua Terribilis dominus et
magnus vehementer / et mirabilis potencia ipsius Glorifican
tes dominum quantumcumque potueritis supervalebit adhuc et
admirabilis magnificencia illius Benedicentes dominum exalta
te illum / quantum potestis maior est enim omni laude Exalta
tes eum replemini virtute Ne laboretis / non enim pervenietis
Quis videbit eum et enarrabit / et quis magnificabit
eum sicut est ab inicio Multa abscondita sunt maiora hiis
pauca enim vidimus operum eius Omnia autem dominus fecit / et
pie agentibus dedit sapienciam

XLIIII

Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generacione
sua Magnam gloriam fecit dominus magnificencia sua a seculo
Dominantes in potestatibus suis homines magni virtu
te / et prudencia sua preditos Nunciantes in prophetis
dignitatem prophetarum / et imperantes in presenti populo et vir
tute prudencie populis sanctissima verba In pericia sua
requirentes modos musicos et narrantes carmina scrip
turarum Homines divites in virtute pulchritudinis studium
habentes pacificantes in domibus suis Omnes isti in generacio
nibus gentis sue gloriam adepti sunt / et in diebus suis habentur
in laudibus Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen
narrandi laudes eorum / et sunt quorum non est memoria
Perierunt quasi qui non fuerunt / et nati sunt quasi non nati /

et filii ipsorum cum illis. Boni illi viri misericordie sunt / quorum pietates
non defuerunt / et cum semine ipsorum permanebit bona hereditas
et nepotes illorum semine in testamentis stetit / et filiorum
ipsorum propter illos / usque in eternum manet semen eorum / et
gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt
et nomina eorum vivent in generationes et generationes. Sapientiam
eorum narrant populi et laudem eorum nunciat ecclesia. Eno-
ch placuit deo / et translatus est in paradisum ut det gentibus
penitentiam. Noe inventus est perfectus iustus et in
tempore iracundie factus est reconciliatio. Ideo dimissum
est reliquum terre cum factum est diluvium. Testamenta seculi
posita sunt apud illum ne deleri posset diluvio omnis caro.
Abraham magnus pater multitudinis gentium / et non est inventus
similis illi in gloria / qui conservavit legem excelsi / et fuit
in testamento cum illo. In carne eius stare fecit testamentum
et in temptatione inventus est fidelis. Ideo iureiurando dedit
illi gloriam in gente sua / crescere illum quasi terre cumulum
et ut stellas exaltare semen eius / et hereditare illos a
mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos terre. Et
Isaac eodem fecit modo propter Abraham patrem ipsius. Bene-
dictionem omnium gentium dedit illi / et testamentum suum confir-
mavit super caput Iacob. Agnovit eum in benedictionibus
suis / et dedit illi hereditatem / et divisit illi partem
partem in tribubus duodecim. Et conservavit illi homines misericordie
invenientes gratiam in oculis omnis carnis

Dilectus a deo et hominibus Moyses cuius memoria **XLV**
in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum
et magnificavit eum in timore inimicorum et in verbis
suis monstra placavit. Glorificavit illum in conspectu regum
et iussit illi coram populo suo alias iussit illi coram populi
sui / et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius
sanctum fecit illum / et elegit eum ex omni carne. Audivit enim
eum et vocem ipsius / et induxit illum in nube / et dedit illi cor-
am precepta / et legem vite et discipline / docere Iacob testamentum

et iudicia sua israel. Excelsum fecit aaron fratrem eius / et similem
illi de tribu levi. Statuit ei testamentum sempiternum / et
dedit illi sacerdotium gentis / et beatificavit illum in gloria. Et
circumcinxit illum zona iustitiae. Induit illum stolam gloriae
et coronavit illum in vasis virtutis. Circumpedes et femo-
ralia et humeralia posuit ei / et cinxit illum tintinabulis
aureis plurimis in gyro dare sonitum in incessu suo. Au-
ditum facere sonitum in templo in memoriam filiis gentis sue.
Stolam sanctam auro et iacincto et purpura. opus textile vi-
ri sapientis iudicio et veritate praediti / torto cocco opus artificis
gemmis preciosis figuratis . in ligatura auri / et opere lapidarii
sculptis in memoriam secundum numerum tribuum israel. Corona aurea
super mitram eius . expressa signo sanctitatis. Gloria honoris
et opus virtutis / desideria oculorum ornata. Sic pulchra
non fuerunt ante ipsum talia usque ad orientem. Non est indutus
illa alienigena aliquis . sed tantum filii ipsius soli / et
nepotes eius per omne tempus. Sacrificia ipsius consumpta
sunt igni cottidie. Complevit moyses manus eius et unxit
ipsum oleo sancto. Factum est illi in testamentum eternum / et
semini eius sicut dies celi fungi sacerdotio et habere
laudem / et glorificare populum in nomine suo. Ipsum elegit ab omni
vivente offerre sacrificium deo incensum et bonum odorem
in memoriam placare pro populo suo. Dedit illi in preceptis
suis potestatem in testamentis iudiciorum docere iacob testimonia
sua / et in lege sua lucem dare israel. Quia contra illum
steterunt alieni . et propter invidiam circumdederunt illum in deserto
homines / qui erant cum dathan et abyron / et congregatio
chore in iracundia. Vidit dominus deus / et non placuit ei /
et consumpti sunt in impetu iracundie. Fecit illis monstra
et consumpsit eos in flamma ignis. Et addidit aaron gloriam
et dedit illi hereditatem / et primicias frugum terre divisit
illi. Panem ipsis in primis paravit in saturitatem. Nam et
sacrificia domini edent / que dedit ipsi et semini eius. Ceterum
inter gentes non hereditabit / et pars non est illi in gente.
Ipse enim pars eius est et hereditas. Phinees filius eleazar

Tercius in gloria est / imitando eum in timore dei / et stare in
reverencia gentis in bonitate et alacritate anime sue placuit
deo israel / Ideo statuit ad illum testamentum pacis principem
sanctorum et gentis sue / ut sit illi et semini eius sacerdotii
dignitas in eternum Et testamentum david regi filio yesse de
tribu iuda hereditas ipsi et semini eius ut daret sapientiam
in cor nostrum iudicare gentem suam in iusticia ne abolerentur
bona ipsorum / et gloriam ipsorum in gentem eorum eternam fecit

Fortis in bello iesu naue successor moysi in prophetis
qui fuit magnus secundum nomen suum Maximus XLVI
in salute electorum dei expugnare insurgentes hostes
ut consequeretur hereditatem israel Quam gloriam adeptus est
in tollendo manus suas / et iactando contra civitates rom-
pheas Quis ante illud sic restitit restitit Nam hostes ipse
dominus perduxit An non in iracundia ipsius impeditus est sol
et una dies facta quasi duo Invocavit altissimum in oppugnando
eos inimicos undique / et audivit illum magnus et sanctus deus
in saxis grandinis virtutis valde fortis Et impetum fecit
contra gentem hostilem / et in descensu perdidit contrarios
ut cognoscant gentes potenciam eius / quia contra dominum pugnare
non est facile Et secutus est a tergo potentes / et in diebus
moysi misericordiam fecit ipse / et caleph filius iephone stare
contra hostem / et prohibere gentem a peccatis / et perstringere murmur
malicie Et ipsi duo constituti a periculo liberati sunt a numero
sescentorum milium peditum et inducere illos in hereditatem
in terram que manat lac et mel Et dedit dominus ipsi
caleph fortitudinem / et usque in senectutem permansit
illi virtus / ut ascenderet in excelsum terre locum / et semen
ipsius obtinuit hereditatem / ut viderent omnes filii israel /
quod bonum sit obsequi sancto deo Et iudices singuli suo nomine
quorum non est corruptum cor Qui non aversi sunt a domino
ut sit memoria illorum in benedictione / et ossa eorum pullu-
lent de loco suo / et nomen eorum permanet in eternum permanens
ad filios illorum / sanctorum gloria virorum Dilectus a deo
suo Samuel propheta domini renovavit imperium et

unxit principes in gente sua In lege domini iudicavit
congregationem / et vidit deum Jacob / et in fide sua probatus
est propheta Et cognitus est in verbis suis fidelis Quia
vidit dominum lucis / et invocavit dominum omnipotentem ad
impugnandos hostes circumstantes undique in oblatione agni
inviolati Et intonuit de celo in sonitu magno /
auditam fecit vocem suam / et contrivit principes Tyriorum
et omnes duces Philistym et ante tempus finis vite sue
et seculi / testimonium perhibuit in conspectu domini et christi
Pecunias et usque ad calciamenta ab omni carne non
accepit / et non accusavit illum homo / et post hoc dor-
mivit / et notam fecit regi et ostendit illi finem vite
sue / et exaltavit vocem eius de terra in prophetia delere
impietatem gentis

XLVII

Post hoc surrexit nathan
propheta in diebus david regis / et quasi adeps
separatus est a carne Sic david a filiis israel
Cum leonibus lusit quasi cum agnis In ursis
similiter fecit sicut cum agnis ovium In iuventute
sua Numquid non occidit gigantem et abstulit op-
probrium de gente In tollendo manum in saxo funde
deiecit exaltationem golie Ubi invocavit dominum omnipotentem
et dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello /
et exaltare cornu gentis sue Sic in decem milibus
glorificavit illum / et laudavit illum in benedictionibus
domini in offerendo illi coronam glorie Contrivit enim
inimicos undique / et extirpavit Philistym contrarios
usque in hodiernum diem Contrivit cornu ipsorum usque
in eternum In omni opere / dedit confessionem sancto excel-
so in verbo glorie De omni corde suo laudavit dominum
et dilexit eum qui fecit illum Et dedit illi contra inimicos
potentiam / et stare fecit cantores contra altare / et in
sono eorum dulces fecit modulos Alias psalmos Et
dedit in celebrationibus decus / et ornavit tempora usque ad
consummationem vite / ut laudarent nomen sanctum domini
et amplificarent mane dei sanctitatem Christus pur-
gavit peccata ipsius / et exaltavit in eternum cornu eius
Et dedit illi testamentum regum et sedem glorie in israel

Post ipsum surrexit filius sensatus / et propter illum deiecit
omnem potentiam inimicorum Salomon imperavit in
diebus pacis / Cui subiecit deus omnes hostes ut conderet
domum in nomine suo ut pararet sanctitatem in sempiternum
Quemadmodum eruditus es in iuventute tua Impletus
est quasi flumen sapientia / et terram retexit anima tua Et
replesti in comparacionibus enigmata Ad insulas longe divul
gatum est nomen tuum / et dilectus es in pace tua In canti
lenis et proverbiis et comparacionibus mirate sunt terre /
et in nomine domini dei / cui est cognomen deus israel Collegisti
quasi auricalcum aurum / et ut plumbum complesti argentum /
et inclinasti femora tua mulieribus potestatem habuisti in
corpore tuo / et dedisti maculam in gloria tua / et prophanasti
semen tuum Inducere iracundiam ad liberos tuos et incitari
stulticiam tuam ut faceres imperium bipertitum Et ex effraym
imperare imperium durum Deus autem non derelinquet misericordiam suam
et non corrumpet neque delebit opera sua Neque perdet a stir
pe nepotes electi sui / et semen eius qui diligit dominum
non corrumpet Dedit autem reliquum iacob et david de ipsa
stirpe / et requievit Salomon cum patribus suis / et reliquit
post se de semine suo gentis stulticiam et imminutum a pru
dentia roboam / qui avertit gentem consilio suo / et ieroboam
filium nabath / qui peccare fecit israel / et dedit effraym
viam peccandi / et plurima redundaverunt peccata ipsorum
Valde averterunt illos de terra sua Et quesivit omnes
nequitias / usque dum perveniret ad illos defensio / et ab omnibus

Et surrexit helyas propheta Peccatis liberavit eos dominus
quasi ignis / et verbum ipsius quasi facula arde
bat Qui induxit in illos famem et irritantes
illum invidia sua pauci facti sunt / non poterant enim sustinere
precepta domini Verbo domini continuit celum / et deiecit
eos a celo ignem ter Sic amplificatus est helias in mirabi
libus suis Et quis potest similiter gloriari tibi Qui sustulisti
mortuum ab inferis a sorte mortis in verbo domini dei
Qui deiecisti reges ad perniciem Et confregisti facile
potentiam eorum / et gloriosos de loco suo Qui audis

de lecto

De lecto

In Syna alis in Syria iudicium et in oreb iudicia defensionis. Qui ungis reges ad penitentiam et prophetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis et in curru equorum igneorum. Qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam domini et conciliare cor patris ad filium et restituere tribus Iacob. Beati sunt qui te viderunt et in amicitia tua decorati sunt. Nam nos vita vivimus tantum. Post mortem autem nec erit tale nomen nostrum ut helye qui in turbine tectus est. Et in helizeo completus est spiritus eius. In diebus suis non pertimuit principem et potentia nemo vicit eum. Nec superavit illud verbum aliquod et mortuum prophetavit corpus eius. In vita sua fecit monstra et in morte mirabilia operatus est. In omnibus istis non penituit plebs et non recessit a peccatis suis usquedum eiecti sunt de terra sua et dispersi sunt in omnem terram et relicta est gens pauca et principes in domo David. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret domino. Alii autem multa commiserunt peccata. Ezechias munivit civitatem suam et induxit in medium ipsius aquam et fodit ferro rupem et edificavit ad aquam puteum. In diebus ipsius ascendit Sennacherib et misit Rapsacen et sustulit manum suam contra illos et extulit manum suam in Syon. Et superbus factus est potentia sua. Tunc mota sunt corda et manus ipsorum et doluerunt quasi parturientes mulieres et invocaverunt dominum misericordem expandentes manus ad celum extulerunt. Et sanctus dominus deus audivit cito vocem ipsorum. Non est commemoratus peccatorum illorum. Neque dedit illos inimicis suis. Sed purgavit illos in manu ysaie sancti prophete. Deiecit castra assiriorum et contrivit illos angelus domini. Nam fecit Ezechias quod placuit deo et fortiter ivit in via David patris sui quam mandavit illi ysayas propheta magnus et fidelis in conspectu dei. In diebus ipsius retro rediit sol et addidit regi vitam. Spiritu magno vidit ultima et consolatus est lugentes Syon usque in sempiternum. Ostendit futura et abscondita antequam evenirent.

XLIX Memoria Iosye in compositione odoris facta est opus pigmentarii. In omni ore quasi mel indulcabitur

cuius memoria / et ut musica in convivio vini. Ipse est
directus divinitus in penitencia gentis et tulit abhominaciones im-
pietatis / et gubernavit ad dominum cor ipsius / et in diebus
peccatorum corroboravit pietatem. Preter David et Ezechiam
et Iosiam / omnes peccatum commiserunt, reliquerunt enim le-
gem altissimi potentes reges Iuda defecerunt et contem-
pserunt timorem dei. Dederunt enim regnum suum aliis et
gloriam suam alienigene genti. Incenderunt electam
sanctitatis civitatem et desertas fecerunt vias eius ab ipsis
in manu Ieremie. Nam male tractaverunt illum / qui a ventre
matris consecratus est propheta evertere et eruere et
perdere / et iterum edificare et renovare. Ezechiel qui vidit
conspectum glorie / quam ostendit illi in curru cherubin.
Nam commemoratus est inimicorum in ymbri benefacere illis /
qui ostenderunt vias rectas. Et duodecim prophetarum ossa pul-
lulent de loco suo. Nam corroboraverunt Iacob / et redemerunt
in fide virtutis sue. Quomodo amplificemus Zorobabel? Nam
et ipse quasi signum in dextera manu in [illegible]. Et Ihesum filium
Iosedech qui in diebus suis edificaverunt domum / et ex-
altaverunt templum sanctum domino paratum in gloriam sempiternam.
Et Neemias in memoria multi temporis / qui erexit nobis
muros eversos / et stare fecit portas et seras qui
erexit domos nostras. Nemo natus est in terra qualis
Enoch. Nam et ipse receptus est a terra. Et Ioseph qui na-
tus est homo princeps / firmamentum gentis rector fratrum
stabilimentum populi. Et ossa ipsius visitata sunt et post
mortem prophetaverunt. Seth et Sem apud homines gloriam
adepti sunt / et super omne animam in origine Adam.

Symeon Onie filius sacerdos magnus qui in
vita sua suffulsit domum / et in diebus suis cor- L
roboravit templum. Templi etiam altitudo
ab ipso fundata est duplex edificacio / et excelsa pa-
rietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum
et quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curavit
gentem suam / et liberavit eam a perdicione. Qui prevaluit

amplificare civitatem Qui adeptus est gloriam in conu-
sacione gentis / et ingressum domus et atrii amplificavit
Quasi stella matutina in medio nebule / et quasi luna plena
in diebus suis lucet et quasi sol refulgens / sic ille effulsit
in templo dei Quasi archus refulgens inter nebulas glorie
Et quasi flos rosarum in diebus vernis Quasi lilia que
sunt in transitu aque / et quasi thus redolens in diebus
estatis Quasi ignis effulgens / et thus ardens in igne
Et quasi vas auri solidum / ornatum omni lapide precioso
Quasi oliva pullulans / et cypressus in altitudine se ex-
tollens in accipiendo ipsum stolam glorie / et vestiri eum consu-
macione virtutis In ascensu altaris sancti gloriam
dedit sanctitatis amictum In accipiendo autem partes de manu
sacerdotum / et ipse stans iuxta aram / et circa illum corona fratrum /
et quasi plantacio cedri in monte libano / sic circa illum
steterunt quasi rami palme / et omnes filii aaron in gloria
sua oblacio autem domini in manibus ipsorum / coram omni sina-
goga israel / et consumacionem fungens in ara amplificare ob-
lacionem excelsi regis porrexit manum suam libacione et libavit
de sanguine uve Effundit in fundamento altaris odorem divinum
excelso principi Tunc exclamaverunt filii aaron in tubis
ductilibus sonuerunt / et auditam fecerunt vocem magnam in
memoria coram deo Tunc omnis populus simul properaverunt /
et ceciderunt in faciem suam super terram adorare dominum deum suum Et
dare preces omnipotenti deo excelso Et amplificavit psallen-
tes in vocibus suis / et in magna domo auctus est sonus sua-
vitatis plenus Et rogavit populus dominum excelsum in prece
usque dum perfectus est honor domini Et munus suum perfecerunt
Tunc descendens manus suas extulit in omnem congregacionem
filiorum israel dare gloriam deo a labiis / et in nomine ipsius gloriari
Et iteravit oracionem suam / volens ostendere virtutem dei Et post
nunc omnium plus orate dominum omnium / qui magna fecit in
omni terra Qui auxit dies nostros a ventre matris nostre / et
fecit nobiscum secundum misericordiam suam ut det nobis iocunditatem cor-
dis / et fieri pacem in diebus nostris in israel per dies sempi-
ternos / credere israel nobiscum esse misericordiam dei ut liberet nos in
diebus suis Duas gentes odit anima mea Tercia autem

non est gens quam oderim Qui sedent in monte Seyr et
Philistiim Et stultus populus qui habitat in Sichimis Doctrinam
sapiencie et discipline scripsit in codice isto Ihesus
filius Syrach iherosolimita Qui renouauit sapientiam
de corde suo Beatus qui in istis versatur bonis qui ponit
illa in corde suo sapiens erit semper Si enim hec fecerit
ad omnia valebit quia lux dei vestigium eius est

Confitebor tibi domine rex et collaudabo te deum LI
saluatorem meum Confitebor nomini tuo quoniam
adiutor et protector factus es michi et liberasti corpus
meum a perdicione a laqueo lingue inique et a labiis
operancium mendacium Et in conspectu astancium factus es
michi adiutor Et liberasti me secundum multitudinem misericordie
nominis tui a rugientibus preparatis ad escam de manibus
querentibus animam meam De multis tribulacionibus que cir
cumdederunt me A pressura flamme que circumdedit me et
in medio ignis non sum estuatus De altitudine ventris
inferi et a lingua coinquinata et a verbo mendacii a rege
iniquo et a lingua iniusta Laudabit usque ad mortem
anima mea dominum et vita mea appropinquans erat in in
ferno deorsum Circumdederunt me undique et non erat
qui adiuuaret Respiciens eram ad adiutorium hominum et non erat
Memoratus sum misericordie tue domine et operacionis tue que
a seculo sunt Quoniam eruis sustinentes te et liberas eos
de manibus gentium Exaltasti super terram habitacionem meam
et pro morte defluente deprecatus sum Invocaui dominum
patrem domini mei ut non derelinquat me in die tri
bulacionis et in tempore superborum sine adiutorio Laudabo
nomen tuum assidue et collaudabo illud in confessione
Et exaudita est oracio mea Et liberasti me de perdicione
Et eripuisti me de tempore iniquo Propterea confitebor
nomini tuo et laudem dicam tibi et benedicam nomini
domini Cum adhuc iunior essem priusquam oberrarem
quesiui sapientiam palam in oracione mea Ante templum
postulabam pro illa et usque in nouissimis inquiram eam

et floruit tanquam precox uva letatum est cor
meum in ea ambulavit pes meus iter rectum a iuventute
mea investigabam eam inclinavi modice aurem meam et
excepi illam multam inveni in meipso sapientiam et multum
profeci in ea danti michi sapientiam dabo gloriam consiliatus
sum enim ut facerem illam zelatus sum bonum et non confundar
Colluctata est anima mea in illa et in faciendo eam confirmatus
sum manus meas extendi in altum et in sapientia eius luxit
anima mea et ignorantias meas illuminavit animam meam
direxi ad illam et in agnitione inveni eam possedi cum
ipsis cor ab initio propter hoc non derelinquar venter meus
conturbatus est querendo illam propterea bonam possidebo possessionem
dedit enim dominus michi linguam mercedem meam et in ipsa lau
dabo eum appropiate ad me indocti et congregate vos in
domum discipline quid adhuc retardatis et quid dicitis
in his anime vestre sitiunt vehementer aperui os meum et lo
cutus sum comparate vobis sine argento sapientiam et
collum vestrum subiicite iugo et suscipiat anima vestra discipli
nam in proximo est enim invenire eam videte oculis vestris
quia modicum laboravi et inveni michi multam requiem
assumite disciplinam in multo numero argenti et copiosum
aurum possidete in ea letetur anima vestra in misericordia eius
et non confundemini in laude ipsius operamini opus vestrum
ante tempus et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo deo
gratias et virgini gloriose amen Et inclinavit Salom
ianua sua in conspectu totius populi ecclesie israel et expandit
manus suas ad celum et dixit Domine deus israel Non
est tibi similis deus in celo sursum neque in terra deorsum
qui custodis testamentum tuum et misericordiam pueris tuis
ambulantibus in conspectu tuo in toto corde servans puero tuo
david que locutus es illi et locutus es in ore tuo et in manibus
implesti quasi dies iste Et nunc domine deus israel custo
di puero tuo david patri meo que locutus es illi dicens
Non deerit tibi vir a facie mea sedens in throno israel
verumtamen si custodierint filii tui legem meam et in preceptis

meis ambulaverunt sicut ambulaverunt in conspectu meo fi-
deles. Et nunc domine deus israhel credendum est verbum quod locutus es
puero tuo david. Ergo nunquid putandum est quod vere habitet deus cum hominibus in terra?
Si celum et celi celorum non sufficiunt tibi quanto magis domus haec quam
edificavi. Sed respicias ad orationem pueri tui et deprecationem eius
ut exaudias domine deprecationem orationis quam puer tuus orat
te hodie ut sint oculi tui super domum hanc die ac nocte
in loco quem dixisti in quo ponerem nomen tuum/ alias meum. Exau-
dias orationem quam puer tuus orat coram te hodie. Exaudi-
as deprecationem pueri tui et populi tui israhel quicumque oraverit in loco
isto/ et exaudies in loco habitationis de celis tuis te deus israhel
et exaudias et propitiaveris eis. Si peccaverit vir in te

Incipit prologus in libro ysaie prophete

Nemo cum prophetas versibus viderit esse
descriptos metro estimet eos apud hebreos
ligari. Et habere aliquid simile de psalmis et ope-
ribus salomonis. Sed quod in demostene et
tullio solet fieri ut per cola scribantur et co-
mata qui utique prosa et non versibus conscripserunt. Nos
quoque utilitati legentium providentes interpretationem novam
novo scribendi genere distinximus. Ac primum de ysaia sciendum
quod in sermone suo disertus sit. Quippe ut vir nobilis et
urbane eloquentie/ nec habens quicquam in eloquio rusti-
citatis admixtum. Unde accidit ut pre ceteris florem sermo-
nis eius translatio non potuit conservare. Deinde etiam
hoc adiciendum quod non tam propheta dicendus sit quam
evangelista. Ita enim universa christi ecclesieque misteria ad
liquidum prosecutus est ut non eum putes de futuro vaticinari
sed de preteritis hystoriam texere. Unde conicio noluisse tunc
temporis lxx interpretes fidei sue sacramenta perspicue ethnicis
prodere ne sanctum canibus et margaritas porcis darent.
Que cum hanc editionem legeritis ab illis animadvertetis
abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelli-
gere/ nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione
nisi intellexerit ante que legerit. Nos quoque patere morsibus

plerique qui stimulante invidia quod consequi non va
lent despiciunt. Sciens ego et prudens in flammam mitto ma
num et nihilominus hoc a fastidiosis lectoribus precor ut quomodo
greci post lxx translatores Aquilam et Symachum et Theo
dotionem legunt vel ob studium doctrine sue vel ut lxx
magis ex collatione eorum intelligant sic et isti saltem unum
post priores interpretem habere dignentur. Legant prius et postea
despiciant ne videantur non ex iudicio sed ex odii presump
tione ignorata dampnare. Prophetavit autem Ysaias in
Jerusalem et in iudea necdum decem tribubus in captivitatem ductis
ac de utroque regno nunc commixtim nunc separatim texit ora
culum. Et cum interdum ad presentem respiciat hystoriam et post
Babilonis captivitatem reditum populi significet in iudeam
tamen omnis eius cura de vocatione gentium et de adventu
christi est. Quem quanto plus amatis o Paula et
Eustochium tanto magis ab eo petite ut pro obtrectatione
presenti qua me indesinenter emuli laniant ipse mihi mercedem
restituat in futuro. Qui scit me ob hoc in peregrine lingue
eruditione sudasse ne iudei falsitate scripturarum ecclesiis eius

Isayas in Jerusalem nobili genere. Diutius insultaret
natus ibique prophetavit sub Manasse rege sectus in
duas partes occubuit sepultusque est sub quercu Ro
gel iuxta transitum aquarum quas olim Ezechias rex
iacto obstruxerat pulvere. Incipit liber Ysaie prophete

Visio Ysaie prophete filii Amos quam vidit
super Iudam et Jerusalem in diebus Ozie
Joathan Achas Ezechie regum Iuda.
Audite celi et auribus percipe terra quoniam
dominus locutus est. Filios enutrivi et exal
tavi ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos
possessorem suum et asinus presepe domini sui Israel
autem non cognovit me et populus meus non intellexit. Ve
Ve genti peccatrici populo gravi iniquitate semini nequam
filiis sceleratis dereliquerunt dominum blasphemaverunt san
ctum Israhel alienati sunt retrorsum. Super quo percuciam

Ysaie

vos ultra / addentes prevaricacionem Omne caput languidum
et omne cor merens A planta pedis usque ad verticem non est in
eo sanitas vulnus et livor et plaga tumens non est circum-
ligata / nec curata medicamine neque fota oleo Terra vestra
deserta / Civitates vestre succense sunt igni / regionem vestram coram
vobis alieni devorant / et desolabitur sicut in vastitate hostili
Et derelinquetur filia Syon ut umbraculum in vinea / et sicut
tugurium in cucumerario / sicut civitas que vastatur Nisi
dominus exercituum reliquisset nobis semen Quasi Sodo-
ma fuissemus / et quasi Gomorra similes essemus Audite
verbum domini principes Sodomorum Percipite legem dei nostri
populus Gomorre Quo michi multitudinem victimarum vestrarum
dicit dominus plenus sum / holocausta arietum et adipem
pinguium / et sanguinem vitulorum et agnorum et hircorum nolui
Cum veniretis ante conspectum meum / quis quesivit de manibus
vestris hec / ut ambularetis in atriis meis Ne offeratis ultra
sacrificium frustra Incensum abhominacio est michi Neomenias
et Sabbathum / et festivitates alias non feram Iniqui
sunt cetus vestri. Kalendas vestras et solemnitates vestras
odivit anima mea / facta sunt michi molesta · laboravi sustinens
Et cum extenderitis manus vestras / avertam oculos meos a vobis
Et cum multiplicaveritis oracionem non exaudiam Manus enim vestre
sanguine plena sunt / Lavamini mundi estote · auferte malum
cogitacionum vestrarum ab oculis meis Quiescite agere perverse
Discite benefacere Querite iudicium subvenite oppresso / iu-
dicate pupillo / defendite viduam · et venite et arguite
me · dicit dominus // Si fuerint peccata vestra ut coccinum · quasi
nix dealbabuntur // et si fuerint rubra sicut vermiculus
velut lana alba erunt Si volueritis et audieritis me
bona terre comedetis Quod si nolueritis et me provoca-
veritis ad iracundiam gladius devorabit vos quia os do-
mini locutum est Quomodo facta est meretrix civitas fidelis plena
iudicii Iusticia habitavit in ea Nunc autem homicide Argen-
tum tuum versum est in scoriam Vinum tuum mixtum est aqua

Ysidorus de summo bono de pc d iij
Irrisor est et non penitens qui adhuc
agit quod penitet Nec videtur deum poscere
subditus sed subsannare superbus
Canis reversus ad vomitum est pe-
nitens ad peccatum Multi cum lacrimas
indesinenter fundunt et peccare
non desinunt / quosdam accipere la-
crimas ad penitenciam cerno et affec-
tum penitencie non habere quia inconstancia
mentis nunc recordacione peccati
lacrimas fundunt nunc vero
revivescente usu ea que fle-
verant iterum iterando committunt
Ysayas de peccatoribus dicit Lava-
mini mundi estote Ille lavatur
et mundus est qui et preterita pla-
ngit et flenda iterum non admit-
tit Lavatur et non est mundus
qui plangit que gessit nec
deserit et post lacrimas ea que fleverat repetit Item in libro Soliloquiorum Augustini Inanis est penitencia quam sequens
culpa coinquinat · Vulnera iterata tardius sanantur Frequenter peccans et lugens veniam vix meretur Nichil prosunt
lamenta si replicantur peccata Nichil valet veniam a malis poscere et mala denuo iterare perfecte ergo in confessione
esto in penitencia fortis conservatorum virtutum bona que accepisti tenens non dimittas propositum vite bone constancia ingerens Gregorius
post lavacrum mundiciam negligit quisquis post lacrimas vite innocenciam non custodit · Lavantur ergo et mundi non sunt
qui commissa plangere non desinunt sed iterum flenda committunt perdita insinuent · sic ergo penitet inanis est illa que
agitur in mortali crimine post confessionem patrato de pc d iij Nichil prodest etc

pecunie omnes inhiant et
oppressio et iniusticia indicant
sanguinis ? et leges gladio non
credant voluntate in iusticia
de xe di

Principes tui infideles socii furum omnes diligunt munera
sequuntur retributiones Pupillo non iudicant Causa vidue
non ingreditur ad eos Propter hoc ait dominus deus exercituum fortis
Israel Heu ergo consolabor super hostibus meis et vindicabor
de inimicis meis Et convertam manum meam ad te et exco-
quam ad purum scoriam tuam et auferam omne stagnum tuum
Et restituam iudices tuos ut fuerunt prius et consiliarios
tuos sicut antiquitus Post hec vocaberis civitas iusti urbs
fidelis Syon in iudicio redimetur et reducent eam in iusticia
et conteret scelestos et peccatores simul et qui dereliquerunt
dominum consumentur Confundentur enim ab ydolis quibus sacrificaverunt
et erubescetis super ortis quos elegeratis Cum fueritis velut
quercus defluentibus foliis et velut ortus absque aqua
Et erit fortitudo vestra ut favilla stupe et opus vestrum quasi
scintilla et succendetur utrumque simul et non erit qui extinguat

II
Verbum quod vidit Ysayas filius Amos super Iu-
dam et Iherusalem Et erit in novissimis diebus pre-
paratus mons domus domini in vertice montium et
elevabitur super colles et fluent ad eum omnes gentes et ibunt
multi populi ad eum et dicent Venite ascendamus ad montem domini
et ad domum dei Iacob et docebit nos vias suas et am-
bulabimus in semitis eius Quia de Syon exibit lex et verbum
domini de Iherusalem Et iudicabit gentes et arguet populos multos
et conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in
falces Non levabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur
ultra ad prelium Domus Iacob venite et ambulemus in lumine
dei nostri Proiecisti enim populum tuum domum Iacob Quia re-
pleti sunt ut olim et augures habuerunt ut Philistym
et pueris alienis adheserunt Repleta est terra argento et
auro et non est finis thesaurorum eius Et repleta est terra
eius equis et innumerabiles quadrige eius Et repleta est
terra eius ydolis Opus manuum suarum adoraverunt quod
fecerunt digiti eorum Et incurvavit se homo et humiliatus est
vir Ne ergo dimittas eis Ingredere in petram et abscondere

in fossa humo a facie timoris domini et a gloria maiestatis
eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, et incurvabitur altitudo virorum
Et exaltabitur autem solus dominus in die illa. Quia dies do-
mini exercituum super omnem superbum, et super omnem arrogantem, et humili-
abitur. Et super omnes cedros libani sublimes et erectas,
et super omnes quercus basan et super omnes montes excelsos
et super omnes colles elevatos. Et super omnem turrim excel-
sam. Et super omnem murum munitum. Et super omnes naves
tharsis. Et super omne quod visu pulcrum est. Et incurvabitur omnis
sublimitas hominum. Et humiliabitur altitudo virorum et eleva-
bitur dominus solus in die illa. Et ydola penitus conterentur
Et introibunt in speluncas petrarum, et in voragines terre
a facie formidinis domini et gloria maiestatis eius cum sur-
rexerit percutere terram. In die illa proiciet homo ydola argen-
ti sui, et simulacra auri sui que fecerat sibi ut adoraret
talpas et vespertiliones. Et ingredietur fissuras petrarum
Et in cavernas saxorum a facie formidinis domini, et a gloria
maiestatis eius cum surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab
homine cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus re-
Ecce enim dominator dominus exercituum reputatus est ipse
auferet ab ierusalem et ab iuda validum et fortem III
Et omne robur panis, et omne robur aque. Et
fortem et virum bellatorem, et iudicem et prophetam, et ariolum
et senem. Principem super quinquaginta, et honorabilem
vultu et consiliarium. Et sapientem de architectis et pru-
dentem eloquii mystici. Et dabo pueros principes eorum
Et effeminati dominabuntur eis. Et irruet populus vir ad
virum, et unusquisque ad proximum suum. Tumultuabitur puer
contra senem, et ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim
vir fratrem suum domesticum patris sui et dicet vestimentum
tibi est, princeps esto noster. Ruina autem hec sub manu tua
Respondebit in die illa dicens Non sum medicus. Et in domo
mea non est panis neque vestimentum. Nolite constituere

me principes israel Ruit ierusalem et iudas concidit Quia lingua
eorum / et adinventiones eorum contra deum ut provocarent oculos
eius maiestatis Agnicio vultus eorum rindebit eis et peccatum
suum quasi Zodoma predicaverunt / nec absconderunt Ve anime
eorum / quia reddita sunt eis mala Dicite iusto / quoniam bene
quia fructum adinventionum suarum comedet Ve impio in ma
lum / retribucio manuum eius fiet ei Populum meum exactores
sui spoliaverunt / et mulieres dominate sunt eius Popule meus qui
te dicunt beatum ipsi te decipiunt et viam gressuum tuorum dissi
pant Stat ad iudicandum dominus Et stat ad iudicandos po
pulos dominus Ad iudicium veniet cum senibus populi sui et princi
pibus eius Vos enim depasti estis vineam meam et rapina
pauperis in domo vestra Quare atteritis populum meum / et fa
cies pauperum commolitis / dicit dominus deus exercituum Et dixit
dominus deus Pro eo quod elevate sunt filie Syon / et ambula
verunt collo extento Et nutibus oculorum ibant et plau
debant et ambulabant pedibus suis composito gradu in
cedebant Decalvabit dominus verticem filiarum Syon Et dominus
crinem earum nudabit In die illa auferet dominus ornamentum
calciamentorum / et lunulas / et torques et monilia et ar
millas et mitras / et discriminalia et periscelidas et mure
nulas / et olfactoriola / et inaures et anulos et gemmas
in fronte pendentes / et mutatoria et palliola / et linte
amina / et acus / et specula / et sindones / et vittas / et
teristra Et erit tibi pro suavi odore fetor / pro zona fu
niculus pro crispanti crine calvicium / et pro fascia pecto
rali cilicium Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent / et fortes
tui in prelio Et merebunt atque lugebunt porte eius / et desola

IIII

A(t) a(p)prehendent septem / ta in terra sedebit
mulieres virum unum in die illa dicentes Panem
nostrum comedemus / et vestimentis nostris operiemur
Tantummodo invocetur nomen tuum super nos aufer obprobri
um nostrum In die illa erit germen domini in magnificencia
et gloria / et fructus terre sublimis et exultacio hiis qui
salvati fuerint de israel Et erit omnis qui relictus fuerit

in Syon et residuus in Jerusalem sanctus vocabitur omnis qui scri-
ptus fuit in vita in Jerusalem Si abluerit dominus sordes filiarum
Syon et sanguinem Jerusalem laverit de medio eius in spiritu iudicii
et spiritu ardoris Et creavit dominus super omnem locum montis Sy-
on et ubi invocatum est nubem per diem et fumum et splendorem
ignis flammantis in nocte Super omnem enim gloriam protectio
et thabernaculum in umbraculum diei ab estu et in securitate
et absconsionem a turbine et a pluvia

V

Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vinee
sue Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei
Et sepivit eam et lapides elegit ex illa et plan-
tavit vineam electam et edificavit turrem in medio eius et
torcular extruxit in ea et expectavit ut faceret uvas et fecit
labruscas Nunc ergo habitatores Jerusalem et viri iuda iudicate
inter me et vineam meam Quid est quod ultra debui facere
vinee mee et non feci ei An quod expectavi ut faceret uvas
et fecit labruscas Et nunc ostendam vobis quid ego faciam
vinee mee Auferam sepem eius et erit in direptionem diruam
maceriem eius et erit in conculcationem et ponam eam desertum
Non putabitur non fodietur et ascendent super eam vepres et
spine et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem
Vinea enim domini exercituum domus israhel est et viri iuda de-
lectabile germen eius Expectavi ut faceret iudicium et ecce ini-
quitas et iustitiam et ecce clamor Ve qui coniungitis domum
ad domum et agrum agro copulatis usque ad terminum loci
Numquid habitabitis vos soli in medio terre In auribus
meis sunt hec domini exercituum Nisi domus multe deserte
fuerint grandes et pulchre et absque habitatore Decem enim
iugera modii sementis facient modios vinearum facient
lagunculam unam et triginta modii sementis facient
modios tres Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem
sectandam et potandam usque ad vesperam ut vino estuetis
Cythara et lyra et tympanum et tybia et vinum in co-
nviviis vestris et opus domini non respicitis nec opera
manuum eius consideratis Propterea captivus ductus est

Secundum [illegible] vino
inebriantur qui sectantur
mala [illegible]
[illegible] que ab virtutibus re-
[illegible] spiritualia et [illegible]
[illegible] que non [illegible]
[illegible] sunt appellanda
fantasmata i umbre
quedam et ymaginationes que
cito pereunt et evanescunt

plus meus quia non habuit scientiam et nobiles eius interie-
runt fame et multitudo eius siti exaruit Propterea dilatavit in-
fernus animam suam et aperuit os suum absque ullo termino et de-
scendent fortes eius et populus eius et gloriosi eius ad eum
et incurvabitur homo et humiliabitur vir et oculi sublimium depri-
mentur Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio et deus sanctus
sanctificabitur in iustitia et pascentur agni iuxta ordinem suum
et deserta in ubertatem versa advene comedent Ve qui
trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis et quasi vinculum pla-
ustri peccatum Qui dicitis festinet cito veniat opus eius
ut videamus et appropiet et veniat consilium sancti Israel et sciemus
illud Ve qui dicitis malum bonum et bonum malum ponen-
tes tenebras lucem et lucem tenebras ponentes amarum
in dulce et dulce in amarum Ve qui sapientes estis in
oculis vestris et coram vosmet ipsis prudentes Ve qui
potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscen-
dam ebrietatem Qui iustificatis impium pro muneribus et iu-
stitiam iusti aufertis ab eo Propter hoc sicut devorat stipulam
flamma ignis et calor flamme exurit sic radix eorum
quasi favilla erit et germen eorum ut pulvis ascendet Ab-
iecerunt enim legem domini exercituum et eloquium sancti
Israel blasphemaverunt Ideo iratus est dominus furor in populo suo
et extendit manum suam super eum et percussit eum et conturbati
sunt montes et facta sunt morticina eorum quasi stercus in
medio platearum In omnibus his non est aversus furor eius
sed adhuc manus eius extenta Et elevabit signum in
nationibus procul et sibilabit ad eum de finibus terre et
ecce festinus velociter veniet Non est deficiens neque laborans
in eo Non dormitabit neque dormiet neque solvetur cingu-
lum renum eius neque rumpetur corrigia calciamenti eius
Sagitte eius acute et omnes arcus eius extenti Ungule
equorum eius ut silex et rote eius quasi impetus tem-
pestatis Rugitus eius ut leonis rugiet ut catuli leo-
num et frendet et tenebit predam et amplexabitur

Nota q[uod] in [illegible] dicitur
iustum iniustum et iniustum iustum
abhominabilis est uterque apud
deum Similiter qui [illegible] dicit
non [illegible] et [illegible] qui non
[illegible] dicit [illegible] abhominabilis
est apud deum [illegible] mortale
[illegible] peccat Et [illegible]
[illegible] super [illegible]
ad [illegible] errare [illegible]
est peccatum mortale [illegible]
[illegible] opus esse bonum
[illegible] et malum [illegible]
[illegible] adulterium [illegible] facere
[illegible] esse bonum illud malum
vel [illegible] dicit [illegible]
[illegible] et cetera

et nō erit qui eruat / et sonabit in die illa super eum
sicut sonitus maris Aspiciemus in terrā et ecce tenebre
tribulationis Et lux obtenebrata ē i caligine eius

C. VI

IN anno quo mortuus ē rex ozias vidi dnm̄ sedētē
sup soliū excelsū / et eleuatū Et plena erat domus
a maiestate eius Et ea que sub ipso erāt replebant
templū Seraphyn stabant sup illud Sex ale vni et
sex ale alti Duabus velabant faciē eius et duabz velabat
pedes eius / et duabus volabat / et clamabāt alter ad
altrū et dicebat Sanctus · sanctus · sanctus dūs deus exercituū
Plena est omnis terra gloria eius Et commota sunt super-
liminaria cardinū a voce clamantis Et domus repleta
est fumo Et dixi Ve michi quia tacui quia vir pollu-
tus labiis ego sum Et in medio ppli polluta labia
habentis ego habito / et regem dominū exercituū vidi
oculis Et volauit vnus ad me de seraphyn Et i manu
eius calculus / quē forcipe tulerat de altari / et tetigit
os meū et dixit Ecce tetigi hec labia tua / et au-
feretur iniquitas tua et peccatum tuū mundabitur Et audiui
vocē domini dicentis Quē mittā Et quis ibit nobis
Et dixi Ecce ego sum mitte me Et dixit Vade et di-
ces pplo huic Audite audientes / et nolite intelligē /
et visionē videte / et nolite cognoscē Excecā cor ppli
huius / et aures eius aggraua / et oculos eius claude
ne forte videat oculis suis / et auribus suis audiat et
corde suo intelligat / et cōuertatur et sanem eū Et dixi
vsqz quo dñe Et dixit Donec desolentur ciuitates absqz
habitatore Et domus sine hoie / et terra relinquetur deserta
Et longe faciet dūs hoies Et multiplicabitur que derelicta
fuerat in medio terre Et adhuc in ea decimatio conuertetur
Et erit in ostensionē sicut terebinthus Et sicut quercus que
expandit ramos suos Semen sanctum erit id quod steterit in ea

C. VII

ET factum ē in diebus achab filii ioathan fi-
lii ozie regis iuda ascendit Rasin rex

·/· [illegible] [illegible] vir [illegible] [illegible]
[illegible] tacui dum quorundam
mala conspexi et tamen de [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] medicamina [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Syrie et Facee filius Romelie rex israel in iherusalem ad
preliandum contra eam / et non potuerunt debellare eam
Et nunciaverunt domui david dicentes Requievit Sy-
ria super effraym Et commotum est cor eius et cor populi
eius / sicut moventur ligna silvarum a facie venti Et
dixit dominus ad ysayam Egredere in occursum achaz tu et
qui derelictus est iasub filius tuus ad extremum aque-
ductus piscine superioris in via agri fullonis / et di-
ces ad eum Vide ut sileas Noli timere / et cor tuum ne
formidet a duabus caudis titionum fumigantium istorum
In ira furoris Rasin regis Syrie et filii Romelie
eo quod consilium inierit contra te Syria malum / Effraym /
et filius Romelie dicentes Ascendamus ad iudam Et
suscitemus eum / et evellamus eum ad nos / et ponamus
regem in medio eius filium Thabeel Hec dicit dominus
deus Non erit istud et non stabit Sed caput Syrie da-
mascus et caput damasci Rasin Et adhuc sexaginta
et quinque anni / et desinet effraym esse populus / et caput
effraym Samaria Et caput samarie filius Romelie
Si non credideritis non permanebitis Et adiecit dominus loqui
ad achaz dicens Pete tibi signum a domino deo tuo in
profundum inferni sive in excelsum supra Et dixit achaz
Non petam et non temptabo dominum Et dixit Audite
ergo domus david Numquid parum est vobis mole-
stos esse hominibus / quia molesti estis et deo meo Prop-
ter hoc dabit dominus ipse vobis signum Ecce virgo conci-
piet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel
Butirum et mel comedet / ut sciat reprobare malum
et eligere bonum Quia ante quam sciat puer reprobare
malum et eligere bonum derelinquetur terra quam tu de-
testaris a facie duorum regum suorum Adducet dominus
super te et super populum tuum / et super domum patris tui
dies / qui non venerunt a diebus separationis effraym
a iuda cum rege assiriorum Et erit in die illa /

Sibilabit dominus musce que est in extremo fluminum
egipti et api que est in terra assur et venient et reque-
scent omnes in torrentibus vallium et cavernis petrarum
et in omnibus frutectis et in universis foraminibus In die illa radet
dominus in novacula acuta in hiis qui trans flumen sunt in rege
assiriorum caput et pilos pedum et barbam universam Et
erit in die illa nutriet homo vaccam boum et duas oves
et pre ubertate lactis comedet butirum Butirum enim et
mel manducabit omnis homo qui relictus fuit in medio
terre Et erit in die illa omnis locus ubi fuerint mille vi-
tes mille argenteis et in spinas et in vepres erunt
Cum sagittis et arcu ingredientur illuc vepres enim et
spine erunt in universa terra Et omnes montes qui in
sarculo sarientur non veniet illuc terror spinarum et vepri-
um et erit in pascua bovis et in conculcationem pecoris
Et dixit dominus ad me Sume tibi librum grandem
Et scribe in eo stilo hominis velociter spolia de- VIII
trahe cito predare Et adhibui michi testes
fideles uriam sacerdotem et zachariam filium barachie
Et accessi ad prophetissam et concepit et peperit filium
Et dixit dominus ad me Voca nomen eius accelera
spolia detrahe festina predari Quia antequam sciat
puer vocare patrem suum et matrem suam auferetur forti-
tudo damasci et spolia samarie coram rege assiri-
orum Et adiecit dominus loqui ad me dicens Pro eo quod
abiecit populus iste aquas syloe que vadunt cum silen-
tio et assumpsit Rasim et filium Romelie propter hoc ecce
dominus aquas fluminis fortes et multas regem assy-
riorum et omnem gloriam eius et ascendet super omnes
rivos eius et fluet super omnes ripas eius Et ibit
per iudam inundans et transiens usque ad collum veniet
Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terre
tue o emanuel Congregamini populi et vincimini et au-
dite universe procul terre Confortamini et vincimini accin-
gite vos et vincimini inite consilium et dissipabitur

Loquimini verbum et non fiet / quia nobiscum est deus. Hec
enim ait dominus ad me. Sicut in forti manu erudivit me
Ne irem in viam populi huius dicens. Ne dicatis coniuratio
Omnia enim que loquitur populus iste / coniuratio est. Et timo-
rem eius ne timeatis neque paveatis. Dominum exercituum ipsum
sanctificate / et ipse pavor vester et ipse terror vester. Et erit
vobis in sanctificationem. In lapidem autem offensionis et in
petram scandali duabus domibus Israel. In laqueum et in
ruinam habitantibus in Jerusalem et offendent ex eis plurimi
et cadent et conterentur et irretientur et capientur. Liga te-
stimonium signa legem in discipulis meis. Expectabo do-
minum qui abscondit faciem suam a domo Jacob / et prestola-
bor eum. Ecce ego et pueri mei / quos michi dedit dominus
in signum et in portentum Israel a domino exercituum qui habitat
in monte Syon. Et cum dixerint ad vos. Querite a phito-
nibus et a divinis qui strident in incantationibus suis. Num-
quid non populus a deo suo requiret visionem pro vivis ac
mortuis ad legem magis alias magna et ad testimonium
Quod si non dixerint iuxta verbum hoc. Non erit matutina
lux / et transibit per eam / et corruet / et esuriet. Irascetur
et maledicet regi suo et suspiciet sursum. Et ad terram
Et ecce tribulatio et tenebre / et dissolutio et angustia
et caligo persequens et non poterit avolare de angustia

IX Primo tempore alleviata est terra [illegible]
Zabulon et terra neptalim / et novissimo aggra-
vata est via maris trans Jordanem Galilee gen-
tium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lu-
cem magnam habitantibus in regione umbre mortis.
Lux orta est eis. Multiplicasti gentem / et non magnificasti
leticiam. Letabuntur coram te. Sicut qui letantur in messe
/ sicut exultant victores capta preda / quando dividunt spo-
lia. Iugum enim oneris eius / et virgam humeri eius
et sceptrum exactoris eius superasti. Sicut in die madian.
Quia omnis violenta predatio cum tumultu et vestimentum

mixta sanguine erit in combustionem / et cibus ignis Parvulus
enim natus est nobis et filius datus est nobis Et factus est
principatus super humerum eius / et vocabitur nomen eius ad
mirabilis consiliarius / deus fortis pater futuri seculi prin
ceps pacis Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit
finis Super solium david / et super regnum eius sedebit
et confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia A
modo et usque in sempiternum zelus domini exercituum faciet hoc
Verbum misit dominus in iacob / et cecidit in israel Et sciet omnis
populus effraym et habitantes samariam in superbia et mag
nitudine cordis dicentes lateres ceciderunt. sed quadris lapi
dibus edificabimus Sicomoros succiderunt sed cedros im
mutabimus Et elevabit dominus hostes Rasin super eum / et
inimicos eius in tumultum vertet Syriam ab oriente et
philistiim ab occidente / et devorabunt israel toto ore In
omnibus hiis non est aversus furor eius / sed adhuc manus
eius extenta / et populus non est reversus ad percucientem
se et dominum exercituum non requisierunt Et disperdet dominus
ab israel caput et caudam incurvantem et depravantem in die
una Longevus et honorabilis ipse est caput / et propheta
docens mendacium / ipse est cauda Et erunt qui beatificant
populum istum seductores / et qui beatificantur precipitati Propter
hoc super adolescentibus eius non letabitur dominus / et pupillorum
eius et viduarum non miserebitur Quia omnis ypocrita
est et nequam Et universum os locutum est stulticiam In omnibus
hiis non est aversus furor eius sed adhuc manus eius ex
tenta / et populus non est reversus ad percucientem Succensa
est enim quasi ignis impietas / vepres et spinas vora
bit / et succendet in densitate saltus / et convolvetur
in superbia fumi In ira domini exercituum conturbata est
terra / et erit populus quasi esca ignis Vir fratri suo non
parcet / et declinabit ad dexteram et esuriet / et comedet
ad sinistram et non saturabitur Unusquisque carnem bra
chii sui vorabit manasses effraym et effraym manassen

Simul et ipsi contra Judam In hiis omnibus non est auersus
furor eius sed adhuc manus eius extenta x
X Ve qui condunt leges iniquas / et scribentes in-
iusticiam scripserunt vt opprimerent in iudicio pau-
peres / et vim facerent cause humilium populi mei
vt essent vidue preda eorum / et pupillos diriperent Quid
facietis in die visitacionis et calamitatis de longe ve-
nientis Ad cuius confugietis auxilium et vbi derelinquetis
gloriam vestram Ne incuruemini sub vinculo / et cum interfe-
ctis cadatis / Super omnibus hiis non est auersus furor
eius / sed adhuc manus eius extenta Ve assur vir-
ga furoris mei / et baculus ipse est in manu eorum mea
indignacio est Ad gentem fallacem mittam eum / et contra
populum furoris mei mandabo illi vt auferat spolia
et diripiat predam / et ponat illum in conculcacionem quasi
lutum platearum Ipse autem non sic arbitrabitur / ~~et cor~~
eius / ~~et ad internecionem~~ non ita existimabit / sed conterendi
erit cor eius et ad internecionem gencium non paucarum Di-
cet enim Numquid non ~~vt carchamis sic calamo~~ principes
mei simul reges Numquid non vt carcamis sic calano
et vt arphat sic Emath Numquid non vt damascus sic
Samaria Quomodo inuenit manus mea regna ydoli
sicut et simulacra eorum / de Jerusalem et de Samaria
verbum dei Numquid non sicut feci Samarie et ydolis
eius / sic faciam Jerusalem et simulacris eius Et erit cum
impleuerit dominus / cuncta opera sua in monte Syon / et
in Jerusalem visitabo super fructum magnifici cordis regis
assur / et super gloriam altitudinis oculorum eius Dixit enim
In fortitudine manus mee ego feci / et in sapiencia
mea intellexi et abstuli terminos populorum / et principes
eorum depredatus sum Et detraxi quasi potens in sublimi
residentes / et inuenit quasi nidum manus mea forti-
tudinem populorum et sicut colliguntur oua / que de-
relicta sunt sic vniuersam terram ego congregaui / et non
fuit qui moueret pennam / et aperiret os et garriret

Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea · aut
exaltabitur serra contra eum a quo trahitur · Quomodo si elevetur
virga contra levantem se / et exaltetur baculus / qui utique li-
gnum est · Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pingu-
ibus eius tenuitatem / et subtus gloria eius succensa
ardebit / quasi ignis combustio · Et erit lumen israel in igne
/ et sanctus eius in flamma / et succendetur et devorabitur
spina eius / et vepres in die una · Et carmeli eius ab
anima usque ad carnem consumentur et gloria saltus eius
Et erit terrore profugus / et reliquie saltus ligni pre pauci-
tate numerabuntur et puer scribet eos · Et erit in die illa · Non
adiciet residuum israel / et hii qui fugerint de domo iacob
inniti super eo qui percutit eos / sed innitetur super dominum
sanctum israel in veritate · reliquie convertentur reliquie inquam
iacob ad deum fortem · Si enim fuerit populus tuus israel
quasi arena maris reliquie convertentur ex eo · Consumma-
cio abbreviata inundabit iusticiam · Consummacionem enim et
abbreviacionem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terre
Propter hoc hec dicit dominus deus exercituum · Noli timere popu-
lus meus habitator syon ab assur · In virga enim percuciet
te et baculum suum levabit super te in via egypti · Ad-
huc enim paululum modicumque / et consummabitur indignacio
mea et furor meus super scelus eorum · Et suscitabit super
eum dominus exercituum flagellum iuxta plagam madian in
petra oreb et virgam suam super mare / levabit eam in
via egypti · Et erit in die illa · Auferetur honus eius de
humero tuo / et iugum eius de collo tuo / et computrescet
iugum a facie olei · Veniet in aioth transibit in magron
Apud magmas commendabit vasa sua / transierunt cursim
gabbaa sedes nostra · obstupuit rama · Gabbaa saulis
fugit · hinni voce tua filia galim · Attende laysa paupercula
anathot · migravit medemena / habitatores gabim con-
fortamini · adhuc dies est ut in nobe stetur · agitabat
manum suam super montem filie syon collem ierusalem

Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in ter-
rore / et excelsi statura succidentur / et sublimes humilia-
buntur et subvertentur condensa saltus ferro / et libanus
XI Et egredietur virga de radice ¶ cum excelsis cadet
yesse et flos de radice eius ascendet / et requi-
escet super eum spiritus domini · spiritus sapientie et intel-
lectus · spiritus consilii et fortitudinis / spiritus sciencie et pietatis
et replebit eum spiritus timoris domini ¶ Non secundum visionem ocu-
lorum iudicabit · neque secundum auditum aurium arguet · sed
iudicabit in iusticia pauperes et arguet in equitate pro
mansuetis terre / et percuciet terram virga oris sui / et spiritu
labiorum suorum interficiet impium / et erit iusticia cingulum
lumborum eius / et fides cinctorium renum eius ¶ Habitabit
lupus cum agno · et pardus cum edo accubabit / vitulus
et leo et ovis simul morabuntur / et puer parvulus
minabit eos ¶ Vitulus et ursus pascentur simul requi-
escent catuli eorum / et leo quasi bos comedet paleas et de-
lectabitur infans ab ubere super foramina aspidis / et in
caverna reguli / qui ablactatus fuerit manum suam
mittet ¶ Non nocebunt / et non occident in universo monte
sancto meo / quia repleta est terra sciencia domini / sicut
aque maris operientes ¶ In die illa radix yesse / qui
stat in signum populorum · ipsum gentes deprecabuntur / et erit
sepulcrum eius gloriosum Et erit in die illa adiciet dominus
secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui /
quod relinquetur ab assiriis · et ab egypto / et a phethros
et ab ethyopia et ab elam et a sennaar et ab emath
et ab insulis maris Et levabit dominus signum in naciones
et congregabit profugos israel / et dispersos iuda colliget
a quatuor plagis terre Et auferetur zelus effraym
et hostes iuda peribunt Effraym non emulabitur iudam
et iudas non pugnabit contra effraym Et volabunt in
humeros philistiym per mare simul predabuntur filios
orientis ydumea et moab preceptum manus eorum / et filii

Ammon obedientes erunt Et desolabit dominus linguam
maris egypti et levabit manum suam super flumen in
fortitudine spiritus sui Et percutiet eum in septem rivis
ita ut transeant per eum calceati Et erit via residuo
populo meo qui relinquetur ab assiriis sicut fuit israel
in die qua ascendit de terra egypti Et dices in die illa
Et dices in die illa Confitebor tibi domine quoniam
iratus es mihi Conversus est furor tuus et con- XII
solatus es me Ecce deus salvator meus fi-
ducialiter agam et non timebo Quia fortitudo
mea et laus mea dominus et factus est mihi in salutem
Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris Et
dicetis in illa die Confitemini domino et invocate nomen
eius Notas facite in populis adinventiones eius me-
mentote quoniam excelsum est nomen eius Cantate domino
quoniam magnifice fecit annunciate hoc in universa terra
Exulta et lauda habitatio syon Quia magnus in
medio tui sanctus israel
Onus babilonis
Quod vidit ysaias filius amos Super montem XIII
caliginosum levate signum et exaltate vocem
levate manum et ingrediantur portas duces Ego man-
davi sanctificatis meis et vocavi fortes meos in ira
mea exultantes in gloria mea Vox multitudinis in mon-
tibus quasi populorum frequentium Vox sonitus regum gen-
tium congregatarum Dominus exercituum precepit milicie belli
venientibus de terra procul a summitate celi dominus et va-
sa furoris eius ut disperdat omnem terram Ululate
quia prope est dies domini quasi vastitas a domino veniet
Propter hoc omnes manus dissolventur et omne cor hominis
contabescet et conteretur Torsiones et dolores tene-
bunt quasi parturientes dolebunt unusquisque
ad proximum suum stupebit facies combuste vultus eorum
Ecce dies domini veniet crudelis et indignationis ple-
nus et ire furorisque ad ponendam terram in solitudinem

et in peccatores eius conterendos de ea quoniam stelle celi et
splendor earum non expandent lumen suum obtenebra-
tus est sol in ortu suo et luna non splendebit in lu-
mine suo et visitabo super orbis mala et contra impios
iniquitatem eorum et requiescere faciam superbiam infidelium
et arrogantiam fortium humiliabo Preciosior erit vir auro
et homo mundo obrizo super hoc celum turbabo et movebitur
terra de loco suo propter indignationem domini exercituum et propter
diem ire furoris eius et erit quasi dammula fugiens et
quasi ovis et non erit qui congreget unusquisque ad populum
suum convertetur et singuli ad terram suam fugient omnis
qui inventus fuerit occidetur et omnis qui supervenerit
cadet in gladio infantes eorum allidentur in oculis eorum
diripientur domus eorum uxores eorum violabuntur Ecce
ego suscitabo super vos medos qui argentum non querant
nec aurum velint sed sagittis parvulos interficient et
lactantibus uteris non miserebuntur et super filios non parcet
oculos eorum Et erit Babilon illa civitas gloriosa in
regnis inclita in superbia caldeorum versa sicut subvertit
deus sodomam et gomorram non habitabitur usque in finem
et non fundabitur usque ad generationem et generationem Nec ponet
ibi tentoria arabs nec pastores requiescent ibi sed re-
quiescent ibi bestie et replebuntur domus eorum draconibus
et habitabunt ibi struthiones et pilosi saltabunt ibi et
respondebunt ibi ulule in edibus eius et syrenes in de-
XIIII Prope est ut veniat lubris eius voluptatis
tempus eius et dies eius non elongabuntur
Miserebitur enim dominus Jacob et eliget adhuc
de israel et requiescere eos faciet super humum suam Adiun-
getur advena ad eos et adherebit domui Jacob et
tenebunt eos populi et adducent eos in locum suum et pos-
sidebit eos domus israel super terram domini in servos et
ancillas et erunt capientes eos qui se ceperant et subicient

exactores suos. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi
deus a labore tuo / et a concussione tua et a servitute
dura qua ante servisti. Sumes parabolam istam
contra regem Babilonis et dices. Quomodo cessavit
exactor / quievit tributum. Contrivit dominus baculum im
piorum. virgam dominantium cedentem populos in indigna
tione et plaga insanabili / subicientem in furore gen
tes / persequentem crudeliter. Nunc quievit et siluit omnis
terra gavisa est et exultavit. Abietes quoque letate
sunt super te et cedri libani. Ex quo dormisti non ascen
dit qui succidat nos. Infernus subter conturbatus est
in occursum adventus tui / suscitabit tibi gygantes
omnes principes terre surrexerunt de soliis suis. Omnes
principes nacionum universi respondebunt / et dicent tibi
Et tu vulneratus es sicut et nos / nobis similis factus es
Detracta est ad inferos superbia tua. concidit cada
ver tuum. Subter te sternetur tinea / et operimentum tuum
erunt vermes. Quomodo cecidisti lucifer de celo / qui mane
oriebaris corruisti in terram / qui vulnerabas gentes
Qui dicebas in corde tuo / In celum conscendam super
astra celi exaltabo solium meum. sedebo in monte te
stamenti / in lateribus aquilonis ascendam super alti
tudinem nubium. similis ero altissimo. Verumtamen
ad infernum detraheris. in profundum laci. Qui te viderint
ad te inclinabuntur. te quoque prospicient. Nunquid iste est
vir qui conturbavit terram / qui concussit regna. qui posuit
orbem desertum / et urbes eius destruxit. Vinctis eius
non aperuit carcerem. Omnes reges gencium universi
dormierunt in gloria unusquisque in domo sua. Tu autem
proiectus es de sepulcro tuo / quasi stirps inutilis / sicut
sanie pollutum et obvolutum / cum hijs qui interfecti sunt
gladio / descenderunt ad fundamenta laci. Quasi cada
ver putridum / non habebis consorcium neque cum eis

in sepulturam Tu enim terram tuam disperdidisti / tu populum tuum occi-
disti non vocabitur in eternum semen pessimorum Preparate filios
eius occisioni in iniquitate patrum eorum non consurgent
nec hereditabunt terram neque implebunt faciem orbis ciui-
tatum Et consurgam super eos dicit dominus exercituum Et perdam
Babilonis nomen / et reliquias et progeniem et germen
dicit dominus Et ponam eam in possessionem ericij Et in pa-
ludes aque / et scopabo eam in scopa terens dicit dominus
exercituum Iurauit dominus exercituum dicens Si non ut putaui
ita erit et quomodo mente tractaui sic eueniet ut con-
teram Assyrium in terra mea et in montibus meis conculcem
eum Et auferetur ab eis iugum eius et honus illius ab
humero eorum tolletur Hoc consilium quod cogitaui super
omnem terram / et hec est manus extenta ˣ et quis au- Et quis poterit infirmare
tet eam In anno quo mortuus est Achaz rex factum est

ˣ super omnes gentes dominus enim exercituum decreuit Et quis poterit infirmare / et manus eius extenta

honus istud Ne leteris philistea omnis tu quoniam
comminuta est virga percussoris tui De radice enim co-
lubri egredietur regulus / et semen eius absorbens volu-
crem Et pascentur primogeniti pauperum / et pauperes fiducia-
liter requiescent Et interire faciam in fame radicem tuam
et reliquias tuas interficiam Ulula porta clama ciuitas
prostrata est philistea omnis Ab aquilone enim fumus
veniet et non est qui effugiat agmen eius Et quid
respondebitur nuncijs gentium Quia dominus fundauit Syon
et in ipso sperabunt pauperes populi eius xv

XV

Honus moab quia nocte vastata est Ar moab
conticuit quia nocte vastatus est murus Ascendit
domus et dibon ad excelsa in planctum super
nabo et super medaba moab ululabit In cunctis
capitibus eius caluicium et omnis barba radetur In tri-
uijs eius accincti sunt sacco super tecta eius Et in pla-
teis omnis ululatus descendit in fletum Clamabit esse-
bon / et eleale usque iasa audita est vox eorum super hoc

expediti moab ululabunt · anima eius ululabit sibi Cor
meum ad moab clamabit vectes eius usque ad segor vi
tulam conternantem per ascensum enim luith flens ascen
det et in via oronaim · clamorem contritionis levabunt
Aque enim nemrim deserte erunt quia aruit herba / de
fecit germen viror omnis interiit / Secundum magnitudinem
operis et visitatio eorum ad torrentem salicum ducet eum
Quoniam circuivit clamor terminum moab usque magdalim
ululatum eius et usque ad puteum helim clamor eius
Quia aque dibon replete sunt sanguine Ponam enim
super dibon additamenta hys qui fugerint de moab
Emitte agnum domine leone et reliquiis terre
dominatorem terre de petra deserti ad montem
filie syon Et erit sicut avis fugiens et pulli
de nido avolantes sicut erunt filie moab in transcensu
arnon Ini consilium coge concilium pone quasi noctem tuam
umbram in meridie absconde fugientes et vagos ne
prodas Habitabunt apud te profugi mei Moab esto
latibulum eorum a facie vastatoris Finitus est enim est pul
vis consummatus est miser / defecit qui conculcabat terram
Et preparabitur in misericordia solium et sedebit super eum in ve
ritate in thabernaculo david iudicans et querens iudicium
et velociter reddens quod iustum est Audivimus superbiam
moab superbus est valde superbia eius et arrogantia
eius / et indignatio eius plus quam fortitudo eius Idcirco
ululabit moab et ad moab universus ululabit hys qui
letantur super muros cocti lateris Loquimini plagas suas
Quoniam suburbana esebon deserta sunt et vineam Sa
baima domini gentium exciderunt flagella eius usque
ad iazer pervenerunt erraverunt in deserto propagi
nes eius relicte sunt transierunt mare Super hoc plora
bo in fletu iazer et vineam sabama inebriabo te
lacrima mea esebon et heleale Quoniam super vindemiam
tuam et super messem tuam vox calcantium irruit transferetur XVI

leticia et exultatio de carmelo et in vineis non exulta-
bit neque ululabit vinum in torculari non calcabit qui
calcare consueverat vocem calcantium abstuli super hoc
venter meus ad moab quasi cythara sonabit et vi-
scera mea ad murum cocti lateris et erit cum apparuerit
quod laboravit moab super excelsis suis ingredietur ad sancta
sua ut obsecret et non valebit hoc verbum quod locutus
est dominus ad moab ex tunc et nunc locutus est dominus dicens
In tribus annis quasi anni mercenarii auferetur gloria moab
super omni populo multo et relinquetur in eo racemus parvus

XVII H onus damasci ecce Et modicus nequaquam multus
damascus desinet civitas esse et erit sicut acervus
lapidum in ruina Derelicte civitates aroer que
gregibus erunt et requiescent ibi et non erit qui exterreat
et cessabit ad maceriam alias adiutorium ab effraym et
regnum a damasco et reliquie syrie sicut gloria filiorum israel
erunt dicit dominus exercituum et erit in die illa attenuabitur
gloria iacob et pinguedo carnis eius marcescet et erit
sicut congregans in messe quod restiterit et brachium eius
spicas leget et erit sicut querens spicas in valle effraym
raphaym et relinquetur in eo quasi racemus et sicut
excussio olee duarum aut trium olivarum in summitate ra-
mi sive quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus
dicit dominus deus israel In die illa inclinabitur homo ad
factorem suum et oculi eius ad sanctum israel respicient et non
inclinabitur ad altaria que fecerunt manus eius et que
operati sunt digiti eius non respiciet lucos et delubra
In die illa civitates fortitudinis eius erunt derelicte
sicut aratra et segetes que derelicte sunt a facie filiorum
israel et eris deserta quia oblita es dei salvatoris tui et
fortis adiutoris non es recordata propterea plantabis
plantationem fidelem et germen alienum seminabis In die
plantationis tue labrusca et mane semen tuum flo-
rebit Ablata est messis in die hereditatis et dolebit

tium. Ve multitudini populorum multorum ut multitudo maris sonantis
et tumultus turbarum multarum sicut sonitus aquarum multarum
Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundancium Et incre
pabit eum et procul fugiet et rapietur sicut pulvis mon
cium a facie venti Et sicut turbo coram tempestate in tempore
vespere Et ecce turbacio / et in matutino et non subsistet
Hec est pars eorum qui vastaverunt nos et sors diripien-
V e terre cymbalo alarum que est trans flumina XVIII
trans flumina ethiopie que mittit in mare lega
tos et in vasis papireis super aquas Ite ange
li veloces ad gentem convulsam et dilaceratam / ad populum
terribilem post quem non est alius gentem expectantem
et conculcatam cuius diripuerunt flumina terram eius
ad montem nominis domini exercituum montem Syon Omnes ha
bitatores orbis / qui moramini in terra cum elevatum fuerit
signum in montibus videbitis / et clangorem tube audietis
Quia hec dominus ad me Ego quiescam et considerabo in
loco meo / sicut meridiana lux clara est / et sicut nubes
roris in die messis Ante messem enim totus effloruit /
et immatura perfectio germinabit Et precidentur ramusculi
eius falcibus Et que derelicta fuerint abscidentur in te / et ex
cucientur / et relinquentur simul avibus moncium / et bestiis
terre Et estate perpetua erunt super eum volucres / et omnes
bestie terre super eum hyemabunt In illo tempore deferetur
munus domino exercituum a populo divulso et dilacerato a populo
terribili post quem non fuit alius a gente expectante et con
culcata / cuius diripuerunt flumina terras eius ad locum
H onus egypti nominis domini montem Syon
Ecce dominus ascendet super nubem levem et XIX
ingredietur egyptum Et movebuntur simulacra egy
pti a facie eius / et cor egypti tabescet in medio eius Et
concurrere faciam egyptios adversus egyptios Et pugnabit
vir contra fratrem suum / et vir contra amicum suum civitas adversus

Ciuitate regnum aduersus regnum / et dirumpetur spiritus egy-
pti in visceribus eius et consilium eius precipitabo et in-
terrogabunt simulacra sua / et diuinos suos / et phitones
suos et ariolos / et tradam egyptum in manu dominorum
crudelium / et rex fortis dominabitur eorum / ait dominus deus exercituum
Et arescet aqua de mari / et fluuius desolabitur atque sic-
cabitur. Et deficient flumina / et attenuabuntur et siccabuntur
riui aggerum / calamus et iuncus marcescet / Nudabitur
alueus riui a fonte suo et omnis sementis irrigua
siccabitur arescet et non erit / et merebunt piscatores et lu-
gebunt omnes mittentes in flumine hamum / et expandentes
rethe super faciem aquarum emarcescent. Confundentur qui opera-
bantur linum pectentes et texentes subtilia / et erunt irrigua
eius flacentia. Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos
pisces. Stulti principes thaneos sapientes consiliarii pharao-
onis dederunt consilium insipiens. Quomodo dicetis pharaoni
filius sapientium ego filius regum antiquorum. Ubi nunc sunt
sapientes tui annuntient et indicent tibi quid cogitauerit
dominus deus exercituum super egyptum. Stulti facti sunt principes
thaneos. Emarcuerunt principes memphios deceperunt
egyptum / angularem populorum eius. Dominus miscuit in medio
eius spiritum vertiginis et errare fecerunt egyptum in omni
populo suo sicut errat ebrius et vomens. Et non erit egypto
opus quod faciat caput et caudam incuruantem et refre-
nantem. In die illa erit egyptus quasi mulieres. Et timebunt
a facie commotionis manus domini exercituum / quam mouit in-
ipse super eam. Et erit terra iuda egypto in pauorem
Omnis qui illius fuerit recordatus et pauebit a facie con-
silii domini exercituum / quod ipse cogitauit super eam. In die
illa erunt quinque ciuitates in terra egypti loquentes lin-
gua chananea et iurantes per dominum exercituum. Ciuitas
solis vocabitur una. In die illa erit altare in medio

terre egypti et titulus domini iuxta terminum eius et erit
in signum et testimonium domino exercituum in terra egypti
Clamabunt enim ad dominum a facie tribulantis et mittet
eis salvatorem et propugnatorem qui liberet eos et cogno-
scetur dominus ab egypto et cognoscent egyptii dominum
in die illa et colent eum in hostiis et muneribus et vo-
ta vovebunt domino et solvent et percutiet dominus egyptum
plaga et sanabit eam et revertentur egyptii ad dominum
et placabitur eis et sanabit eos In die illa erit via
de egypto in assyrios et intrabit assyrius egyptum et
egyptii in assyrios et servient egyptii assur In die illa
erit israel tercius egypto et assyrio benedictio in medio
terre cui benedixit dominus exercituum dicens benedictus populus
meus egypti et opus manuum mearum assyrio sit hereditas

In anno quo ingressus est autem mea ysrahel XX
Tharthan in azothum cum misisset eum Sargon rex
assyriorum et pugnasset contra azothum et cepisset eam
In tempore illo locutus est dominus in manu ysaye filii a-
mos dicens vade et solve saccum de lumbis tuis et
calciamenta tua tolle de pedibus tuis et fecit sic vadens
nudus et discalciatus Et dixit dominus sicut ambulavit ser-
vus meus ysayas nudus et discalciatus trium annorum
signum et portentum erit super egyptum et super ethyopiam
sic minabit rex assyriorum captivitatem egypti et trans-
migrationem ethiopie iuvenum et senum nudam et discalcia-
tam discoopertis natibus ad ignominiam egypti et time-
bunt et confundentur ab ethiopia spe sua et ab egypto
gloria sua et dicet habitator insule huius in die illa
Hec erat spes nostra ad quos confugimus in auxilium
ut liberaret nos a facie regis assyriorum et quomodo poterimus

Honus deserti maris sicut turbines effugere nos
ab affrico veniunt de deserto venit de terra horri- XXI
bili visio dura nunciata est michi qui medulus

est infideliter agit et qui depopulator est vastat Ascende
Elam et obside Media omnem gemitum eius cessare
feci propterea repleti sunt lumbi mei dolore angustia posse
dit me sicut angustia parturientis corrui cum audirem con
turbatus sum cum viderem emarcuit cor meum tenebre stu
pefecerunt me Babilon dilecta mea posita est michi in
miraculum pone mensam contemplare in specula come
dentes et bibentes surgite principes arripite clipeum
hec enim dixit dominus michi vade et pone speculatorem
et quodcumque viderit annunciet et vidit currum duorum
equitum ascensorem asini et ascensorem cameli et
contemplatus est diligenter multo intuitu et clamavit
leo super speculam domini ego sum iugiter per diem et super
custodiam meam ego sum stans totis noctibus ecce
iste venit vir ascensor bige equitum et respondit
et dixit cecidit cecidit Babilon et omnia sculptilia deorum
eius contrita sunt in terram tritura mea et filii
aree mee que audivi a domino exercituum deo Israel
annunciavi vobis Onus duma ad me clamat
ex Seyr custos quid de nocte custos quid de nocte
dixit custos venit mane et nox si queritis querite
et convertimini et venite Onus in arabia In sal
tu ad vesperam dormietis in semitis dodanim Oc
currentes sitienti ferte aquam qui habitatis terram
austri cum panibus occurrite fugienti A facie enim
gladiorum fugerunt a facie gladii imminentis a
facie arcus extenti a facie gravis prelii Quoniam hec
dicit dominus ad me Adhuc in uno anno quasi in anno
mercenarii auferetur omnis gloria cedar et reliquie
numeri sagittariorum fortium de filiis cedar immi
nuentur Dominus enim deus Israel locutus est

XXII Onus vallis visionis Quidnam tibi quoque

est quia ascendisti et tu in tecta clamoris plena
urbs frequens civitas exultans Interfecti tui non inter
fecti gladio nec mortui in bello Cuncti principes tui
fugerunt simul dure et ligati sunt Omnes qui inventi
sunt vincti sunt pariter procul fugerunt propterea dixi Re
cedite a me amare flebo Nolite incumbere ut console
mini me super vastitate filie populi mei Dies enim interfectio
nis et conculcationis et fletuum a domino deo exercituum in
valle visionis scrutans murum magnificus super montem et
parietem helam sumpsit pharetram et currum hominis
equitis et parietem nudavit clipeus et erunt electe
valles electe plene quadrigarum et equites ponent
sedes suas in porta et revelabitur operimentum iude Et
videbis in die illa armamentarium domus saltus et
scissuras civitatis david videbitis quia multiplicate
sunt Et congregastis aquas piscine inferioris et domos
iherusalem numerastis Et destruxistis domos ad muniendum
murum Et lacum fecistis inter duos muros Et aquam
piscine veteris Et non suspexistis ad eum qui fecerat eam
et operatorem eius de longe non vidistis Et vocabit dominus
deus exercituum in die illa ad fletum et ad planctum et ad cal
vicium et ad cingulum sacci Et ecce gaudium et leticia
occidere vitulos et iugulare arietes comedere carnes et
bibere vinum Comedamus et bibamus cras enim moriemur
et revelata est in auribus meis domini exercituum Si dimi
ttetur iniquitas hec vobis donec moriamini dicit dominus exer
cituum Hec dicit dominus exercituum Vade et ingredere ad e
um qui habitat in tabernaculo ad Sobnam prepositum tem
pli et dices ei Quid tu hic aut quasi quis hic Quia
excidisti tibi hic sepulcrum excidisti in excelso memoria
le diligenter in petra tibi tabernaculum Ecce dominus
asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus
et quasi amictum sic sublevabit te Coronans coronabit
te tribulatione quasi pilam mittet te in terram

latam et spaciosam / Ibi morieris et ibi erit currus glorie
tue et ignominia domus domini tui Et expellam te de
statione tua et de ministerio tuo deponam te Et erit in die
illa vocabo servum meum helyachim filium helchie / et
induam illum tunica tua / et cingulo tuo confortabo eum
et potestatem tuam dabo in manu eius Et erit quasi pater habitanti-
bus iherusalem et domui iuda / et dabo clavem domus david
super humerum eius et aperiet et non erit qui claudat /
et claudet et non erit qui aperiat / et figam illum paxil-
lum in loco fidelium Et erit in solium glorie domus patris
sui Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris
eius vasorum diversa genera omne vas parvulum a vasis
craterarum usque ad omne vas musicorum In die illa
dicit dominus exercituum / auferetur paxillus qui fixus fuerat
in loco fideli / et frangetur et cadet et peribit quod pe-
penderat in eo / quia dominus locutus est

XXIII Honus Tyri Ululate naves maris quia va-
stata est domus unde venire consueverat De terra
cethim revelatum est eis Tacete qui habitatis
in insula Negociatores sydonis transfretantes mare re-
pleverunt te in aquis multis semen nili messis fluminis
fruges eius Et facta est negociatio gentium Erubesce
sydon ait enim mare fortitudo maris dicens Non parturivi
et non peperi et non enutrivi iuvenes nec ad incrementum
perduxi virgines Cum auditum fuerit in egypto dolebunt
cum audierint de tyro Transite maria ululate qui
habitatis in insula Numquid non hec vestra est que
gloriabatur a diebus pristinis in antiquitate sua ducent
eam pedes sui longe ad peregrinandum Quis cogitavit
hoc super tyrum quondam coronatam cuius negociatores et
principes institores eius inclyti terre Dominus exercituum
cogitavit hoc ut detraheret superbiam omnis glorie Et ad igno-
miniam deduceret universos inclitos terre Transi terram

tuam / quasi flumen filia maris Non est cingulum ultra tibi
manum suam super mare extendit / et conturbavit regna
dominus Mandat adversus chanaan ut contereret fortes eius
et dixit Non adycies ultra ut glorieris calumniam susti-
nens virgo filia Sydonis In cethim consurgens transfre-
ta / ibi quoque non erit requies tibi Ecce terra caldeorum talis populus
non fuit Assur fundavit eam in captivitatem transduxerunt
robustos eius suffoderunt domos eius / posuerunt eam
in ruinam Ululate naves maris quia devastata est
fortitudo vestra Et erit in die illa In oblivione eris o
Tyre lxx annis sicut dies regis unius Post lxx annos
erit tyro quasi canticum meretricis Sume cytharam
circui civitatem meretrix oblivioni tradita Bene cane
frequenta canticum ut memoria tui sit Et erit post lxx annos
visitabit dominus tyrum et reducet eam ad mercedes suas
et rursum erit cum fornicabitur cum universis regnis terre
super faciem terre Et erunt negotiationes eius et mercedes
eius sanctificate domino non condentur neque reponentur quia
hiis qui habitaverint coram domino erit negotiatio eius
ut manducent in saturitatem et vestiantur usque ad vetustatem
Ecce dominus nudabit terram et dissipabit eam XXIIII
et affliget faciem eius Et disperget habitatores
eius Et erit sicut populus sic sacerdos Et sicut servus
sic dominus eius sicut ancilla sic domina eius / sicut emens
sic ille qui vendit / sicut fenerator sic is qui mutuum
accipit Sicut qui repetit / sic qui debet Dissipa-
tione dissipabitur terra / et direptione predabitur Dominus
enim locutus est verbum hoc Luxit et defluxit terra / et
infirmata est Defluxit orbis infirmata est altitudo
populi terre / et terra infecta est / ab habitatoribus suis Quia
transgressi sunt leges mutaverunt ius / dissipaverunt fedus sempi-
ternum Propter hoc maledictio vorabit terram / et peccabunt habi-
tatores eius / Ideoque insanient cultores eius / et relinquentur

homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, et ingemuerunt omnes qui letabantur corde, cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus letancium, conticuit dulcedo cythare. Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam, attrita civitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis leticia, translatum est gaudium terre, relicta est in urbe solitudo, et calamitas opprimet portas. Quia hec erunt in medio terre in medio populorum. Quomodo si pauce olive que remanserunt excolea excuciantur, et racemi cum fuerit finita vindemia, hii levabunt vocem suam atque laudabunt cum glorificatus fuerit dominus, hinnient de mari. Et propter hoc in doctrinis glorificate dominum in insulis maris nomen domini dei Israel. A finibus terre laudes audivimus gloriam iusti. Et dixi secretum meum michi, secretum meum michi, ve michi, prevaricantes prevaricati sunt, et prevaricatione transgressorum prevaricati sunt. Formido et fovea et laqueus super te qui habitator es terre. Et erit qui fugerit a voce formidinis cadet in foveam, et qui se explicaverit de fovea tenebitur laqueo. Quia cataracte de excelsis aperte sunt, et concucientur fundamenta terre, confractione confringetur terra, contricione conteretur terra, commocione movebitur terra, agitacione agitabitur agitabitur sicut ebrius, et auferetur sicut tabernaculum unius noctis, et gravabit eam iniquitas sua, et corruet et non adiciet ut resurgat. Et erit in die illa visitabit dominus super miliciam celi in excelso, super reges terre qui sunt super terram, et congregabuntur in congregacionem unius fascis in lacum, et claudentur ibi in carcere, et post multos dies visitabuntur. Et erubescet luna et confundetur sol, cum regnaverit dominus exercituum in monte Syon et in Iherusalem, et in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

XXV

Domine deus meus exaltabo te et confitebor nomini tuo, qui fecisti mirabilia

cogitationes antiquas fideles amen Quia posuisti
civitatem in tumulum urbem fortem in ruinam domum
alienorum / ut non sit civitas et in sempiternum non edificetur
Super hoc laudabit te populus fortis / civitas gentium robu
starum timebit te Quia factus es fortitudo pauperi fortitu
do egeno in tribulatione sua spes a turbine umbraculum
ab estu Spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem
Sicut estus in siti tumultum alienorum humiliabis et quasi
calore sub nube torrente propaginem fortium
marcescere facies Et faciet dominus exercituum omnibus populis
in monte hoc convivium pinguium convivium vindemie
pinguium medullatorum vindemie defecate Et precipitabit
in monte isto / faciem vinculi colligati super omnes populos
et telam quam orditus est super universas nationes Pre
cipitabit mortem in sempiternum Et auferet dominus deus
omnem lacrimam ab omni facie Et opprobrium populi sui
auferet de universa terra Quia dominus locutus est Et di
cent in illa die Ecce deus noster iste expectavimus
eum et salvabit nos Iste dominus sustinuimus eum
Et exultabimus et letabimur in salutari eius Quia
requiescet manus domini in monte isto Et triturabitur
moab sub eo / sicut teruntur palee in plaustro Et
expandet manus suas sub eo / sicut natans extendit
ad natandum Et humiliabit gloriam eius cum allisione
manuum eius et munimenta sublimium murorum tuorum
concident et humiliabuntur et detrahentur ad terram

XXVI

In die illa cantabitur canticum istud in terra iuda
Urbs fortitudinis nostre Syon salvator ponetur
in ea murus et antemurale Aperite portas
et ingrediatur gens iusta custodiens veritatem
Vetus error abiit Servabis pacem Quia in te
domine speravimus Sperastis in domino in seculis eternis
in domino deo forti imperpetuum Quia incurvabit habi
tantes in excelso / civitatem sublimem humiliabit

humiliabit eam usque ad terram detrahet eam usque ad pul
verem Conculcabit eam pes pauperis gressus egenorum Se
mita iusti recta est . rectus callis iusti ad ambulandum
In semita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te nomen tuum
et memoriale tuum in desiderio anime Anima mea desidera
bit te in nocte Sed et spiritu meo in precordiis meis de
mane vigilabo ad te Cum feceris iudicia tua in terra
iusticiam discent omnes habitatores orbis Misereamur
impio et non discet facere iusticiam in terra sanctorum iniqua
gessit / et non videbit gloriam eius / Domine exaltetur manus
tua ut non videant / et confundantur zelantes populi
Et ignis hostes tuos devoret Domine dabis pacem nobis
omnia enim opera nostra operatus es nobis Domine deus noster
domini possederunt nos absque te tantum in te recordemur
nominis tui / Morientes non vivant et gygantes non re
surgant Propterea visitasti et contrivisti eos / et perdidisti
omnem memoriam eorum Et indulsisti domine genti / Num
quid glorificatus es / elongasti omnes terminos terre Domine
in angustia requisierunt te in tribulatione murmuris
doctrina tua eis Sicut que concepit cum appropinquaverit
ad partum dolens clamat in doloribus suis : sic facti sumus
A facie tua domine concepimus et quasi parturivimus et
peperimus spiritum salutis Iusticiam non fecimus in terra Ideo
non ceciderunt habitatores terre Vivent mortui tui inter
fecti mei resurgent Expergiscimini et laudate qui ha
bitatis in pulvere / quia ros lucis ros tuus / et terram
gygantum detrahes in ruinam Vade populus meus intra
in cubicula tua claude hostia tua super te / abscondere
modicum ad momentum / donec pertranseat indignatio
mea Ecce enim dominus egredietur de loco sancto suo ut visitet
iniquitatem habitatoris terre contra eum Et revelabit terra
sanguinem suum / et non operiet ultra interfectos suos

XXVII

In die illa visitabit dominus in gladio suo duro et grandi
et forti super leviathan serpentem vectem et super
leviathan tortuosum Et occidet cetum qui in mari
est In die illa vinea meri cantabit ei Ego dominus

qui servo eam repente propinabo ei Ne forte visitetur
contra eam / nocte et die servo eam / indignatio non est
michi Quis dabit me spinam et veprem in prelio /
gradiar super eam succendam eam pariter An potius
tenebit fortitudinem meam / faciet pacem michi pacem
faciet michi Qui egrediuntur impetu a iacob / et flore-
bit et germinabit israel Et implebunt faciem orbis semine
Numquid iuxta plagam percucientis se percussit eum Aut
sicut occidit interfectos eius sic occisus est In mensura
contra mensuram / cum abiecta fuerit iudicabit eam me-
ditata est in spiritu suo duro per diem estus Idcirco
super hoc dimittetur iniquitas domui iacob Et iste omnis fructus
ut auferatur peccatum eius Cum posuerit omnes lapides alta-
ris / sicut lapides cineris allisos Non stabunt luci et de-
lubra Civitas enim munita desolata erit / speciosa re-
linquetur et dimittetur quasi desertum Ibi pascetur vitulus
et ibi accubabit Et consumet summitates eius In siccita-
te messis eius conterentur mulieres venientes et docentes
eam Non est enim populus sapiens propterea non miserebitur
eius / qui fecit eum et formavit eum Et erit in illa percu-
tiet dominus ab alveo fluminis usque ad torrentem Egipti
Et vos congregabimini unus et unus filii israel Et erit in die
illa clangetur in tuba magna Et venient qui perditi
fuerant de terra Assyriorum Et qui eiecti erant de terra
Egypti Et adorabunt dominum in monte in Iherusalem

XXVIII

Ve corone superbie ebriis effraym et flori deci-
denti glorie exultationis eius / qui erant in
vertice vallis pinguissime errantes a vino
Ecce validus et fortis dominus / sicut impetus grandinis tur-
bo confringens sicut impetus aquarum inundantium
multarum et emissarum super terram spaciosam Pedibus
conculcabitur corona superbie ebriorum effraym Et erit
flos decidens glorie exultationis eius / qui est super
verticem vallis pinguium quasi temporaneum ante ma-
turitatem autumni Quod cum aspexerit videns / statim

ut manu tenuerit devorabit illud In die illa erit dominus
exercituum corona glorie et sertum exultationis residuo populi
sui Et spiritus iudicii sedenti super tronum Et fortitudo rever-
tentibus de bello ad portam Verum hii quoque pre vino ne-
scierunt et pre ebrietate erraverunt Sacerdos et propheta
nescierunt pre ebrietate absorpti sunt a vino erraverunt
in ebrietate / nescierunt videntem Et ignoraverunt iudicium
Omnes enim mense replete sunt vomitu sordiumque / ita
ut non esset ultra locus Quem docebit scientiam et quem
intelligere faciet auditum Ablactatos a lacte / avulsos
ab uberibus / quia manda remanda · manda remanda
Expecta · reexpecta · expecta · reexpecta · modicum · ibi mo-
dicum ibi In loquela enim labii et lingua altera / loquetur
ad populum istum Cui dixit Hec est requies mea Refi-
cite lassum / et hoc est meum refrigerium / et noluerunt
audire Et erit eis verbum domini · manda · remanda ·
manda · remanda / expecta · reexpecta · expecta · reexpecta
modicum ibi modicum ibi ut vadant et cadant retrorsum
et conterantur et illaqueentur et capiantur Propter hoc
audite verbum domini viri illusores / qui dominamini super
populum meum / qui est in Ierusalem Dixistis enim Percussimus
fedus cum morte Et cum inferno fecimus pactum flagel-
lum inundans cum transierit non veniet super nos / quia
non posuimus mendacium spem nostram et mendacio protecti
sumus Ideo hec dicit dominus deus Ecce ego mittam in funda-
mentis Syon lapidem angularem probatum · Preciosum
in fundamento fundatum Qui crediderit non festinet Et
ponam in pondere iudicium et iusticiam in mensura Et
subvertet grando spem mendacii et protectionem aque
inundabunt Et delebitur fedus vestrum cum morte et pa-
ctum vestrum cum inferno non stabit / flagellum inundans
cum transierit eritis ei in conculcationem Quandocumque per-
transierit tollet vos Quia mane diluculo pertransibit
in die · et in nocte / et tantummodo sola vexatio intel-
lectum dabit auditui Coangustatum est enim stratum
ita · ut alter decidat et pallium breve utrumque operire

non potest Sicut enim in monte divisionum stabit dominus
sicut in valle que est in gabaon irascetur ut faciat opus
suum alienum est opus eius ut operetur opus suum pere
grinum est opus eius ab eo Et nunc nolite illudere Ne for
te constringantur vincula vestra Consummationem enim et abbre
viationem audivi a domino deo exercituum super universam terram
Auribus percipite et audite vocem meam Attendite et
audite eloquium meum Numquid tota die arabit arans
ut serat et proscindet ut sariet humum suam Nonne cum
adequaverit faciem eius seret gith et cyminum sparget
et ponet triticum per ordinem et ordeum et milium et viciam
in finibus suis Et erudiet illum deus suus in iudicio
docebit illum Non enim in serris triturabitur gith Nec
rota plaustri super cyminum circuibit Sed in virga excuti
etur gith et ciminum in baculo Panis autem comminuetur
Verum non in perpetuum triturans triturabit illud nec vexabit
eum rotha plaustri Nec ungulis suis comminuet eum Et hec
a domino deo exercituum exivit ut faceret mirabile consilium et
magnificaret iusticiam

XXIX

Ve ariel ariel civitas quam
expugnavit david additus est annus ad annum
Solemnitates evolute sunt Et circumvallabo ariel
et erit tristis et merens Et erit michi quasi ariel Et circum
dabo quasi speram in circuitu tuo et iaciam contra te aggerem
et munimenta ponam in obsessionem tuam Humiliaberis de terra
loqueris et de humo audietur eloquium tuum Et erit quasi
phitonis de terra vox tua et de humo eloquium tuum
mussitabit Et erit sicut pulvis tenuis multitudo eius ve
ntilancium te sicut favilla pertransiens multitudo eo
rum qui contra te prevaluerunt Eritque repente confestim a
domino exercituum visitabitur in tonitruo et commotione terre
et voce magna turbinis et tempestatis et flamme ignis
devorantis Et erit sicut sompnium visionis nocturne multitudo
omnium gentium que dimicaverunt contra ariel et omnes qui
militaverunt et obsederunt et prevaluerunt adversus
eam Et sicut sompniat esuriens et comedit Cum autem

fuit experrectus vacua est anima eius Et sicut sompniat
siciens et bibit et postquam fuit expergefactus lassus ad-
huc sitit et anima eius vacua est sic erit multitudo omnium
gentium que dimicaverunt contra montem Syon Obstupescite et
admiramini et fluctuate et vacillate inebriamini et non a vi-
no movemini et non ebrietate inebriamini Quoniam miscuit
vobis dominus spiritum soporis Claudet oculos vestros prophe-
tas et principes vestros qui vident visiones operiet Et
erit vobis visio omnium sicut verba libri signati quem
cum dederint scienti litteras dicent lege istum et ille
respondebit Non possum signatus est enim Et dabitur liber
nescienti litteras dicetur ei lege et respondebit ne-
scio litteras Et dixit dominus Eo quod appropinquat populus
iste ore suo et labiis suis glorificat me cor autem
eius longe est a me Et timuerunt me mandato hominum
et doctrinis Ideo ecce ego addam ut admirationem
faciam populo huic miraculo grandi et stupendo Peribit
enim sapientia a sapientibus eius Et intellectus pruden-
tum eius abscondetur Ve qui profundi estis corde
ut a domino abscondatis consilium Quorum sunt in te-
nebris opera et dicunt quis videt nos Et quis novit
nos Perversa hec est vestra cogitacio quasi si lutum contra
figulum cogitet Et dicat opus factori suo Non fecisti
me Et figmentum factori suo non intelligis Nonne
adhuc in modico et in brevi convertetur libanus in carmel
et carmel in saltum reputabitur Et audient in die illa
surdi verba libri de tenebris et caligine oculi ce-
corum videbunt Et addent mites leticiam in domino et pau-
peres homines in sancto Israel exultabunt Quoniam defecit
qui prevalebat consummatus est illusor et succisi sunt
omnes qui vigilabant super iniquitatem Qui peccare
faciebant homines in verbo et arguentem in porta sup-
plantabant Et declinaverunt frustra a iusto Propter
hoc hec dicit dominus ad domum Iacob qui redemit
Abraham Non modo confundetur Iacob Nec modo

liber

vultus eius erubescet, sed cum viderit filios suos opera
manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum
Et sanctificabunt sanctum Jacob Et deum israhel predicabunt
Et scient errantes spiritu intellectum mussitatores discent
Ve filii desertores dicit dominus ut faceretis legem XXX
consilium et non ex me, et ordiremini telam
et non per spiritum meum ut adderetis peccatum super
peccatum Qui ambulatis ut descendatis in Egyptum Et
os meum non interrogastis sperantes auxilium in fortitu
dine pharaonis habentes fiduciam in umbra Egypti
Et erit vobis fortitudo pharaonis in confusionem Et fiducia
umbre Egypti in ignominiam Erant enim in Thanis
principes tui Et nuncii tui usque ad Anes pervenerunt
Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non
poterant Non fuerunt in auxilium et in aliquam utilitatem
sed in confusionem et obprobrium Onus iumentorum au
stri in terra tribulationis et angustie, leena et leo
ex eis vipera et regulus volans portantes super humeros
iumentorum divitias suas, super gibbum came
lorum thesauros suos ad populum qui eis prodesse non
poterat Egyptus enim frustra et vane auxiliabitur
Ideo clamavi super hoc Superbia tantum est, quiesce Nunc
ergo ingressus scribe eis super buxum Et in libro dili
genter exara illud Et erit in die novissimo in testimonium
usque in sempiternum populus enim ad iracundiam provo
[nolentes]
cans est, et filii mendaces filii nolentes audire legem
dei Qui dicunt videntibus nolite videre Et aspicientibus nolite
aspicere nobis ea que recta sunt Loquimini nobis pla
centia Videte nobis errores Auferte a me viam de
clinate a me semitam, cesset a facie nostra sanctus israel
Propterea hec dicit dominus sanctus israel pro eo quod reprobas
tis verbum hoc et sperastis in calumniam et in tumultum
Et innixi estis super eo propterea erit vobis iniquitas
hec sicut interruptio cadens et requisita in muro

Festina tempus et memento finis ut enarrent mirabilia
tua In ira flamme devoretur qui salvatur / et qui pessimant
plebem tuam inveniant perditionem Contere caput principum
et inimicorum dicentium non est alius preter nos Congrega
omnes tribus Jacob / et cognoscant quia non est deus nisi
tu / ut enarrent magnalia tua et hereditabis eos sicut
ab initio Miserere plebi tue super quam invocatum est nomen
tuum / et israel quem coequasti primogenito tuo Miserere
civitati sanctificationis tue Jerusalem civitati requiei tue Re-
ple Syon inenarrabilibus verbis tuis / et gloria tua populum
tuum Da testimonium quia ab initio creature sunt tue /
et suscita predicationes quas locuti sunt in nomine tuo prophe-
te tui fideles probes Da mercedem domine sustinentibus
te ut prophete tui fideles inveniantur exaudi orationem servorum
tuorum / secundum benedictionem aaron Da populo tuo et di-
rige nos in viam iustitie / et sciant omnes qui inhabitant
terram / quia tu es deus conspector seculorum Omnem
escam manducabit venter / et est cibus cibo melior Fau-
ces contingunt cibum fere / et cor insensatum verba men-
dacia Cor pravum dabit tristitiam / et homo peritus resistet
illi Omnem masculum excipiet mulier / et est filia meli-
or filio Species mulieris exhilarat faciem viri sui / et
super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium Si
est lingua curationis et mitigationis et misericordie non est
vir illius secundum filios hominum Qui possidet mulierem
bonam inchoat possessionem / adiutorium secundum illum est
et columna ut requies Ubi non est sepes diripietur possessio
/ et ubi non est mulier ingemiscit egens Quis credit ei
qui non habet nidum / et deflectens ubicumque obscuraverit / quasi
succinctus latro exiliens de civitate in civitatem

XXXVII Omnis amicus dicet / et ego amicitiam copulavi
Sed est amicus solo nomine amicus Nonne tristitia
inest usque ad mortem Sodalis autem et amicus
ad amicitiam convertentur O presumptio nequissima unde
creata es cooperire aridam / malitia et dolositate illius So-

Decimas tuas da altissimo secundum datum eius / et in bono
oculo adinventionem facito manuum tuarum / quoniam retribuens
est deus / et septies tantum reddet tibi. Noli offerre munera
prava. Non enim suscipiet illa. Et noli inspicere sacrificium in-
iustum / quoniam dominus iudex est. Et non est apud eum gloria
persone. Non accipiet deus personam in pauperem / et deprecationem
lesi deus accipiet. Non despiciet preces pupilli nec viduam si
effundat loquelam gemitus. Nonne lacrime vidue ad ma-
xillam descendunt / et exclamatio eius super deducentem eas.
A maxilla enim ascendunt usque in celum et dominus exauditor
non delectabitur in illis. Qui adorat deum in oblatione
suscipietur / et precatio eius usque ad nubes penetrabit. alias
appropinquabit. Oratio humiliantis se nubes penetrabit et donec
altissimus aspiciat. et dominus non elongabit. appropinquet non con-
solabitur / et non discedet / donec altissimus aspiciat / et
dominus non elongabit sed iudicabit iustos et faciet iudicium
Et fortissimus non habebit in illis pacienciam alias potenciam
ut contribulet dorsum ipsorum et gentibus reddet vindictam /
donec tollat plenitudinem superborum / et sceptra iniquorum
contribulet donec reddat hominibus secundum actus suos et secundum
opera Ade / et secundum presumptionem illius donec iudicet iu-
dicium plebis sue. et oblectabit iustos misericordia sua. Speciosa
misericordia dei in tempore tribulationis quasi nubes pluvie in tempore siccitatis

Miserere nostri deus omnium et respice nos / et
ostende nobis lucem miserationum tuarum et immitte
timorem tuum super gentes / que non exquisierunt
te. et cognoscant / quia non est deus / nisi tu. ut enarrent
magnalia tua. Alleva manum tuam super gentes alienas
ut videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus
es in nobis sic in conspectu nostro magnificaberis in illis. ut
cognoscant te domine sicut et nos agnovimus quoniam non est
deus preter te domine. Innova signa et immuta mira-
bilia. glorifica manum et brachium dextrum. Excita furorem
et effunde iram / extolle adversarium et affline inimicum XXXVI

plurimas verborum consuetudines Aliquotiens usque ad mortem pa
riclitatus sum horum causa, et liberatus gratia dei Spiritus
timentium deum queritur, et in respectu illius benedicetur Spes
enim illorum in salvante illos, et oculi dei in diligentes se Qui
timet dominum nichil trepidabit et non pavebit quoniam ipse est spes
eius Timentis dominum beata est anima eius, ad quem respiciat
et quis est fortitudo eius Oculi domini super timentes eum Pro
tector potentie firmamentum virtutis, tegimen ardoris, et
umbraculum meridiani, et deprecatio offensionis Et adiuto
rium casus, exultans animam, et illuminans oculos, dans sa
nitatem et vitam et benedictionem Immolantis ex iniquo ob
latio est maculata, et non sunt beneplacite subsannationes
iniustorum Dominus solus sustinentibus se in via veritatis et iustitie
Dona iniquorum non probat altissimus Nec respicit in oblationes
iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum propitiabitur peccatis
eorum Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui
victimat filium in conspectu patris sui Panis egentium vita
pauperum est, qui defraudat eum homo sanguinis est Qui aufert
in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum Qui effundit
sanguinem, et qui fraudem facit mercenario fratres sunt
Unus edificans et unus destruens, quid prodest illis nisi
labor Unus orans et unus maledicens, cuius vocem exaudiet
deus Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit eum, quid
prodest lavatio illius Sic homo qui ieiunat in peccatis suis
Et iterum eadem faciens Quid proficit humiliando se orationem

Qui conservat legem multiplicat Illius quis exaudiet
XXXV Orationem Sacrificium salutare est attendere mandatis
et discedere ab omni iniquitate, et propitiatio est litare
sacrificium super iniustitias, et deprecatio pro peccatis recedere ab o[mni]
iniustitia Retribuet graciam qui offert similaginem, et qui
facit misericordiam offert sacrificium Beneplacitum est domino recedere
ab iniquitate et deprecatio recedere ab iniustitia Non apparebis
ante conspectum domini vacuus Hec enim omnia propter mandata fiunt
Oblatio iusti impinguat altare et odor suavitatis est in con
spectu altissimi Sacrificium iusti acceptum est, et memoriam
eius non obliviscetur dominus Bono animo gloriam redde deo,
et non minuas primitias manuum tuarum In omni dato
hylarem fac vultum tuum, et in exultatione sanctifica

forte peniteat te / et deprecaris pro illis / dum adhuc super
es et aspiras non immutabit te omnis caro melius enim
est ut filii tui rogent te / quam te respicere in manus filiorum
tuorum. In omnibus operibus tuis precellens esto Non dederis maculam
in gloriam tuam / in die consumationis dierum vite tue / et
in tempore exitus tui distribue hereditatem tuam Cibaria et virga
et honus asino panis et disciplina et opus servo Operatur
in disciplina et querit requiescere / laxa manus illi / et querit liber
tatem / Iugum et lorum curvant collum durum et servum incli
nant operationes assidue Servo malivolo tortura et compe
des mitte illum in operationem ne vacet Multam enim mali
ciam docuit ociositas In opere constitue eum / sic enim conde
cet illum Quod si non obedierit curva illum compedibus / et non
amplifices super omnem carnem Verum sine iudicio nihil grave
facias Si est tibi servus fidelis sit tibi quasi
anima tua / quasi fratrem sic eum tracta Quoniam in sanguine anime
tue comparasti eum Si leseris illum iniuste in fugam
convertetur / et si extollens discesserit / quem queras et in qua XXXIIII
Vana spes et mendacium via illum queras nescis
insensato viro et somnia extollunt imprudentes
Quasi qui apprehendit umbram et persequitur ventum
sic et qui attendit ad visa medacia hoc secundum hoc vi
sio somniorum / ante faciem hominis similitudo alterius hominis Ab
immundo quid mundabitur et a mendace quid verum dicetur Di
vinatio erroris / et auguria medacia et somnia malefa
cientium vanitas est Et sicut parturientis cor tuum fantasias
patitur Nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio Ne dederis
cor tuum in illis multos enim errare fecerunt somnia / et ex
ciderunt sperantes in illis Sine mendacio consumabitur verbum
legis / et sapientia in ore fidelis complanabitur Qui non ten
tatus est quid scit Vir in multis expertus cogitabit multa
Et qui multa didicit enarrabit intellectum Qui non est expertus
pauca recognoscit Qui autem in multis factus est multiplicabit
maliciam Qui temptatus non est qualia scit Et qui implica
tus est habundabit nequitia Multa vidi enarrando et

nichil facias et post factum non penitebis. In via ruine non
eas et non offendas in lapides. Nec credas te vie laboriose
ne ponas anime tue scandalum. Et a filiis tuis caue, et a
domesticis tuis attende. In omni opere crede ex fide anime
tue. Hec est conseruatio mandatorum. Qui credit deo attendit
mandatis. Et qui confidit in illo non minorabitur.

XXXIII Timenti dominum non occurrent mala sed in temptatione
deus illum conseruat et liberabit a malis. Sapiens ... xxxiii
non odit mandata et iusticias, et non illidetur quasi
in procella nauis. Homo sensatus credit legi dei, et lex
illi fidelis. Qui interrogationem manifestat parabit verbum
et sic deprecatus exaudietur et conseruabit disciplinam, et tunc
respondebit. Precordia fatui quasi rota carri, et quasi axis
versatilis cogitatus illius. Equus emissarius sic amicus
subsannator sub omni supra sedente hinnit. Quare
dies diem superat, et iterum lux lucem, et annus annum
sol solem. A domini sciencia separati sunt facto sole, et pre-
ceptum custodiente. Et immutavit
tempora et dies festos ipsorum, et in illis dies festos cele-
brauerunt ad horam. Ex ipsis exaltauit et magnificauit deus
et ex ipsis posuit in numerum dierum. Et omnes homines
de solo et ex terra unde creatus est adam. In multi-
tudine discipline dominus separauit eos et immutauit vias
eorum. Ex ipsis benedixit et exaltauit, et ex ipsis sanctificauit
et ad se applicauit. Ex ipsis maledixit et humiliauit, et con-
uertit illos a separatione ipsorum. Quasi lutum figuli in manu
ipsius plasmare et disponere illud. Omnes vie eius secundum
augꝰ xi de ciui. dei c xviii dispositionem eius, sic homo in manu illius qui se fecit, et reddet
illi secundum iudicium suum. Contra malum bonum est et contra
mortem vita. Sic et contra virum iustum peccator. Et sic intuere in
omnia opera altissimi, duo contra duo, unum contra unum. Et
ego nouissimus euigilaui, et quasi qui colligit acinos post
vindemiatores. In benedictione domini et ipse speraui, et quasi
qui vindemiat repleui torcular. Respicite quoniam non michi
soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam. Audite
me magnates et omnes populi, et rectores ecclesie auribus percipi-
te. Filio et mulieri, fratri et amico non des potestatem super te
in vita tua, et non dederis alii possessionem tuam. Ne

interfecti eorum proicient / et de cadaveribus eorum ascendet
fetor / et tabescent montes a sanguine eorum Et tabescet
omnis militia celorum / et complicabuntur sicut liber celi /
et omnis militia eorum defluet sicut defluit folium de vinea
et de ficu Quoniam inebriatus est in celo gladius meus Ecce
super ydumeam descendet / et super populum interfectionis mee ad
iudicium gladius domini repletus est sanguine incrassatus
adipe de sanguine agnorum et hyrcorum / de sanguine medu
llatorum arietum Victima enim domini in bosra / et interfectio
magna in terra edom Et descendent unicornes cum eis
et tauri cum potentibus Inebriabitur terra eorum sanguine /
et humus eorum adipe pinguium / quia dies ultionis domini
annus retributionum iudicii syon. Com Et convertentur torren
tes eius in picem et humus eius in sulphurem / et erit
terra eius in picem ardentem Nocte et die non extinguetur
in sempiternum ascendet fumus eius a generatione in generationem
desolabitur in secula seculorum Non erit transiens per eam / et possi
debunt eam onocrotalus et ericius et ibis et corvus ha
bitabunt in ea Et extendetur super eam mensura ut redigatur
ad nichilum et perpendiculum in desolationem Nobiles eius
non erunt ibi Regem potius invocabunt Et erunt omnes princi
pes eius in nichilum Et orientur in domibus eius spine et
urtice et paliurus in munitionibus eius Et erit cubile
draconum / et pascua strutionum Et occurrent demonia ono
centauris et pilosus clamabit alter ad alterum Ibi cubabit
lamia / et invenit sibi requiem Ibi habuit foveam ericius et
enutrivit catulos et circumfodit et fovit in umbra eius Illuc
congregati sunt milvi alter ad alterum Requirite diligenter
in libro domini / et legite unum ex eis non defuit / alter
ad alterum non quesivit Quia quod ex ore meo proce
dit ille mandavit / et spiritus eius / et ipse congregavit ea
Et ipse misit eis sortem / et manus eius divisit eam illis

in mensura. usque in sempiternum possidebunt eam in gene
ratione et generatione habitabunt in ea
XXXV Letabitur deserta et invia exultabit solitudo
et florebit quasi lilium germinans germinabit
et exultabit letabunda et laudans gloria libani
data est ei decor carmeli et saron Ipsi videbunt gloriam
domini et decorem dei nostri Confortate manus dissolutas
et genua debilia roborate Dicite pusillanimes confor
tamini et nolite timere Ecce deus vester ultionem adducet
retributionis / Deus ipse veniet et salvabit vos Tunc aperien
tur oculi cecorum et aures surdorum patebunt / tunc saliet
sicut cervus claudus et aperta erit lingua mutorum
Quia scisse sunt in deserto aque et torrentes in solitu
dine Et que erat arida in stagnum / et sitiens in fontes
aquarum In cubilibus in quibus prius habitabant dracones
orietur viror calami et iunci Et erit ibi semita et
via / et via sancta vocabitur / non transibit per eam pollutus
Et hec erit vobis directa via Ita ut stulti non errent
per eam Non erit ibi leo / et mala bestia non ascendet
per eam Nec invenietur ibi Et ambulabunt qui liberati
et redempti a domino convertentur et venient in syon / cum
laude et leticia sempiterna super caput eorum Gaudium
et leticiam obtinebunt / et fugiet dolor et gemitus
XXXVI Et factum est in quarto decimo anno regis
Ezechie ascendit Sennacherib rex Assyriorum
super omnes civitates Iuda munitas / et
cepit eas Et misit rex Assyriorum Rapsacen de lachis in
ierusalem ad regem Ezechiam in manu gravi Et stetit
in aqueductu piscine superioris / in via agri fullonis
Egressus est autem ad eum Eliachim filius Elchie qui erat
super domum Et Sobna scriba et Ioahe filius asaph
a commentariis Et dixit ad eos Rapsaces Dicite Ezechie
Hec dicit rex magnus rex assyriorum Que est ista fidu
cia qua confidis aut quo consilio vel fortitudine rebellare

Dispones super quem habes fiduciam / quia recessisti a me
Ecce confidis super baculum arundineum confractum istud
super egyptum / cui si innixus fuit homo intrabit in manum
eius et perforabit eam Sic pharao rex egypti omnibus
qui confidunt in eo Quod si responderis michi in domino deo
nostro confidimus Nonne ipse est / cuius abstulit rex Eze-
chias excelsa et altaria Et dixit iude et ierusalem coram
altari isto adorabitis Et nunc trade te domino meo regi
assyriorum Et dabo tibi duo milia equorum Nec poteris
prebere ex te ascensores eorum Et quomodo sustinebis
faciem iudicis unius loci ex servis domini mei minoribus
Quod si confidis in egypto / et in quadrigis et in equitibus
Et nunc numquid sine domino ascendi ad terram istam ut per-
derem eam Et dixit Eliachim et Sobna / et Joahe ad
Rapsacem / Loquere ad servos tuos Syra lingua intelli-
gimus enim Ne loquaris ad nos Judaice in auribus populi
qui est super murum Et dixit ad eos Rapsaces Numquid
ad dominum tuum et ad te / misit me dominus meus ut loque-
rer omnia verba ista Et non potius ad viros / qui sedent
in muro / ut comedant stercora sua / et bibant urinam
pedum suorum vobiscum Et stetit Rapsaces et clamavit
voce magna Judaice et dixit Audite verba regis ma-
gni assyriorum Hec dicit rex Non seducat vos Ezechias
quia non poterit eruere vos Et non vobis fiduciam tri-
buat Ezechias super domino dicens Eruens liberabit
nos dominus Et non dabitur civitas mea in manu
regis assyriorum Nolite audire Ezechiam Hec enim
dicit rex assyriorum facite mecum benedictionem et egre-
dimini ad me Et comedite unusquisque vineam suam
Et unusquisque ficum suam Et bibite unusquisque aquam
cisterne sue / Donec veniam et tollam vos ad terram
que est ut terra vestra terra frumenti et vini terra panum

et vinearum. Ne conturbet vos Ezechias dicens Dominus
liberabit nos. Numquid liberaverunt dii gentium unus-
quisque terram suam de manu regis Assiriorum? Ubi est
deus Emath et Arphath? Ubi est deus Sepharua-
im? Numquid liberaverunt Samariam de manu mea?
Quis est ex omnibus diis terrarum / qui eruit terram
suam de manu mea / ut eruat Dominus Ierusalem de manu
mea / Et siluerunt et non responderunt ei verbum. Man-
daverat enim eis rex dicens / Ne respondeatis ei. Et ingressus
est Eliachim filius Elchie / qui erat super domum et Sob-
na scriba et Ioahe filius Asapha a commentariis ad
Ezechiam scissis vestibus / et nunciaverunt ei verba Rapsacis

XXXVIII Et factum est cum audisset rex Ezechias scidit
vestimenta sua / et obvolutus est sacco / et
intravit in domum Domini. Et misit Eliachim
qui erat super domum et Sobnam scribam et seniores
de sacerdotibus opertos saccis ad Ysaiam filium Amos
prophetam / et dixerunt ad eum Hec dicit Ezechias Dies
tribulationis et angustie / et correptionis et blas-
phemie dies hec. Quia venerunt filii usque ad par-
tum et virtus non est pariendi. Si quomodo audiat
Dominus Deus tuus verba Rapsacis / quem misit rex Assiriorum
dominus suus ad blasphemandum deum viventem / et expro-
brandum sermonibus quos audivit Dominus Deus tuus. Le-
va ergo orationem pro reliquiis que reperte sunt. Et venerunt
servi regis Ezechie ad Ysaiam / et dixit ad eos Ysaias
Hec dicetis domino vestro Hec dicit Dominus Ne timeas
a facie verborum que audisti / quibus blasphemaverunt
pueri regis Assiriorum me. Ecce ego dabo ei spiritum
et audiet nuncium / et revertetur ad terram suam Et cor-
ruere eum faciam gladio in terra sua. Reversus est
autem Rapsaces / et invenit regem Assiriorum preliantem
adversus Lobnam. Audierat enim quod profectus esset de

lachis. Et audivit de Terracha rege Ethyopie dicen-
tes Egressus est ut pugnet contra te. Qui cum audisset
misit nuncios ad Ezechiam dicens Hec dicetis Ezechie
regi Iude dicentes Non te decipiat deus tuus in quo
tu confidis dicens Non dabitur Jerusalem in manu regis
Assyriorum Ecce tu audisti que fecerunt omnes reges a-
ssyriorum omnibus terris quas subverterunt Et tu poteris
liberari Numquid eruerunt eos dii gentium / quos sub-
verterunt patres mei Gozam et Aram et Reseph et fi-
lios Eden / qui erant in Thalasar ubi est rex Ematha
rex Arphath et rex urbis Sepharvaim et Ana et
Ava Et tulit Ezechias libros de manu nunciorum Et le-
git eos et ascendit in domum domini et expandit eos
Et ascendit / coram domino Et oravit ad dominum dicens
Domine exercituum deus Israel qui sedes super cherubin tu es
deus solus omnium regnorum terre Tu fecisti celum et terram
Inclina domine aurem tuam et audi Aperi oculos tuos
domine et vide Et audi omnia verba Sennacherib que
misit ad blasphemandum deum viventem Vere enim domine
desertas fecerunt reges Assyriorum terras et regiones earum
Et dederunt deos eorum igni Non enim erant dii sed opera
manuum hominum lignum et lapides Et comminuerunt eos
Et nunc domine deus noster salva nos de manu eius
Et cognoscant omnia regna terre / quia tu es dominus deus
solus Et misit Ysaias filius Amos ad Ezechiam
dicens Hec dicit dominus deus Israel Pro quibus rogasti
me de Sennacherib rege Assyriorum hoc est verbum quod
locutus est dominus super eum Despexit te subsannavit
te / virgo filia Syon post te caput movebit virgo filia
Jerusalem Quem exprobrasti et quem blassfemasti / et super
quem exaltasti vocem et levasti altitudinem oculorum
tuorum ad sanctum Israhel / in manu servorum tuorum
exprobrasti domino et dixisti In multitudine quadrigarum

mearum ego ascendi altitudinem montium iuga liba-
ni Et succidam excelsa cedrorum eius Et electas abi-
etes illius introibo altitudinem summitatis eius sal-
tum carmeli eius Ego fodi et bibi aquam et sicca-
vi vestigio pedis mei omnes rivos aggerum Nunquid
non audisti quem olim fecerim ei Ex diebus antiquis
Ego plasmavi illud Et nunc adduxi Et factum est
in eradicationem collium compugnantium et civi-
tatum munitarum Habitatores earum breviata manu
contremuerunt et confusi sunt facti sunt sicut fenum
agri et gramen pascue et herba tectorum que ex-
aruit antequam maturesceret Situationem tuam et introi-
tum tuum et egressum tuum ego cognovi et insaniam
tuam contra me Cum fureres adversum me superbia tua
ascendit in aures meas Ponam ergo circulum in naribus
tuis et frenum in labiis tuis Et reducam te in viam
per quam venisti Tibi autem hoc erit signum Comede hoc
anno que sponte nascuntur et in anno secundo po-
mis vescere In anno autem tercio seminate et metite
et plantate vineas et comedite fructum earum Et
mittet id quod salvatum fuit de domo iuda et quod
relictum est mittet radices deorsum et faciet fructum
sursum Quia de ierusalem exibunt reliquie et salvatio
de monte syon zelus domini exercituum faciet istud Pro-
pterea hec dicit dominus Rex assyriorum non intrabit civitatem
hanc et non iaciet sagittam ibi et non occupabit eam
clipeus et non mittet in circuitu eius aggerem In
via qua venit per eam revertetur et civitatem hanc
non ingredietur dicit dominus Et protegam civitatem istam
ut salvem eam propter me et propter david servum meum
Egressus est autem angelus domini et percussit in castris
assiriorum C lxxx v milia Et surrexerunt mane Et
ecce omnes erant cadavera mortuorum Et egressus
est et abiit et ~~[illegible]~~ Et reversus est

Sennacherib rex Assyriorum Et habitavit in Ninive Et
factum est cum adoraret in templo Nesrach deum suum
Adramelech et Sarasar filii eius percusserunt eum gla
dio / fugerunt que in terram Ararach in qua pugnavit
et regnavit Asaradon filius eius pro eo

XXXVIII

In diebus illis egrotavit Ezechias usque ad mortem
Et introivit ad eum ysaias filius Amos prophete
Et dixit ei Hec dicit dominus Dispone domui tue /
quia morieris tu et non vives Et convertit Ezechi
as faciem suam ad parietem Et oravit ad dominum et dixit
Obsecro domine memento quaeso quomodo ambulaverim
coram te in veritate / et in corde perfecto / et quod bonum
est in oculis tuis fecerim et flevit Ezechias fletu ma
gno Et factum est verbum domini ad ysaiam dicens Va
de et dic Ezechie Hec dicit dominus deus patris tui da
vid Audivi orationem tuam / et vidi lacrimas tuas Ecce
ego adiciam super dies tuos quindecim annos Et de manu
Assyriorum eruam te et civitatem istam / et protegam
eam Hoc autem tibi erit signum a domino / quia faciet
dominus verbum hoc quod locutus est Ecce ego reverti fa
ciam umbram linearum per quas descenderat in ho
rologio Achaz in sole retrorsum x lineis Et reversus
est sol x lineis per gradus per quos descenderat
Scriptura Ezechie regis Iuda cum egrotasset et con
valuisset de infirmitate sua Ego dixi in dimidio
dierum meorum vadam ad portas inferi / quesivi re
siduum annorum meorum Dixi non videbo dominum deum
in terra viventium non aspiciam hominem ultra / et ha
bitatorem quietis Generatio mea ablata est et
convoluta est a me / quasi tabernaculum pastorum
precisa est velut a texente vita mea dum adhuc
ordirer succidit me / De mane usque ad vesperam
finies me Sperabam usque ad mane quasi leo sic
contrivit omnia ossa mea De mane usque ad vesperam

finies me sicut pullus hyrundinis sic clamabo medi
tabor ut columba Attenuati sunt oculi mei suspi
cientes in excelso Domine vim patior responde pro me
Quid dicam aut quis respondebit michi cum ipse fecerim Re
cogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime
mee Domine si sic vivitur et in talibus vita spiritus mei cor
ripies me et vivificabis me Ecce in pace amaritudo
mea amarissima Tu autem domine eruisti animam meam
ut non periret proiecisti post tergum tuum omnia ~~ossa mea~~
peccata mea Quia non infernus non confitebitur tibi neque
mors laudabit te non expectabunt qui descendunt in la
cum veritatem tuam Vivens vivens ipse confitebitur tibi
sicut et ego hodie pater filiis notam faciet veritatem
tuam Domine salvum me fac et psalmos nostros can
tabimus cunctis diebus vite nostre in domo domini Et iussit
ysaias ut tollerent massam de ficis et cathaplasma
rent super vulnus et sanaretur Et dixit Ezechias
Quod erit signum quia ascendam in domum domini
In tempore illo Misit Marodach Baladan filius
XXXIX Baladam rex babilonis libros et munera ad Eze
chiam Audierat enim quod egrotasset et convaluisset
Letatus est autem super eis Ezechias Et ostendit
eis cellam aromatum et argenti et auri et odora
mentorum et unguenti optimi et omnes apothecas su
pellectilis sue et universa que inventa sunt in thesauris
suis Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechi
as in domo sua et in omni potestate sua Introivit autem
ysaias propheta ad Ezechiam regem et dixit ei Quid di
xerunt viri isti et unde venerunt ad te Et dixit Eze
chias De terra longinqua venerunt ad me de Babilo
ne Et dixit Quid viderunt in domo tua Et dixit
Ezechias Omnia que in domo mea sunt viderunt
Non fuit res quam non ostenderim eis in thezauris
meis Et dixit ysaias ad Ezechiam Audi verbum
domini exercituum Ecce dies venient et auferent

omnia que in domo tua sunt / et que thezaurizaverunt
patres tui usque ad diem hanc in Babilonem / non relinquetur
quicquam dicit dominus Et de filiis tuis qui exibunt
de te quos genueris tollent Et erunt eunuchi in palacio
regis Babilonis Et dixit ezechias ad ysaiam Bonum
verbum domini / quod locutus est Et dixit fiat tantum pax
et veritas in diebus meis

Consolamini / consolamini popule meus dicit dominus
deus vester Loquimini ad cor Jherusalem et advo- xl
cate eam Quoniam completa est malicia illius
Dimissa est iniquitas illius Suscepit de manu
domini duplicia pro omnibus peccatis suis Vox clamantis
in deserto parate viam domini / rectas facite in soli-
tudine semitas dei nostri Omnis vallis exaltabitur
Et omnis mons et collis humiliabitur Et erunt prava
in directa et aspera in vias planas Et revelabitur
gloria domini et videbit omnis caro pariter quod os
domini locutum est Vox dicentis Clama Et dixi Quid
clamabo Omnis caro fenum Et omnis gloria eius
quasi flos agri Exsiccatum est fenum / et cecidit flos
Quia spiritus domini sufflavit in eo Vere fenum est
populus / exsiccatum est fenum et cecidit flos Verbum
autem dei nostri stabit in eternum Super montem excelsum
ascende / tu qui evangelizas Syon / exalta in forti-
tudine vocem tuam qui evangelizas Jherusalem Exalta
noli timere Dic civitatibus Jude Ecce deus vester
Ecce dominus deus in fortitudine veniet / et brachium
eius dominabitur Ecce merces eius cum eo / et opus
illius coram illo Sicut pastor gregem suum pascet
In brachio suo congregabit agnos et in sinu suo
levabit fetas ipse portabit Quis mensus est pugillo
aquas / et celos palmo ponderavit Quis appen-
dit tribus digitis molem terre / et libravit in
pondere montes / et colles in statera Quis ad-

iuuit spiritum domini aut quis consiliarius eius fuit et
ostendit illi Cum quo iniit consilium Et instruxit eum et
docuit eum semitam iustitie / et erudiuit eum scientiam
Et viam prudencie ostendit illi Ecce gentes quasi stilla
situle / et quasi momentum statere reputate sunt Ecce
insule quasi puluis exiguus Et libanus non sufficiet
ad succendendum Et animalia eius non sufficient ad ho
locaustum Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo
Et quasi nichilum et inane reputate sunt ei Cui ergo simi[lem fe]
cistis deum aut quam ymaginem ponetis ei Numquid
sculptile conflabit faber / aut aurifex auro figurabit
illud / et laminis argenteis argentarius Forte lignum
imputribile elegit artifex sapiens querit / quomodo statuat
simulacrum quod non moueatur Numquid non scitis nun-
quid non audistis Numquid non annunciatum est ab
initio vobis Numquid non intellexistis fundamenta terre
Qui sedet super gyrum terre Et habitatores eius sunt
quasi locuste Qui extendit velut nichil celos /
et expandit eos sicut thabernaculum ad habitandum Qui
dat secretorum scrutatores quasi non sint iudices terre
velut inane fecit Et quidem neque plantato neque sa-
to neque radicato in terra trunco eorum repente flauit
in eos / et aruerunt / et turbo quasi stipulam auferet eos Et
cui assimilastis me et adequastis me dicit sanctus
Leuate in excelsum oculos vestros / et videte / quis
creauit hec Qui educit in numero miliciam eorum Et
omnes ex nomine vocat pre multitudine fortitudinis
et roboris virtutisque eius / neque unum reliquum
fuit Quare dicis Iacob / et loqueris Israel Abscondi-
ta est via mea a domino et a deo meo iudicium transiuit
Numquid nescis aut non audisti Deus sempiternus
dominus / qui creauit terminos terre non deficiet neque
laborabit neque est inuestigatio sapientie eius Qui
dat lasso virtutem / et hiis qui non sunt fortitudinem

et robur multiplicat Deficient pueri et laborabunt et
iuvenes in infirmitate cadent Qui autem sperant in domino
mutabunt fortitudinem Assument pennas sicut aquile
current et non laborabunt ambulabunt et non deficient
Taceant ad me insule et gentes fortitudinem
mutent Accedant et tunc loquantur simul ad
iudicium propinquemus Quis suscitavit ab ori- XLI
ente iustum vocavit eum ut sequeretur se Dabit in con-
spectu eius gentes et reges obtinebit Dabit quasi
pulverem gladio eius sicut stipulam vento raptam
arcui eius Persequetur eos transibit in pace se-
mita in pedibus eius non apparebit Quis hoc operatus
est et fecit Vocans generationes ab exordio Ego dominus
primus et novissimus ego sum Viderunt insule et ti-
muerunt extrema terre obstupuerunt et accesserunt Unus-
quisque proximo suo auxiliabitur et fratri suo dicet Con-
fortare Confortabit faber erarius percutiens cum
malleo qui cudebat tunc temporis dicens glutino bonum
est et confortavit eum clavis ut non moveretur Et tu
Israhel serve meus Iacob quem elegi semen Abra-
ham amici mei in quo apprehendi te ab extremis
terre et a longinquis eius vocavi te Et dixi tibi
Servus meus es tu elegi te et non abieci te Ne
timeas quia ego sum tecum ne declines Ego deus
tuus confortavi te et auxiliatus sum tibi et suscepit
te dextera iusti mei Ecce confundentur et erubescent
omnes qui pugnant adversum te Erunt quasi non sint
Et peribunt viri qui contradicunt tibi Queres eos et non
invenies viros rebelles tuos et erunt quasi non sint
Et veluti consumptio homines bellantes adversum te Quia
ego dominus deus tuus apprehendens manum tuam dicens-
que tibi Ne timeas quia ego adiuvi te Noli timere
vermis Iacob qui mortui estis ex Israhel Ego auxili-
atus sum tui dicit dominus et redemptor tuus sanctus Israhel

Ego posui te quasi plaustrum triturans novum habens rostra
serrantia / triturabis montes et comminues / et colles
quasi pulverem pones Ventilabis eos / et ventus tollet
et turbo disperget eos / et tu exultabis in domino / et in sancto
israhel letaberis Egeni et pauperes querunt aquas et non
sunt Lingua eorum siti aruit Ego dominus exaudiam eos
deus israhel non derelinquam eos Aperiam in supinis collibus
flumina Et in medio camporum fontes ponam desertum
in stagna aquarum Et terram inviam in rivos aquarum
Dabo in solitudinem cedrum Et spinam et myrtum / et li-
gnum olive ponam in deserto habietem. ulmum et bu-
xum simul ut videant et sciant et recogitent et intelli-
gant pariter Quia manus domini fecit hoc sanctus israhel
creavit illud Prope facite iudicium vestrum dicit dominus
Afferte si quid forte habetis dicit rex iacob / accedant
et nuncient nobis quecumque ventura sunt Priora que
fuerunt nunciate et ponemus cor nostrum et sciemus
novissima eorum et que ventura sunt indicate nobis
Annunciate que ventura sunt in futurum Et sciemus
quia dii estis vos Bene quoque aut male si potestis faci-
te et loquamur et videamus simul Ecce vos estis ex ni-
chilo Et opus vestrum ex eo quod non est Abhominatio est /
qui elegit vos Suscitavi ab aquilone / et veniet ab
ortu solis Vocabit nomen meum / et adducet magistratus
quasi lutum. et velut plastes conculcans humum Quis
annunciavit ab exordio ut sciamus / et a principio ut dicamus
iustus es Non est annuncians neque predicens neque audiens
sermones vestros Primus ad syon dicet ecce assunt Et ierusalem
ewangelistam dabo Et vidi et non erat ex istis quis con-
siliarius / qui iniret consilium Et interrogatus responderet
verbum Ecce omnes iniusti et vana opera eorum ventus

XLII Ecce servus meus Et ut mane simulacra eorum
suscipiam eum / electus meus complacuit sibi

in illo anima mea dedi spiritum meum super eum Iudicium
gentibus proferet non clamabit neque accipiet personam
nec audietur vox eius foris calamum quassatum non con-
teret et linum fumigans non extinguet In veritate educet
iudicium Non erit tristis neque turbulentus Donec ponat
in terra iudicium Et legem eius insule expectabunt Hec dicit
dominus deus creans celos et extendens eos firmans terram et
que germinant ex ea dans flatum populo qui est super eam
et spiritum calcantibus eam Ego dominus vocavi te in iusticia et
apprehendi manum tuam et servavi te et dedi te in fedus
populi in lucem gentium ut aperires oculos cecorum et educeres
de conclusione vinctum de domo carceris sedentes in tene-
bris Ego dominus hoc est nomen meum Gloriam meam alteri
non dabo et laudem meam sculptilibus Que prima
fuerunt ecce venerunt Nova quoque ego annuncio antequam
oriantur audita vobis faciam Cantate domino canticum
novum laus eius ab extremis terre Qui descenditis in
mare et plenitudo eius Insule et habitatores earum
Sublevetur desertum et civitates eius In domibus habitabit cedar
Laudate habitatores petre De vertice moncium clamabunt
Ponent domino gloriam et laudem eius in insulis nunciabunt
Dominus sicut fortis egredietur sicut vir preliator suscitabit
zelum vociferabitur et clamabit super inimicos suos confor-
tabitur Tacui semper silui paciens fui sicut pariens loquar
dissipabo et absorbebo simul Desertos faciam montes et
colles et omne germen eorum exsiccabo et po-
nam flumina in insulas et stagna arefaciam Et ducam
cecos in viam quam nesciunt In semitis quas ignoraverunt
ambulare eos faciam Ponam tenebras coram eis
in lucem et prava in directa Hec verba feci eis et non dereliqui
eos Conversi sunt retrorsum et confundantur confusione qui
confidunt in sculptili Qui dicunt conflatili vos dii nostri
Surdi audite et ceci intuemini ad videndum Quis cecus

nisi servus domini meus Et surdus nisi ad quem nuncios
meos misi Quis cecus nisi venundatus Et quis cecus
nisi servus domini Qui vides multa nonne custodies
Qui apertas habes aures nonne audies Et dominus
voluit ut sanctificaret eum, et magnificaret legem, et ex
tolleret. Ipse autem populus direptus et vastatus laqueus
iuvenum omnes Et in domibus carcerum absconditi sunt
facti sunt in rapinam nec est qui eruat in direptionem
nec est qui dicat, redde Quis est in vobis qui audi
at hoc attendat et auscultet futura Quis dedit
in direptionem Iacob, et Israel vastantibus Nonne dominus
ipse cui peccavimus, et noluerunt in viis eius ambu
lare, et non audierunt legem eius Et effudit super eum
indignationem furoris sui et forte bellum Et combussit
eum in circuitu Et non cognovit Et succendit eum et non

XLIII Et nunc hec dicit dominus creans te Iacob et formans
te Israel Noli timere quia rede
mi te, et vocavi te nomine tuo meus
es tu Cum transieris super aquas tecum ero et flumina
non operient te Cum ambulaveris in igne non combure
ris et flamma non ardebit in te Quia ego dominus
deus tuus sanctus Israhel, salvator tuus Dedi propiciationem
tuam, Egyptum, ethyopiam et Sabba pro te Ex quo
honorificabilis factus es in oculis meis et gloriosus
Et ego dilexi te, et dabo homines pro te, et populos pro anima
tua Noli timere quia tecum sum ego Ab oriente ad
ducam semen tuum et ab occidente congregabo te
Dicam aquiloni da, et austro noli prohibere Affer
filios meos de longinquo Et filias meas ab extre
mis terre Et omnem qui invocat nomen meum
In gloriam meam creavi eum, formavi eum et feci eum
Educ foras populum cecum, et oculos habentem surdum
et aures ei sunt Omnes gentes congregate sunt
simul et collecte sunt tribus Quis in vobis annunciet

istud, et que prima sunt audire vos faciat. Dent testes
eorum et iustificentur, et audiant et dicant Vere. Vos testes
mei dicit dominus Et servus meus quem elegi Ut sciatis et
credatis mihi Et intelligatis quia ego ipse sum Ante me
non est formatus deus et post me non erit Ego sum ego sum
dominus Et non est absque me salvator Ego annunciavi et sal
vavi Auditum feci et non fuit in vobis alienus Vos testes
mei dicit dominus, et ego deus Ab initio Ego ipse et non est
qui de manu mea eruat Et operabor et quis avertet
istud Hec dicit dominus redemptor vester sanctus israel Propter
vos emisi in Babilonem et detraxi vectes universos
Et caldeos in navibus suis gloriantes Ego dominus sanctus vester
creans israel rex vester Hec dicit dominus qui dedit in mari
viam et in aquis torrentibus semitam Qui eduxit qua
drigam et equum agmen et robustum simul Obdormierunt
nec resurgent Contriti sunt quasi linum et extincti sunt Ne
memineritis priorum et antiqua ne intueamini Ecce ego
facio nova et nunc orientur utique cognoscetis ea Ponam
in deserto viam et in invio flumina Et glorificabit me
bestia agri dracones et struthiones Quia dedi in deserto
aquas et flumina in invio ut darem potum populo meo
electo meo populum istum formavi mihi laudem meam nar
rabit Non me invocasti Jacob nec laborasti in me
israel Non obtulisti obtulisti mihi arietem holocausti
tui Et victimis tuis non glorificasti me Non te servire
feci in oblatione nec laborem prebui in thure Non
emisti mihi argento calamum et adipe victimarum
tuarum non inebriasti me Verumtamen servire me
fecisti in peccatis tuis prebuisti mihi laborem in iniquitatibus
tuis Ego sum ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas
propter me et peccatorum tuorum non recordabor Reduc me in
memoriam et iudicemur simul Narra si quid habes ut iu
stificeris Pater tuus primus peccavit et interpretes tui
prevaricati sunt in me Et contaminavi principes sanctos

dedi ad internecionem Iacob et Israel in blasphemiam
XLIIII Et nunc audi Iacob serve meus et Israhel
quem elegi. Hec dicit Dominus faciens et formans te
ab utero auxiliator tuus. Noli timere serve meus
Iacob et rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super
sitientem et fluenta super aridam. Effundam spiritum meum
super semen tuum et benedictionem meam super stirpem tuam.
Et germinabunt inter herbas quasi salices iuxta preterfluen-
tes aquas. Iste dicet domini ego sum. Et ille vocabit
in nomine Iacob. Et hic scribet manu sua domino et in
nomine Israhel assimilabitur. Hec dicit Dominus rex Israel
et redemptor eius dominus exercituum. Ego primus et ego
novissimus et absque me non est deus. Quis similis mei
vocet et annunciet ordinem exponat mihi ex quo con-
stitui populum antiquum ventura et que futura sunt annunci-
ent eis. Nolite timere neque conturbemini ex tunc audire te feci
et annunciavi. Vos estis testes mei. Numquid est deus abs-
que me et formator quem ego non noverim. Plastes y-
doli omnes nichil sunt et amantissima eorum non proderunt.
Ipsi testes eorum sunt quia non vident neque intelli-
gunt ut confundantur. Quis formavit deum et sculptile con-
flavit ad nichil utile. Ecce omnes participes eius confun-
dentur. Fabri enim sunt ex hominibus. Convenient omnes stabunt
et pavebunt et confundentur simul. Faber ferrarius
lima operatus est in prunis et in malleis formavit illud
et operatus est in brachio fortitudinis sue. Esuriet et
deficiet non bibet aquam et lassescet. Artifex ligna-
rius extendit normam formavit illud in runcina fecit
illud et in angularibus et in circino tornavit illud
et fecit ymaginem viri quasi speciosum hominem ha-
bitantem in domo. Succidit cedros tulit ylicem et
quercum que steterat inter ligna saltus plantavit
pinum quam pluvia nutrivit et facta est hominibus in focum

Et usus sit ex eis / et calefactus est / et succendit / et coxit pa
nes / de reliquo autem operatus est deum et adoravit / et fecit
sculptile et curvatus est ante illud. Medium eius combussit
igni / et de medio eius carnes coxit / et comedit Coxit
pulmentum et saturatus est et calefactus est et dixit Va
calefactus sum. vidi focum Reliquum autem eius deum fecit
et sculptile sibi Curvatur ante illud / et adorat illud / et
obsecrat dicens / Libera me quia deus meus es tu Nescie
runt neque intellexerunt oblita enim sunt Ne videant ocu
li eorum / et ne intelligant corde suo Non recogitant in
mente sua neque cognoscunt neque sentiunt Et dicant /
medietatem eius combussi igne / et coxi super carbones
eius panes / et coxi carnes et comedi / et de reliquo
eius ydolum faciam Ante truncum ligni procidam Pars
eius / cinis est Cor insipiens adorabit illud et non libe
rabit animam suam neque dicet / forte mendacium est in dex
tera mea Memento horum Iacob et Israel Quoniam servus meus
es tu Formavi te / servus meus es Israel Non obliviscaris
mei / delevi ut nubem iniquitates tuas et quasi nebulam
peccata tua Revertere ad me quoniam redemi te Laudate ce
li quoniam misericordiam fecit dominus Iubilate extrema terre Resonate
montes laudationem Saltus et omne lignum eius Quoniam
redemit dominus Iacob et Israel gloriabitur Hec dicit dominus
redemptor tuus / et formator tuus ex utero Ego sum dominus
faciens omnia / extendens celos solus stabiliens terram
et nullus mecum Irrita faciens signa divinorum et ariolos
in furorem vertens Convertens sapientes retrorsum Et
scientiam eorum stultam faciens Suscitans verbum servi sui
Consilium nunciorum suorum complens Qui dico Ierusalem
Habitaberis Et civitatibus Iuda Edificabimini et deserta eius
suscitabo Qui dico profundo / desolare et flumina tua
arefaciam Qui dico Cyro pastor meus es et omnem
voluntatem meam complebis Qui dico Iherusalem
Edificaberis / et templo fundaberis / C xlv

·P·LV·

Hec dicit dominus christo meo Ciro cuius apprehendi
dexteram ut subiciam ante faciem eius gentes
et dorsa regum vertam Et aperiam ante eum
ianuas et porte non claudentur Ego ante te ibo Et
gloriosos terre humiliabo Portas ereas conteram Et ve-
ctes ferreos confringam Et dabo tibi thesauros ab-
sconditos et archana secretorum revelabo tibi ut sci-
as quia ego sum dominus qui voco nomen tuum deus
israel Propter servum meum Iacob et israel electum meum
Et vocavi te in nomine tuo assimilavi te et non cog-
novisti me Ego dominus et non est amplius Extra me non est
deus accinxi te Et non cognovisti me Ut sciant hii qui
ab ortu solis Et qui ab occidente Quoniam absque me
non est deus Ego dominus et non alter deus formans lucem
et creans tenebras faciens pacem et creans malum Ego
dominus faciens omnia hec Rorate celi desuper et nubes
pluant iustum aperiatur terra et germinet salvatorem Et
iusticia oriatur simul Ego dominus creavi eum Ve qui
contradicit fictori suo testa de samiis terre Numquid
dicit lutum figulo quid facis et opus tuum absque ma-
nibus est Ve qui dicit patri quid generas et mulieri
Quid parturis Hec dicit dominus sanctus israel plastes eius
Ventura interrogate me super filios meos et super opera
manuum mearum mandate michi Ego feci terram et
hominem super eam creavi ego manus mee tetenderunt
celos et omni milicie eorum mandavi Ego suscitavi
eum ad iusticiam Et omnes vias eius dirigam Ipse edi-
ficabit civitatem meam et captivitatem meam dimittet
non in precio neque in muneribus dicit dominus exercituum
Hec dicit dominus deus Labor egypti et negociacio ethyopie
et Sabaim viri sublimes ad te transibunt et tui erunt
post te ambulabunt vincti manicis pergent et te adorabunt
Teque deprecabuntur tantum in te deus et non est absque te deus

Vere tu es deus absconditus deus israhel salvator. Con-
fusi sunt et erubuerunt omnes simul abierunt in confusionem
fabricatores errorum. Israhel salvatus est in domino salute eterna.
Non confundemini et non erubescetis usque in seculum
seculi. Quia hec dicit dominus ~~formans terram et faciens~~
~~eam~~ creans celos ipse deus formans terram et faciens eam
ipse plastes eius. Non in vanum creavit eam sed ut
habitetur formavit eam. Ego dominus et non est alius. Non
in abscondito locutus sum in loco terre tenebroso. Non
dixi semini Iacob frustra querite me. Ego dominus loquens
iusticiam annuncians recta. Congregamini et venite et acce-
dite simul qui salvati estis de gentibus. Nescierunt qui
levavit signum sculpture sue et rogant deum non sal-
vantem. Annunciate et venite et consiliamini simul. Quis
auditum fecit hoc ab initio ex tunc predixit illud. Numquid
non ego dominus et non est ultra deus absque me. Deus iustus
et salvans non est preter me. Convertimini ad me et salvi
eritis omnes fines terre. Quia ego dominus et non est
alius preter me. In memet ipso iuravi egredietur
de ore meo iusticie verbum et non revertetur quia mihi cur-
vabitur omne genu et iurabit omnis lingua. Ergo
in domino dicet mee sunt iusticie et imperium. Ad eum
venient et confundentur omnes qui repugnant ei. In domino
iustificabitur et laudabitur omne semen Israhel. xlvi.

XLVI

Confractus est Bel. Contritus est nabo. fa-
cta sunt simulachra eorum bestiis et iumentis
onera vestra gravi pondere usque ad lassitudinem.
Contabuerunt et contrita sunt simul non potuerunt sal-
vare portantem. Et anima eorum in captivitatem ibit.
Audite me domus Iacob et omne residuum domus Israhel
qui portamini a meo utero qui gestamini a mea
vulva usque ad senectam ego ipse et usque ad canos ego
portabo. Ego feci et ego feram ego portabo et salvabo

Cui assimilastis me et adequastis me et comparastis
et fecistis similem. Qui confertis aurum de sacculo et
argentum statera ponderastis conducentes aurificem ut
faciat deum et procidunt et adorant. Portant illum in hu-
meris gestantes et ponentes in loco suo, et stabit
ac de loco suo non movebitur. Sed et cum clamaverit ad
eum non audiet, de tribulatione non salvabit eos. Me-
mentote istud et confundamini. Redite prevaricatores
ad cor. Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum deus
deus et non est ultra me deus. Non est similis mei. Annun-
cians ab exordio novissimum, et ab initio que nondum
facta sunt dicens. Consilium meum stabit et omnis voluntas
mea fiet. Vocans ab oriente avem, et de terra longinqua
virum voluntatis mee. Et locutus sum et adducam illud.
Creavi illud et faciam illud. Audite me duro cor-
de, qui longe estis a iustitia. Prope feci iustitiam meam
non elongabitur et salus mea non morabitur. Dabo in
Syon salutem et in Iherusalem gloriam meam. xlvij.

XLVII. Descende sede in pulvere virgo filia Babi-
lon sede in terra. Non est solium filie Cal-
deorum. Quia ultra non vocaberis mollis et
tenera. Tolle molam et mole farinam. Denuda
turpitudinem tuam. Discooperi humerum. Revela crura
transi flumina. Revelabitur ignominia tua et videbitur
opprobrium tuum. Ultionem capiam et non resistet mihi homo.
Redemptor noster dominus exercituum nomen eius sanctus Israel.
Sede tacens et intra in tenebras filia Caldeorum. Quia
non vocaberis ultra domina regnorum. Iratus sum super
populum meum. Contaminavi hereditatem meam et dedi eos
in manu tua. Non posuisti eis misericordiam. Super senem
aggravasti iugum tuum valde et dixisti. In sempiternum ero
domina. Non posuisti hec super cor tuum neque recordata es
novissimi tui. Et nunc audi hec delicata et habitans con-

moraliter li. xi. c. ix. Hoc in loco Babilon i. humana mens non incorrupta ut arbor dicitur sed infecunda et quia Babilon confusio interpretatur recte infecunda mens filia Babilonis vocatur que in eo quod nequaquam bona opera generat deum nullo ordine recte vite compositionis quia confusione mentis gravatur de ante vos non infecunda dicitur sed incorrupta postquam statum salutis perdidit, ad confessionis sue cumulum appellatur quod fuit cum aperte per increpationem divina voce dicitur descende sed in alto huius [illegible] constat, quia superius superbis [illegible] inhiat sed ab hoc statu descendit et [illegible] sese defluentibus mundi desideriis subiicit. Cui mox additur: sede in pulvere descendens enim in pulvere sedet quia celestia deserens terrenis cogitationibus aspersa in infimis vilescit ubi adhuc infirmando subiungitur: sede in terra, ac si aperte exprobrans dicat, quia celestia conscendere noluisti te ergo terrenis [illegible] profiteris in terrenis actionibus humiliare. Unde et protinus subditur: Non est solium filie Caldeorum. Caldei namque feroces interpretantur valde autem feroces sunt qui voluptates [illegible] sequentes, ut sine fine [illegible] insensibilem reddunt mentem, sed filia ferocium solium non habet, quia mens que ad amorem mundi exterius [illegible] residet, et [illegible] discretionis [illegible] et quia a iudicii sui sessione repellitur et per exteriores concupias vagatur et [illegible].

fidentius Que dicis in corde tuo Ego sum et non est
preter me amplius Non sedebo vidua et ignorabo steri
litatem meam Veniet tibi hec duo subito in die
una sterilitas et viduitas universa venerunt super te
propter multitudinem maleficiorum tuorum Et propter duritiam incanta-
torum tuorum vehementer Et fiduciam habuisti in malitia
tua Et dixisti Non est qui videat me Sapientia tua et
scientia tua hec decepit te Et dixisti in corde tuo
Ego sum Et preter me non est altera Veniet super te
malum et nescies ortum eius Et irruet super te cala
mitas quam non poteris expiare Veniet super te mise
ria repente quam nescies Sta cum incantatoribus tuis
et cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti
ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si po
ssis fieri fortior Defecisti in multitudine consiliorum tuorum
Stent et salvent te augures celi, qui contemplabantur
sydera et supputabant menses ut ex eis annunciarent
ventura tibi Ecce facti sunt quasi stipula Ignis combussit
illos Et non liberabunt animam suam de manu flamme
Non sunt prune quibus calefiant, nec focus ut sedeant
ad eum Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraveras
Negociatores tui ab adolescentia sua unusquisque in via
sua erraverunt Non est quod salvet te. xlviii.
Audite hoc domus Jacob qui vocamini nomine
Israel et de aquis Juda existis qui iuratis XLVIII
in nomine domini et dei Israel recordamini
non in veritate neque in iustitia De civitate enim sancta vo
cati sunt et super deum Israel constabiliti sunt dominus exercituum
nomen eius Priora ex tunc annunciavi et ex ore meo
exierunt et audita feci ea, repente operatus sum et
venerunt Sciui enim quia durus es tu et nervus
ferreus cervix tua et frons tua erea Predixi tibi
ex tunc antequam venirent Indicavi tibi ne forte diceres

ydola mea fecerunt hec / et sculptilia mea / et conflati
lia mandauerunt ista. que audistis vide omnia. vos autem
non annunciatis Audita feci tibi noua ex tunc conseruata
sunt / que nescis Nunc creata sunt Et non ex tunc [illegible]
creata sunt et ante diem / et non audisti ea Ne forte
dicas Ecce ego cognoui ea Neque audisti. neque cog
nouisti Neque ex tunc aperta est auris tua Scio enim quia
preuaricans preuaricaberis / et transgressorem ex ventre vocaui
te Propter nomen meum / longe faciam furorem meum et laude
mea frenabo te ne intereas Ecce excoxi te / sed non
quasi argentum / elegi te in camino paupertatis Propter me
faciam vt non blasphemer / et gloriam meam alteri non dabo.
Audite me Jacob et Israel quem ego voco Ego ipse
Ego primus et ego nouissimus Manus quoque mea fundauit
terram / et dextera mea mensa est celos Ego vocabo
eos / et stabunt simul Congregamini omnes vos / et audi
te quis de eis annunciauit hec / Dominus dilexit eum
faciet voluntatem suam in Babilone / et brachium suum
in Caldeis Ego. ego locutus sum / et vocaui eum ad
duxi eum et directa est via eius Audite Accedite
ad me et audite hoc Non a principio in abscondito lo
cutus sum. ex tempore antequam fieret ibi eram Et
nunc dominus misit me et spiritus eius Hec dicit dominus
redemptor tuus sanctus Israel Ego deus tuus docens te vtilia
gubernans te in via qua ambulabas Utinam attendi-
sses mandata mea facta fuisset sicut flumen pax tua
et iusticia tua sicut gurgites maris Et flumen fuisset
sicut arena semen tuum / et stirps vteri tui vt lapilli eius
Non interisset / et non fuisset atteritum nomen eius a facie
mea Egredimini de Babilone fugite a caldeis in
voce exultationis annunciate audite. facite / et ferte
illud vsque ad extrema terre Dicite redemit dominus seruum
suum Jacob Non sitierunt in deserto / cum educeret eos Aquam

de petra produxit eis et ſcidit petram et fluxerunt
aque Non eſt pax impijs dicit dominus. xlix.

XLIX

Audite inſule et attendite populi de longe Dominus
ab utero vocavit me de ventre matris mee
recordatus eſt nominis nomini mei et poſuit os me-
um quaſi gladium acutum In umbra manus ſue protexit
me quaſi ſagittam electam poſuit me in pharetra ſua
abſcondit me et dixit michi Servus meus es tu Iſrael
quia in te gloriabor Et ego dixi In vacuum laboravi ſine cauſa
et vane fortitudinem meam conſumpſi Ergo iudicium meum
cum domino et opus meum cum deo meo Et nunc hec dicit
dominus formans me ex utero ſervum ſibi ut reducam Iacob
ad eum et Iſrael non congregabitur Et glorificatus ſum
in oculis domini et deus meus factus eſt fortitudo mea
Et dixit Parum eſt ut ſis michi ſervus ad ſuſcitandas tribus
Iacob et feces Iacob convertendas Dedi te in lucem gen-
tium ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terre Hec dicit
dominus redemptor Iſrael ſanctus eius Ad contemptibilem
animam et abhominatam gentem ad ſervum dominorum Reges
videbunt et conſurgent principes et adorabunt propter dominum quia fide-
lis eſt et ſanctum Iſrahel qui elegit te Hec dicit dominus
In tempore placito exaudivi te et in die ſalutis auxi-
liatus ſum tui Et ſervavi te et dedi te in fedus populi
ut ſuſcitares terram et poſſideres hereditates diſſipatas
ut diceres hijs qui vincti ſunt Exite et hijs qui in te-
nebris ſunt revelamini Super vias paſcentur et in
omnibus planis paſcua eorum Non eſurient neque ſitient
et non percutiet eos eſtus et ſol quia miſerator eorum
reget eos et ad fontes aquarum potabit Et ponam omnes
montes in viam et ſemite mee exaltabuntur Ecce iſti
de longe venient et ecce illi ab aquilone et mari Et
iſti de terra auſtrali Laudate celi et exulta terra Iu-
bilate montes laudem quia conſolatus eſt dominus po-
pulum ſuum et pauperum ſuorum miſerebitur Et dixit
Syon Dereliquit me dominus oblitus eſt mei Numquid

oblivisci potest mulier infantem suum ut non misereatur filio uteri
sui Etsi illa oblita fuerit Ego tamen non obliviscar tui
Ecce in manibus meis descripsi te muri tui coram oculis meis
semper Venerunt structores tui destruentes te et dissipan
tes a te exibunt Leva in circuitu oculos tuos et vide omnes
isti congregati sunt venerunt tibi Vivo ego dicit dominus quia
hiis omnibus velut ornamento vestieris et circumdabis tibi
eos quasi sponsa quia deserta tua et solitudines tue et ter
ra ruine tue nunc angusta erunt pre habitatoribus et longe
effugabuntur qui absorbebant te Adhuc dicent in auribus
tuis filii sterilitatis tue Angustus est michi locus fac spacium
michi ut habitem Dices in corde tuo Quis genuit michi
istos Ego sterilis et non pariens transmigrata et captiva
et istos quis enutrivit Ego destituta et sola et isti
ubi erant Hec dicit dominus deus Ecce levabo ad gentes manum
meam et exaltabo ad populos signum meum Et afferent filios
tuos in ulnis et filias tuas super humeros portabunt
Et erunt reges nutricii tui et regine nutrices tue Vultu
in terram demisso adorabunt te et pulverem pedum tuorum
lingent Et scies quia ego dominus super quo non confundentur
qui exspectant eum Numquid tolletur a forti preda aut quod
captum fuerit a robusto salvum esse non poterit quia hec
dicit dominus Equidem et captivitas a forti tolletur et quod
ablatum fuerit a robusto salvabitur Eos vero qui iudicaverunt
te ego iudicabo et filios tuos ego salvabo et cibabo
hostes tuos carnibus suis et quasi musto sanguine suo in
ebriabuntur et sciet omnis caro Quia ego dominus salvans
te redemptor tuus fortis Iacob. k. r.

L Hec dicit dominus Quis est hic liber repudii matris
vestre quo dimisi eam aut quis est creditor
meus cui vendidi vos Ecce enim in iniquita
tibus vestris venditi estis et in sceleribus vestris di
misi matrem vestram quia veni et non erat vir vocavi et
non erat qui audiret Numquid abbreviata et parvula
facta est manus mea ut non possim redimere aut non

est in me virtus ad liberandum. Ecce in increpatione mea de-
sertum faciam mare. Ponam flumina in siccum, computre-
scent pisces sine aqua et morientur in siti. Induam ce-
los tenebris et saccum ponam operimentum eorum. Dominus
dedit mihi linguam eruditam ut sustentare eum qui lapsus
est verbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurem ut audiam quasi
magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem. Ego autem non con-
tradico, retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus
et genas meas vellentibus, faciem meam non averti
ab increpantibus et conspuentibus in me. Dominus Deus
auxiliator meus et ideo non sum confusus. Ideo posui
faciem meam ut petram durissimam et scio quoniam non
confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis con-
tradicet mihi? Stemus simul. Quis est adversarius meus?
accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus, quis ergo
est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimen-
tum conterentur et tinea comedet eos. Quis est ex
vobis timens Deum, audiens vocem servi sui? Qui
ambulavit in tenebris et non est lumen ei, speret in no-
mine Domini et innitatur super Deum suum. Ecce omnes
vos accendentes ignem et accincti in flammis am-
bulate in lumine ignis vestri et in flammis quas
succendistis vobis. De manu mea factum est hoc vobis,
in doloribus dormietis.

Audite me qui sequimini quod iustum est et quaeritis Dominum. Atten- LI
dite ad petram unde excisi estis et ad caver-
nam laci de qua praecisi estis. Attendite ad Abra-
ham patrem vestrum et ad Saram quae peperit vos,
quia unum vocavi eum et benedixi ei et multiplicavi
eum. Consolabitur ergo Dominus Syon et conso-
labitur omnes ruinas eius. Et ponet desertum eius
quasi delicias et solitudinem eius quasi ortum
Domini. Gaudium et laetitia invenietur in ea.

gratiarum actio et vox laudis. Attendite ad me populus meus
et tribus mea me audite, quia lex a me exiet et iudi-
cium meum in lucem populorum requiescet. Prope est iustus
meus, egressus est salvator meus, et brachia mea
populos iudicabunt, me insule expectabunt, et brachium
meum sustinebunt. Levate in celum oculos vestros et vi-
dete sub terra deorsum, quia celi sicut fumus liquescent
et terra sicut vestimentum atteretur, et habitatores eius sicut
hec interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit et
iusticia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustum
populus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium
hominum, et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim
vestimentum sic comedet eos vermis, et sicut lanam sic de-
vorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, et
iusticia mea in generatione et generationem. Consurge consurge
induere fortitudinem brachium domini. Consurge sicut
in diebus antiquis in generationibus seculorum. Numquid
non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem. Numquid
non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis, qui po-
suisti profundum maris viam, ut transirent liberati. Et nunc
qui redempti sunt a domino revertentur, et venient in Sy-
on laudantes, et leticia sempiterna super capita eorum.
Gaudium et leticiam tenebunt. fugiet dolor et gemitus.
Ego, ego ipse consolabor vos. Quis tu ut timeas ab
homine mortali, et a filio hominis qui quasi fenum ita arescet,
et oblitus es domini factoris tui, qui tetendit celos et fundavit
terram, et formidasti iugiter tota die a facie furoris eius qui
te tribulabat et paraverat ad perdendum. Ubi est nunc furor
tribulantis, cito veniet gradiens ad aperiendum, et non in-
terficiet usque ad internecionem, nec deficiet panis eius. Ego autem
sum dominus deus tuus, qui conturbo mare et intumescunt
fluctus eius, dominus exercituum nomen meum. Posui verba mea
in ore tuo, et in umbra manus mee protexi te, ut
plantes celos, et fundes terram, et dicas ad Syon populus

meus es tu. Eleuare eleuare consurge ierusalem que
bibisti de manu domini calicem ire eius usque ad fundum
calicis soporis bibisti et epotasti usque ad feces. non
est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit et
non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos
enutriuit. Duo sunt que occurrerunt tibi quis contristabitur
super te. Vastitas et contricio et fames et gladius. Quis
consolabitur te. Filii tui proiecti sunt dormierunt in ca
pite omnium viarum sicut orix illaqueatus
pleni indignacione domini increpacione dei tui. Ideo
audi hec paupercula et ebria non a vino. Hec dicit domina
tor tuus dominus et deus tuus qui pugnauit pro populo
suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis fundum
calicis indignacionis mee. Non adiciam ut bibas ultra
illud. et ponam illum in manu eorum qui te humiliaue
runt et dixerunt anime tue Incuruare ut transeamus
et posuisti ut terram corpus tuum et quasi viam transeuntibus

LII

Consurge consurge induere fortitudine tua syon induere vestime
tis glorie tue ierusalem ciuitas sancti quia
non adiciet ultra ut pertranseat per te incircumcisus et
immundus. Excutere de puluere. Consurge sede ierusalem
solue vincula colli tui captiua filia syon. Quia
hec dicit dominus Gratis venundati estis et sine argen
to redimemini. Quia hec dicit dominus deus in egyptum
descendit populus meus in principio ut colonus esset
ibi et assur absque ulla causa calumniatus calumnia
tus est eum. Et nunc quid mihi est dicit dominus quia ab
latus est dominus populus meus gratis. Dominatores eius
inique agunt dicit dominus et iugiter tota die nomen
meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus
nomen meum in die illa. Quia ego ipse qui loquebar

ecce assum. Quam pulcri sunt super montes pedes annunciantis
et predicantis pacem annunciantis bonum predicantis salu-
tem dicentis Syon regnabit deus tuus. Vox specula-
torum tuorum levaverunt vocem simul laudabunt quia
oculo ad oculum videbunt cum converterit dominus Syon. Gau-
dete et laudate simul deserta Ierusalem quia consolatus est
dominus populum suum redemit Ierusalem. Paravit dominus brachi-
um sanctum suum in oculis omnium gentium. Videbunt omnes fines
terre salutare dei nostri. Recedite recedite exite inde
pollutum nolite tangere. exite de medio eius mun-
damini qui fertis vasa domini. Quoniam non in tumultu
exibitis nec in fuga properabitis precedet enim vos dominus
et congregabit vos deus Israhel. Ecce intelliget servus
meus et exaltabitur et elevabitur et sublimis erit
valde. Sicut obstupuerunt super eum multi sic inglorius
erit inter viros aspectus eius et forma eius inter filios
hominum. Iste asperget gentes multas. super ipsum continebunt
reges os suum. Quia quibus non est narratum de eo vi-
derunt et qui non audierunt contemplati sunt. Liij.
LIII Quis credidit auditui nostro et brachium domi-
ni cui revelatum est. Et ascendet sicut virgultum
coram eo et sicut radix de terra sitienti. Non
est species ei neque decor. et vidimus eum et non erat aspec-
tus et desideravimus eum despectum et novissimum virorum
virum dolorum et scientem infirmitatem. et quasi abscon-
ditus vultus eius et despectus unde nec reputavimus
eum. Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros
ipse portavit. Et nos putavimus eum quasi leprosum et
percussum a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter
iniquitates nostras et attritus est propter scelera nostra. Disci-
plina pacis nostre super eum. et livore eius sanati sumus.
Omnes nos quasi oves erravimus unusquisque in viam
suam declinavit et dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum

Oblatus est quia ipse voluit et non aperuit os suum sicut
ovis ad occisionem ducetur alias ducitur et quasi agnus coram
tondente se obmutescet / et non aperuit os suum / De an
gustia et de iudicio sublatus est Generationem eius quis
enarrabit Quia abscisus est de terra viventium pro
pter scelus populi mei percussi eum / et dabit impios
pro sepultura et divites pro morte sua / eo quod iniqui
tatem non fecit Neque dolus fuit in ore eius Et dominus
voluit conterere eum in infirmitate Si posuerit animam
suam pro peccato videbit semen longevum / et voluntas domini
in manu eius dirigetur Pro eo quod laboravit anima eius
videbit et saturabitur in scientia sua Iustificabit ipse
iustus servus meus multos / et iniquitates eorum ipse porta
bit Ideo dispertiam ei plurimos / et fortium dividet spo
lia / Pro eo quod tradidit in mortem animam suam / et cum
sceleratis reputatus est Et ipse peccatum multorum tulit et pro
transgressoribus rogavit / . l iiii

LIIII

Lauda sterilis que non paris / decanta laudem
et hymnum que non pariebas Quia multi fi
lii deserte magis quam eius que habebat
virum dicit dominus Dilata locum tentorii tui et pe
lles tabernaculorum tuorum extende ne parcas longos
fac funiculos / et clavos tuos consolida ad dexteram
enim et levam penetrabis / et semen tuum gentes he
reditabit et civitates desertas inhabitabit Noli timere
quia non confunderis neque erubesces non enim te pudebit
Quia confusionis adolescentie tue oblivisceris / et oppro
brii viduitatis tue non recordaberis amplius / quia domina
bitur tui qui fecit te dominus exercituum nomen eius et rede
mptor tuus sanctus Israel Deus omnis terre vocabitur
Quia ut mulierem derelictam et merentem spiritu vocavit
te dominus et uxorem ab adolescentia abiectam dixit deus

tuus Ad punctum in modico dereliqui te et in miserationibus
magnis congregabo te In momento indignationis abscon-
di faciem meam parumper a te Et in misericordia sempiterna mi-
sertus sum tui dicit redemptor tuus dominus Sicut in diebus
Noe istud michi est Cui iuravi ne inducerem aquas diluvii
ultra super terram Sic iuravi ut non irascar tibi et non
increpem te Montes enim commovebuntur et colles contre-
miscent misericordia autem mea non recedet a te et fedus
pacis mee non movebitur Dixit miserator tuus dominus Pa-
upercula tempestate convulsa absque ulla consolatione Ecce
ego sternam per ordinem lapides tuos et fundabo te in sa-
phiris et ponam iaspidem propugnacula tua et portas
tuas in lapides sculptos Et omnes terminos tuos in
lapides desiderabiles Universos filios tuos doctos a domino
et multitudinem pacis filiis tuis et in iusticia funda-
beris Recede a calumnia quia non timebis et a pavore
quia non appropinquabit tibi Ecce accola veniet qui non
erat meus advena quondam tuus adiungetur tibi
Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas
et proferentem vas in opus suum Et ego creavi inter-
fectorem ad disperdendum Omne vas quod fictum est contra te non
dirigetur Et omnem linguam resistentem tibi in iudicio iu-
dicabis Hec est hereditas servorum domini et iusticia eorum
O mnes sicientes venite apud me dicit dominus
LV adaquas et qui non habetis argentum properate
emite et comedite Venite emite absque ar-
gento et absque ulla commutatione vinum et lac Quare
appenditis argentum non in panibus et laborem vestrum
non in saturitate Audite audientes me et comedite
bonum et delectabitur in crassitudine anima vestra Incli-
nate aurem vestram et venite ad me Audite et vivet
anima vestra Et feriam vobiscum pactum sempiternum misericordias
David fideles Ecce testem populis dedi eum ducem ac

preceptorem gentibus Ecce gentes quas nesciebas voca
Et gentes que non cognoverunt te. ad te current propter
dominum deum tuum Et sanctum israhel quia glorificavit te Q
uerite dominum dum inveniri potest Invocate eum dum prope
est Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogita
tiones suas et revertatur ad dominum et miserebitur eius
Et ad deum nostrum, quia multus est ad ignoscendum Non enim
cogitationes mee. cogitationes vestre Neque mee vie vie vestre dicit
dominus Quia sicut exaltantur celi a terra Sic exaltate sunt
vie mee a viis vestris, et cogitationes mee a cogitationibus
vestris Et quomodo descendit ymber et nix de celo et illuc
ultra non revertitur, sed inebriat terram et infundit eam
et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panem co
medenti, sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo
Non revertetur ad me vacuum Sed faciet quecumque volui Et
prosperabitur in hiis ad que misi illud Quia in leticia
egrediemini et in pace deducemini Montes et colles ca
tabunt coram vobis laudem Et omnia regionis ligna
plaudent manu Pro saliunca ascendet abies, et pro
urtica crescet mirtus, et erit dominus nominatus in signum eternum

Hec dicit dominus Custodite quod non auferetur LVI
iudicium et facite iusticiam, quia iuxta est salus
mea ut veniat et iusticia mea ut reveletur
Beatus vir qui facit hoc et filius hominis qui apprehendet
istud Custodiens sabbatum ne polluat illud Custodiens
manus suas ne faciat omne malum et non dicat filius ad
vene qui adheret domino dicens Separatione dividet
me dominus a populo suo Et non dicat eunuchus Ecce ego
lignum aridum Quia hec dicit dominus Eunuchis Qui
custodierint sabbata mea et elegerint que ego volui
Et tenuerint fedus meum Dabo eis in domo mea, et
in muris meis locum, et nomen melius a filiis et
filiabus Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit

et filios advene qui adherent dño ut colant eũ / et
diligant nomẽ eius ut sint ei in servos omñez custodie
tem sabbatũ ne polluat illud et tenentez fedus meũ
adducaz eos in montẽ sc̃m meũ Et letificabo eos in
domo oronis mee holocausta eorũ et victime eoz pla
cebunt michi sup altare meũ Quia domus mea domus
oronis vocabitur cunctis ppl'is ait dñs deus qui con
gregat dispersos Israhel Adhuc congregabo ad eũ omis con
gregatos eius Omnes bestie agri venite ad devorandũ
universe bestie saltus Speculatores eius ceci omnes nesci
erunt universi canes muti nõ valentes latrare videntes
vana dormientes et amantes sompnia Et canes
impudentissimi nescierunt saturitatem Ipsi pastores igno
raverunt intelligenciam Omnes in viam suam declinaverunt
unusquisque ad avariciam suam a summo usque adnovissimum
Venite sumamus vinum et impleamur ebrietate et erit
sicut hodie sic et cras et multo amplius · lvii
Iustus perit et nõ est qui recogitet in corde suo / et
LVII viri misericordie colliguntur / quia nõ est qui intelligat
A facie enim malicie collectus est iustus Veniat pax
requiescat in cubili suo / qui ambulavit in directione
sua Vos autem accedite huc filii auguratricis semẽ
adulteri et fornicarie Super quem lusistis super
quem dilatastis os / et eiecistis linguam Numquid
non vos filii scelesti / semen mendax / qui consolamini
in diis / subter omne lignum frondosũ immolantes par
vulos in torrentibus subter eminentes petras In parti
bus torrentis pars tua hec est sors tua et ipsis
effudisti libamẽ obtulisti sacrificium Numquid super hijs
nõ indignabor Super montem excelsum et sublimem po
suisti cubile tuũ et illuc ascendisti ut immolares ho
stias / et post hostium retro postem posuisti memoriale
tuũ Quia iuxta me discooperuisti et suscepisti adul
terum dilatasti cubile tuum / et pepigisti cũ eis fedus
Dilexisti stratum eorum manu aperta / et ornasti

te regi unguento / et multiplicasti pigmenta tua misisti
legatos tuos procul et humiliata es usque ad inferos
In multitudine vie tue laborasti Non quiescam dixisti
vitam manus tue invenisti propterea non rogasti Pro
quo sollicita timuisti quia mentita es et mei non es
recordata neque cogitasti in corde tuo quia ego tacens
et quasi non videns et mei oblita es Ego annunciabo iustitiam
tuam et opera tua non proderunt tibi Cum clamaveris
liberent te congregati tui / et omnes eos auferet ventus
et tollet aura Qui autem fiduciam mei hereditabit
terram et possidebit montem sanctum meum Et dicam viam
facite prebete iter declinate de semita et auferte
offendicula de via populi mei Quia hec dicit dominus
excelsus et sublimis habitans eternitatem et sanctum nomen
eius in excelsis et in sancto habitans et cum contrito et humili
spiritu Ut vivificet spiritum humilium et vivificet
cor contritorum Non enim in sempiternum litigabo neque usque
ad finem irascar Quia spiritus a facie mea egredietur
et flatus ego faciam Propter iniquitatem avaritie
eius iratus sum et percussi eum abscondi a te faciem
meam / et indignatus sum et abiit in via vagus cordis
sui Vias eius vidi et sanavi eum et reduxi eum
et reddidi consolaciones ipsi et lugentibus eius Cum
fructum labiorum pacem pacem ei qui longe est et
qui prope Dixit dominus et sanavi eum Impii autem quasi
mare fervens quod quiescere non potest Et redundant
fluctus eius in conculcationem et lutum Non est
pax dicit dominus deus impiis L VIII.

Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem L VIII
tuam et annuncia populo meo scelera eorum

et domui Iacob peccata eorum Me etenim de die in diem
querunt et scire vias meas volunt Quasi gens
que iusticiam fecerit et que iudicium dei sui non dere-
liquerit Rogant me iudicia iusticie et appropinquare
deo volunt Quare ieiunavimus et non aspexisti Hu-
miliavimus animas nostras et nescisti Ecce in die ieiunii
vestri invenitur voluntas vestra Et omnes debitores vestros
repetitis Ecce ad lites et contenciones ieiunatis
et percutitis pugno impie Nolite ieiunare sicut
usque ad hanc diem ut audiatur in excelso clamor vester
Nunquid tale est ieiunium quod elegi per diem affli-
gere hominem animam suam Numquid contorquere quasi
circulum caput suum et saccum et cinerem sternere Numquid
istud vocabis ieiunium et diem acceptabilem domino
Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi Dissolue
colligationes impietatis Solve fasciculos deprimentes
Dimitte eos qui confracti sunt liberos et omne onus
dirumpe Frange esurienti panem tuum et egenos
vagosque induc in domum tuam cum videris nudum
operi eum et carnem tuam ne despexeris Tunc erum-
pet quasi mane lumen tuum et sanitas tua cicius
orietur et anteibit faciem tuam iusticia tua et gloria
domini colliget te Tunc invocabis et dominus exaudiet
clamabis et dicet ecce assum quia misericors sum
dominus deus tuus Si abstuleris de medio tui cathenam
et desieris digitum tuum extendere et loqui quod non
prodest Cum effuderis esurienti animam tuam et animam
afflictam repleveris orietur in tenebris lux tua et
tenebre tue erunt sicut meridies Et requiem dabit
tibi dominus deus tuus semper et implebit splendoribus
animam tuam et ossa tua liberabit Et erit quasi ortus
irrigans et sicut fons aquarum Cuius non deficient

Augustinus super Iohannem
ieiunium aut magnum et
generale est abstinere ab iniquitate
[illegible] d. v. ibi vide

aque Edificabuntur in te deserta seculorum fundamenta generacionis
et generacionis suscitabis et vocaberis edificator
sepium avertens semitas in quietem Si averteris a sabbato
pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo Et
vocaberis sabbatum delicatum et sanctum domini gloriosum
Et glorificaberis eum dum non facis vias tuas et non invenitur
voluntas tua ut loquaris sermonem tunc delectaberis super
domino et sustollam te super altitudinem terre et cibabo te
hereditate Jacob patris tui Os enim domini locutum est
Ecce non est abbreviata manus domini ut salva- LIX
re nequeat Neque aggravata est auris eius ut
non exaudiat Sed iniquitates vestre diviserunt
inter vos et deum vestrum Et peccata vestra absconderunt faci-
em eius a vobis ne exaudiret Manus enim vestre pollute sunt
sanguine et digiti vestri iniquitate Labia vestra locuta sunt
mendacium et lingua vestra iniquitatem fatur Non est qui
invocet iusticiam neque est qui iudicet vere Sed confidunt
in nichilo et loquuntur vanitates Conceperunt laborem
et pepererunt iniquitatem Ova aspidum ruperunt et telas
aranee texuerunt Qui comederit de ovis eorum morie-
tur et quod confotum est erumpet in regulum Tele eorum
non erunt in vestimentum neque operientur operibus suis opera
eorum opera inutilia et opus iniquitatis in manibus eorum Pe-
des eorum ad malum currunt et festinant ut effundant san-
guinem innocentem Cogitaciones eorum cogitaciones inuti-
les Vastitas et contricio in viis eorum viam pacis ne-
scierunt Et non est iudicium in gressibus eorum Semite
eorum incurvate sunt eis omnis qui calcat in eis igno-
rat pacem Propter hoc elongatum est a vobis iudicium
et non apprehendet vos iusticia Expectavimus lucem et
ecce tenebre splendorem et in tenebris ambula-
vimus Palpavimus sicut ceci parietem et quasi absque

oculis attrectavimus impegimus in meridie quasi in tenebris
in caliginosis quasi mortui rugiemus expectavimus iudi
cium et non est, salutem et elongata est a nobis multipli
cate sunt enim iniquitates nostre coram te, et peccata nostra respo
derunt nobis quia scelera nostra nobiscum et iniquitates no
stras cognovimus, peccare et mentiri contra dominum et
aversi sumus ne iremus post tergum dei nostri, ut loqueremur
calumniam, et transgressionem concepimus et locuti sumus de
corde verba mendacii Et conversum est retrorsum iudici
um, et iustitia longe stetit quia corruit in platea
veritas, et equitas non potuit ingredi Et facta
est veritas in oblivionem, et qui recessit a malo prede
patuit Et vidit dominus et malum apparuit in oculis eius
quia non est iudicium Et vidit quia non est vir, et
aporiatus est quia non est qui occurrat et salvabit
sibi brachium suum, et iustitia eius confirmavit eum
Indutus est iustitia ut lorica et galea salutis in
capite eius Indutus est vestimentis ultionis et opertus
opertus est quasi pallio zeli, sicut ad vindictam quasi ad
retributionem indignationis hostibus suis et vicissitudinem
inimicis suis insulis vicem reddet Et timebunt qui
ab occidente nomen domini, et qui ab ortu solis gloriam
eius cum venerit quasi fluvius violentus quem spiritus domini
cogit Et venerit Syon redemptor, et eis qui redeunt
ab iniquitate in Iacob dicit dominus hoc fedus meum cum eis dicit
dominus Spiritus meus qui est in te, et verba mea que
posui in ore tuo non recedent de ore tuo, et de ore se
minis tui, dixit dominus amodo et usque in sempiternum

LX Surge illuminare Iherusalem quia venit lu
men tuum, et gloria domini super te orta est
Quia ecce tenebre operient terram et caligo
populos super te autem orietur dominus et gloria eius in te vide
bitur Et ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in
splendore ortus tui Leva in circuitu oculos tuos

et vide omnes isti congregati sunt venerunt tibi filii tui
de longe venient et filie tue de latere surgent Tunc vi
debis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum quando
conversa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gentium ve
nerit tibi Inundatio camelorum operiet te dromedarii
madyan et effa omnes de saba venient aurum et
thus deferentes et laudem domino annunciantes Omne
pecus cedar congregabitur tibi Arietes Nabaioth mi
nistrabunt tibi offerentur super placabili altari meo et
domum maiestatis mee glorificabo Qui sunt isti qui
ut nubes volant et quasi columbe ad fenestras suas
Me enim expectant insule et naves maris In principio
ut adducam filios tuos de longe argentum eorum et aurum
eorum cum eis nomini domini dei tui et sancto israel quia
glorificavit te Et edificabunt filii peregrinorum muros
tuos et reges eorum ministrabunt tibi In indignatione
enim mea percussi te et in reconciliatione mea misertus
sum tui Et aperientur porte tue iugiter die ac nocte
non claudentur ut afferatur ad te fortitudo gentium
et reges earum adducantur Gens enim et regnum quod
non servierit tibi peribit et gentes solitudine vastabuntur
Gloria libani ad te veniet abies et buxus et pinus
simul ad ornandum locum sanctificationis mee et locum pe
dum meorum glorificabo Et venient ad te curvi filii eorum
qui humiliaverunt te et adorabunt vestigia pedum tuorum
omnes qui detrahebant tibi et vocabunt te civitatem
domini Syon sancti israhel Pro eo quod fuisti derelicta
et odio habita et non erat qui per te transiret Ponam
te in superbia seculorum gaudium in generatione et generatio
nem et suges lac gentium et mammilla regum la
ctaberis et scies quia ego dominus salvans te et redemp
tor tuus fortis iacob Pro ere afferam aurum et

Pro ferro afferam argentum / et pro lignis es / et pro lapidibus
ferrum Et ponam visitationem tuam pacem / et prepositos
tuos iusticiam Non audietur ultra iniquitas in terra tua vasti
tas et contricio in terminis tuis Et occupabit salus muros
tuos / et portas tuas laudatio Non erit tibi amplius sol ad
lucendum per diem / Nec splendor lune illuminabit te / Sed e
rit tibi dominus in lucem sempiternam / et deus tuus in gloriam
tuam Non occidet sol ultra tuus / et luna tua non minuetur
Quia dominus erit tibi in lucem sempiternam Et complebuntur
dies luctus tui Populus autem tuus / omnes iusti in perpetuum
hereditabunt terram Germen plantationis mee opus manus
mee ad glorificandum Minimus erit in mille et parvulus
in gentem fortissimam Ego dominus in tempore eius subito

LXI Spiritus domini super me faciam Israhel
eo quod unxerit dominus me ad annunciandum man
suetis misit me ut mederer contritos corde / et
predicarem captivis indulgenciam et clausis apercionem Et
predicarem annum placabilem domino / et diem ulcionis deo
nostro ut consolarer omnes lugentes et ponerem consolacionem
lugentibus Syon / et darem eis coronam pro cinere
oleum gaudii / pro luctu / pallium laudis pro spiritu
meroris Et vocabuntur in ea fortes iusticie / plantacio
domini ad glorificandum Et edificabunt deserta a seculo
et ruinas antiquas erigent Et instaurabunt civitates
desertas dissipatas in generatione et generacionem / et sta
bunt alieni et pascent pecora vestra Et filii peregrinorum
agricole et vinitores vestri erunt Vos autem sacerdotes
domini vocabimini ministri dei nostri Dicetur vobis for
titudinem gentium comedetis / et in gloria eorum superbietis
Pro confusione vestra duplici et rubore laudabunt partem
eorum Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt Et
leticia sempiterna erit eis Quia ego dominus diligens iu
dicium / et odio habens rapinam in holocausto Et dabo
opus eorum in veritate / et fedus perpetuum feriam eis et
scietur in gentibus semen eorum Et germen eorum in
medio populorum Omnes qui viderint eos cognoscent
illos Quia isti sunt semen / cui benedixit dominus

Gaudens gaudebo in dño / et exultabit aïa in domino
deo meo Quia induit me vestimeto salutis indumeto
iusticie circumdedit me / quasi sponsum decoratu corona
et quasi sponsam ornatam monilibus suis Sicut eni terra
profert germen suu, et sicut ortus semen suu germinat
Sic dns ds germinabit iusticiam et laudem coram universis
Propter Syon non tacebo Et pp̄ter [gentibus] LXII
Iherusalem nõ quiescã donec egrediat ut sple
dor iustus eius / et salvator eius ut lampas
accendatur Et videbunt gentes iustu tuu / et cuncti reges
inclitum tuu Et vocabitur tibi nomen novum quod os
domini noiavit Et eris gl'ia domini in manu / et dyade
ma regni i manu dei tui Non vocaberis ultra derelicta / et
terra tua non vocabitur amplius desolata sed vocaberis
voluntas mea in ea et terra tua inhabitatur / Quia compla
cuit dño in te habitabit enim iuvenis cu virgine et habita
bunt in te filij tui / et gaudebit sponsus super sponsam
et gaudebit sup te deus tuus Super muros tuos Ihe
rusalem constitui custodes / tota die et tota nocte perpe
tuo nõ tacebunt Qui reminiscimini dñi ne taceatis
et ne detis silentium ei / donec stabiliat / et donec ponat
Iherlm laudem in terra Iuravit dns i dextera sua / et
in brachio fortitudinis sue Si dedero triticum tuu ultra
cibum inimicis tuis Et si biberint filij alieni vinu tuu
in quo laborasti Quia congregabunt illud comedent et lauda
bunt dominum / qui comportant illud bibent in atrijs sctis
meis Transite transite per portas preparate viam populo
planum facite iter / et eligite lapides / et levate signum ad
populos Ecce dns auditum fecit in extremis terre Dicite
filie Syon Ecce salvator tuus venit ecce merces eius
cum eo / et opus illius coram illo Et vocabunt eos populus
sanctus redempti a dño Tu aut vocaberis civitas quesita
Quis est iste qui venit de Edom [et nõ derelicta] LXIII
tinctis vestibus de Bosra Iste formosus in

stola sua gradiens in multitudine virtutis sue. Ego qui
loquor iusticiam et propugnator sum ad salvandum. Quare
ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut
calcantium in torculari. Torcular calcavi solus, et de gentibus
non est vir mecum, calcavi eos in furore meo, et conculcavi
eos in ira mea. et aspersus est sanguis eorum super
vestimenta mea Et omnia indumenta mea inquinavi.
Dies enim ultionis in corde meo, annus retributionis mee
venit. Circumspexi et non erat auxiliator quesivi, et non erat
qui adiuvaret et salvavit michi brachium meum et indignatio
mea ipsa auxiliata est mihi Et conculcavi populos in furo-
re meo, et inebriavi eos indignatione mea, et detraxi
virtutem eorum in terra Miserationum domini recordabor, lau-
dem domini super omnibus que reddidit nobis dominus Et super
multitudine bonorum domui Israhel que largitus eis est
secundum indulgenciam suam, et secundum multitudinem miseracionum
suarum Et dixit Verumtamen populus meus est, filii non
negantes Factus est eis salvator in omni tribulatione eorum
non est tribulatus Et angelus faciei eius salvavit eos
in dilectione sua, et in indulgentia sua ipse redemit eos, et
portavit eos, et levavit cunctis diebus seculi Ipsi autem
ad iracundiam provocaverunt, et afflixerunt spiritum sanctum eius
et conversus est eis in inimicum, et ipse debellavit eos Et recor-
datus est dierum seculi moysi, et populi sui Ubi est qui e-
duxit eos de dierum de mari cum pastoribus gregis sui
Ubi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui Qui eduxit
ad dexteram moysen brachio maiestatis sue Qui scidit
aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum Qui
eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non im-
pingentem, quasi animal in campo descendens Spiritus
domini ductor eius fuit sic adduxisti populum tuum ut fa-
ceres tibi nomen glorie Attende domine de celo, et vide de habi-
taculo sancto tuo, et solio glorie tue Ubi est zelus
tuus et fortitudo tua multitudo viscerum tuorum et
miserationum tuarum super me continuerunt se Tu enim pater
noster, et Abraam nescivit nos et Israhel ignoravit nos
Tu domine pater noster et redemptor noster a seculo nomen tuum

Quare errare nos fecisti de viis tuis Indurasti cor
nostrum ne timeremus te Convertere propter servos tuos tribus
hereditatis tue In nichilum possederunt populum sanctum tuum
Et hostes nostri conculcaverunt sanctificationem tuam Facti sumus
quasi in principio cum non dominareris nostri neque invocaretur no-

LXIIII.

Utinam dirumperes celos men tuum super nos
et descenderes A facie tua montes defluerent
sicut exustio ignis tabescerent aque arderent
igni Ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis A facie
tua gentes turbarentur Cum feceris mirabilia non sustinebimus
descendisti et a facie tua montes defluxerunt A seculo non
audierunt neque auribus perceperunt Oculus non vidit deus
absque te que preparasti expectantibus te Occurristi letanti
et facienti iusticiam In viis tuis recordabuntur tui Ecce tu
iratus es et peccavimus in ipsis fuimus semper et salva-
bimur Et facti sumus ut immundus omnes nos quasi pannus
menstruate universe iusticie nostre Et cecidimus quasi fo-
lium universi Et iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos
Non est qui invocet nomen tuum qui consurgat et tene-
at te Abscondisti faciem tuam a nobis et allisisti nos
in manu iniquitatis nostre Et nunc domine pater noster tu es
Nos vero lutum Et fictor noster Et opera manuum tuarum omnes
nos Ne irascaris domine satis et ne ultra memineris
iniquitatis nostre Ecce domine respice populus tuus omnes
nos Civitas sancti tui facta est deserta Syon deserta
facta est Iherusalem desolata Domus sanctificationis nostre
et glorie nostre Ubi laudaverunt te patres nostri facta est in
exustionem ignis Et omnia desiderabilia nostra versa
sunt in ruinas Numquid super hiis continebis te
domine tacebis et affliges nos vehementer lxv

LXV.

Quesierunt me qui ante non interrogabant
invenerunt qui non quesierunt me Dixi ecce
ego Ecce ego ad gentem que nesciebant me
Et que non invocabant nomen meum Expandi manus
meas tota die ad populum incredulum qui graditur in via

Vide Crisostomum in sermone de
reparacione lapsi ubi inter cetera
multa sic dicit Vere non hec
solum que dixi movent nos
mala que in gehenna prestituta sunt
negligentibus vitam nostram sed
et malum multo hiis gravius
expelli enim a bonis incompa-
rabilibus et alienum effici ab
hiis que preparata sunt sanctis tan-
tum gignit cruciatum tantumque dolorem
ut etiam si nulla extrinsecus pena
torqueret hec sola sufficeret
et plurimos inveniet Non nulli
imperitorum putant sibi satis
esse et optabile videri si ge-
henna tantummodo careant ego autem
multo gravius quam gehenna esse
assero carere et removeri
ab illa gloria Nec puto tam
acerba esse gehenne supplicia
ut sunt illa quibus torquetur is
qui arcetur a conspectibus
christi etc.

non bona post cogitationes suas Populus qui ad iracundiam
provocat me ante faciem meam semper Qui immolant
in ortis et sacrificant super lateres Qui habitant in sepul
cris et in delubris ydolorum dormiunt qui comedunt car
nem suillam et ius prophanum in vasis eorum Qui dicunt
Recede a me non appropinques michi quia mundus es Isti
fumus erunt in furore meo ignis ardens tota die Ecce
scriptum est Non tacebo sed reddam et retribuam in sinum
eorum iniquitates vestras et iniquitates patrum vestrorum dicit
dominus simul Qui sacrificaverunt super montes et colles
exprobraverunt michi et remetiar opus eorum primum in sinu
eorum Hec dicit dominus Quomodo si inveniatur granum in botro
et dicatur ne dissipes illud quoniam benedictio est
sic faciam propter servos meos ut non disperdam totum
Et educam de Iacob semen et de Iuda possidentem
montes sanctos meos et hereditabunt eam electi mei
et servi mei habitabunt ibi et erunt campestria in caulas
gregum et vallis Achor in cubile armentorum populo
meo qui requisierunt me Et vos qui dereliquistis do
minum qui obliti estis montem sanctum meum Qui ponitis
fortune ~~mensam~~ mensam et libatis super eam Nume
rabo vos in gladio et omnes in cede corruetis pro eo
quod vocavi et non respondistis locutus sum et non
audistis et faciebatis malum in oculis meis et que
nolui elegistis Propter hoc hec dicit dominus deus Ecce
servi mei comedent et vos esurietis Ecce servi mei
bibent et vos sitietis Ecce servi mei letabuntur vos
autem confundemini Ecce servi mei laudabunt pre exul
tatione cordis et vos clamabitis pre dolore cordis et
pre contritione spiritus ululabitis Et dimittetis nomen
vestrum in iuramentum electis meis Et interficiet te dominus
deus tuus et servos suos vocabit nomine alio In quo
qui benedictus est super terram benedicetur in ~~oblivioni~~
deo amen Et qui iurat in terra iurabit in deo amen
Quia oblivioni tradite sunt angustie priores et
quia abscondite sunt ab oculis meis Ecce enim ego

creabo celos nouos et terram nouam et non erunt in memo-
ria priora et non ascendent super cor sed gaudebitis
et exultabitis usque in sempiternum in hiis que ego creo
Quia ecce ego creo Ierusalem exultacionem et populum eius gau-
dium et exultabo in Ierusalem et gaudebo in populo meo
et non audietur in ea vox fletus ultra et vox clamoris
et non erit ibi amplius infans dierum et senex qui
non impleat dies suos Quoniam puer centum annorum
morietur et peccator centum annorum maledictus erit et edi-
ficabunt domos et inhabitabunt et plantabunt vineas
et comedent fructus earum Non edificabunt domos et
alius habitabit Non plantabunt et alius comedet
secundum dies enim ligni erunt dies populi mei et opera
manuum eorum inveterabunt electi mei Non labora-
bunt frustra neque generabunt in conturbacione Quia
semen benedictorum domini est et nepotes eorum cum eis
Eritque antequam clament ego exaudiam Adhuc illis loque-
ntibus ego exaudiam Lupus et agnus pascentur simul
et leo et bos comedent paleas et serpenti pulvis
panis eius Non nocebunt neque occident in omni
monte sancto meo dicit dominus .lxvi.

LXVI

Hec dicit dominus celum sedes mea terra scabellum
pedum meorum Que est domus ista quam
edificabitis michi et que est iste locus quietis
mee Omnia hec manus mea fecit et facta sunt universa
ista dicit dominus Ad quem autem respiciam nisi ad pauper-
culum et contritum spiritu et trementem sermones meos
Qui immolat bovem quasi qui interficiat virum qui mactat
pecus quasi qui excerebret canem qui offert oblacionem
quasi qui sanguinem suillum offerat Qui recordatur
thuris quasi qui benedicat ydolo Hec omnia elegerunt
in viis suis et in abhominacionibus suis Anima eorum
delectata est Unde et ego eligam illusiones eorum
et que timebant adducam eis Quia vocavi et non

erat qui responderet / locutus sum et non audierunt et fece-
runt quod malum in oculis meis / et que nolui elegerunt
Audite verbum domini qui tremitis ad verbum eius Dixerunt
fratres vestri odientes vos et abicientes propter nomen meum
glorificetur dominus et videbimus in leticia vestra Ipsi autem
confundentur Vox populi de civitate vox de templo vox
domini reddentis retributionem inimicis suis Antequam
parturiret peperit antequam veniret partus eius peperit
masculum Quis audivit unquam tale et quis vidit
huic simile Numquid parturiet terra in die una aut parietur
gens simul Quia parturivit et peperit Syon filios
suos Numquid ego qui alios parere facio ipse non pa-
riam dicit dominus deus Si ego qui generationem ceteris tri-
buo ait dominus deus Letamini cum Jerusalem et exultate
in ea omnes qui diligitis eam + / ut sugatis et reple-
amini ab uberibus consolationis eius Et mulgeatis
et deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius Quia hec dicit
dominus Ecce ego declinabo super eam quasi flumen pacis
et quasi torrentem inundantem gloriam gentium quam sugetis
ad ubera portabimini et super genua blandientur vobis
Quomodo si cui mater blandiatur / ita ego consolabor
vos / et in Jerusalem consolabimini Videbitis et gaudebit
cor vestrum / et ossa vestra quasi herba germinabunt Et cogno-
scetur manus domini servis eius et indignabitur inimicis
suis Quia ecce dominus in igne veniet / et quasi turbo
quadrige eius Reddet in indignatione furorem suum
et increpationem suam in flamma ignis Quia in igne do-
minus diiudicabit et in gladio suo ad omnem carnem
et multiplicabuntur interfecti a domino Qui sanctificabantur
et mundos se putabant in ortis post januam intrinsecus
Qui comedebant carnem suillam / et abhominationem
et murem simul consumentur dicit dominus Ego autem opera
eorum / et cogitationes eorum venio / et congregem cum
omnibus gentibus et linguis / et venient / et videbunt gloriam
meam / et ponam / ~~ad gentes in mare in affricam / et li~~

+ gaudete cum ea gaudio universi qui luge-
batis super eam /

gloriam: et tendentes in eis signum. et mittam ex eis qui sal-
vati fuerint ad gentes in mare, in affricam, et lidiam
et tenentes sagittas in ytaliam et greciam, ad insulas longe
ad eos qui non audierunt de me. et non viderunt gloriam
meam. Et annunciabunt gloriam meam gentibus. et adducent
omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum domino
in equis, et quadrigis. et in lecticis, et in mulis, et in
carrucis ad montem sanctum meum iherusalem dicit dominus. Quomodo
si inferant filii israel munus in vase mundo in domum domini
Et assumam ex eis in sacerdotes et levitas dicit dominus
Quia sicut celi novi et terra nova, que ego facio stare
coram me dicit dominus sic stabit semen vestrum et nomen
vestrum Et erit mensis ex mense et sabbatum ex sabbato. Ve-
niet omnis caro. ut adoret coram facie mea dicit dominus
Et egredientur et videbunt cadavera mortuorum virorum
qui prevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, et
ignis non extinguetur: et erunt usque ad saciatatem
visionis omni carni etc.

Incipit prologus in librum Jeremie prophete

Jeremias propheta cui hic prologus scribitur sermone
quidem apud hebreos ysaye et osee et quibusdam
aliis prophetis videtur esse rusticior. sed sensibus
par est. Quippe qui eodem spiritu prophetaverit. Por-
ro simplicitas eloquii de loco ei in quo natus
est accidit. Fuit enim Anathotites. Qui est usque hodie
viculus tribus ab iherusalem distans milibus. Sacerdos
ex sacerdotibus, et in matris utero sanctificatus virginitate sua
evangelicum virum dedicavit. Hic vaticinatur cum esset
puer. et captivitatem urbis ac iude non solum spiritu, sed
et oculis carnis intuitus. Iam enim x. tribus israel assy-
rii in medos transtulerant. Iam terras earum colonie
gentium possidebant. Unde et Juda tantum et Beniamin
prophetavit. et civitatis sue ruinas quadruplici plan-
xit alphabeto, quod nos mensure metro versibusque
reddidimus. Preterea ordinem visionum, qui apud

[illegible]

Hebreos et latinos omnino confusus est ad pristinam fidem
correximus. Librum autem Baruch notarii eius qui apud
Hebreos non habetur nec legitur pretermisimus pro hiis omnibus
maledicta ab emulis prestolantes / quibus necesse est per
singula opuscula respondere. Et hoc patior quia vos cogitis
O Paula et Eustochium. Ceterum ad compendium mali recti
us faciat modum sermonum eorum plenario ponere / quia cottidie
aliquid scripturantes invidorum insanias provocare etc.

Verbum Jeremie filii Elchie de sacer-
dotibus qui fuerunt in Anathoth
in terra Beniamin. Quod factum
est verbum domini ad eum in diebus
Josie filii Amon regis Juda in terde-
cimo regni eius anno. Et factum est
in diebus Joachim filii regis Juda us-
que ad consumationem undecimi anni
Sedechie filii Josie regis Juda usque ad transmigrationem Jerusalem
in mense quinto. Et factum est verbum domini ad me dicens
Priusquam te formarem in utero novi te et antequam exires
de vulva sanctificavi te et prophetam in gentibus dedi te. Et
dixi A. a. a. domine deus ecce nescio loqui quia puer
ego sum. Et dixit dominus ad me Noli dicere / quia puer sum
Quoniam ad omnia ad que mandavero mittam te ibis et
universa quecumque mandavero tibi loqueris. Ne timeas a facie
eorum quia ego tecum sum ut eruam te dicit dominus. Et misit
dominus manum suam et tetigit os meum. Et dixit dominus ad me
Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie
super gentes et super regna ut evellas et destruas et disper-
das et dissipes edifices et plantes. Et factum est verbum
domini ad me dicens Quid tu vides Jeremia. Et dixi virgam
vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me Bene vidisti
Quia vigilabo ego super verbo meo ut faciam illud. Et
factum est verbum domini secundo ad me dicens Quid tu
vides. Et dixi ollam succensam ego video / et faciem eius
a facie aquilonis. Et dixit dominus ad me Ab aquilone
pandetur omne malum super omnes habitatores terre. Quia
ego convocabo omnes cognationes regnorum aquilonis ait
dominus. Et venient et ponent unusquisque solium suum in introitu

[illegible]

portarum Ierusalem / et super omnes muros eius in circuitu Et
super universas urbes Iuda Et loquar iudicia mea cum eis
super omnem maliciam eorum, qui dereliquerunt me et libaverunt dys
alienis, et adoraverunt opus manuum suarum Tu ergo accinge
lumbos tuos et surge et loquere ad eos omnia que ego precipio tibi
Ne formides a facie eorum Nec enim timere te faciam vultum eorum
Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, et in columpnam
ferream, et in murum eneum super omnem terram Regibus Iuda
et principibus eius, et sacerdotibus et populo terre Et bellabunt ad
versum te, et non prevalebunt quia ego tecum sum ait ait dominus
Et factum est verbum domini ad me ut liberem te II
dicens Vade et clama in auribus Ierusalem dicens
Hec dicit dominus Recordatus sum tui miserans ado
lescenciam tuam Et caritatem desponsacionis tue, quando secuta
me es in deserto in terra que non seminatur Sanctus Israhel domino
primicie frugum eius omnes qui devorant eum delinquunt
vemet mala venient super eos dicit dominus Audite verbum domini domus
Iacob ~~hec dicit dominus~~ Et omnes cognaciones domus
Israhel Hec dicit dominus Quid invenerunt patres vestri in me
iniquitatis quia elongaverunt se a me Et ambulaverunt post
vanitatem, et vanitate vani facti sunt Et non dixerunt Ubi est
dominus, qui ascendere nos fecit de terra Egipti Qui traduxit
per desertum nos per terram inhabitabilem et inviam per terram
sitis et ymaginem mortis Per terram in qua non ambulavit
vir neque habitavit homo Et induxi vos in terram carmeli /
Ut comederetis fructum eius et bona illius Et ingressi conta-
minastis terram meam et hereditatem meam posuistis in abhomina-
cionem Sacerdotes non dixerunt Ubi est dominus / et tenentes
legem nescierunt me et pastores prevaricati sunt in me Et
prophete prophetaverunt in baal Et ydola secuti sunt Propterea con-
tendam adhuc in iudicio vobiscum ait dominus et cum filiis vestris
disceptabo Transite ad insulas Cethym et videte / ~~Et~~
Et in cedar mittite et considerate vehementer et videte / si
factum est huiuscemodi Si mutavit gens deos suos Et certe
ipsi non sunt dy, populus vero meus mutavit gloriam meam in
ydolum Obstupescite celi super hoc et porte celi desola

Vehementer dicit dominus Duo enim mala fecit populus meus me dereliquerunt fontem aque vive et foderunt sibi cisternas dissipatas que continere non valent aquas Numquid servus est israhel aut vernaculus Quare ergo factus est in predam Super eum rugierunt leones et dederunt vocem suam posuerunt terram eius in solitudinem civitates eius exuste sunt et non est qui habitet in eis Filii quoque mempheos et taphnis constupraverunt te usque ad verticem Numquid non istud factum est quia dereliquisti dominum deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam Et nunc quid tibi vis in via egypti ut bibas aquam turbidam Et quid tibi cum via assyriorum ut bibas aquam fluminis Arguet te malicia tua et aversio tua increpabit te Scito et vide quia malum et amarum est reliquisse te dominum deum tuum et non esse timorem mei apud te dicit dominus deus exercituum A seculo confregisti iugum meum rupisti vincula mea et dixisti non serviam In omni enim colle sublimi et sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix Ego autem plantavi te vineam electam omne semen verum Quomodo conversa es in pravum vinea aliena Si laveris te nitro et multiplicaveris tibi herbam borith maculata es in iniquitate tua coram me dicit dominus deus Quomodo dicis non sum polluta post baalim non ambulavi Vide vias ~~meas~~ tuas in convalle scito quid feceris Cursor levis explicans vias tuas Onager assuetus in solitudine in desiderio anime sue attraxit ventum amoris sui Nullus avertet eam Omnes qui querunt eam non deficient In menstruis eius invenient eam Prohibe pedem tuum a nuditate et guttur tuum a siti Et dixisti Desperavi nequaquam faciam adamavi quippe alienos Et post eos ambulabo Quomodo confunditur fur quando deprehenditur sic confusi sunt domus israhel ipsi et reges eorum principes et sacerdotes eorum et prophete eorum dicentes ligno pater meus es tu et lapidi tu me genuisti Verterunt ad me tergum et non faciem Et in tempore afflictionis sue dicent Surge et libera nos Ubi sunt dii tui quos fecisti tibi Surgant et liberent te in tempore afflictionis tue

Secundum quippe numerum civitatum tuarum erant dii tui iuda
Quid vultis mecum iudicio contendere. Omnes dereliquistis
me dicit dominus. Frustra percussi filios vestros disciplinam
non receperunt. Devoravit gladius vester prophetas vestros quasi
leo vastat generatio vestra. Videte verbum domini. Numquid so-
litudo factus sum israheli aut terra serotina. Quare er-
go dixit populus meus. Recessimus non veniemus ultra ad te.
Numquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa
fascie pectoralis sue. Populus vero meus oblitus est mei die-
bus innumeris. Quid niteris ostendere bonam viam tuam ad
querendam dilectionem, que et insuper malicias tuas do-
cuisti vias tuas, et in alis tuis inventus est sanguis
animarum pauperum et innocentium. Non in fossis inveni
eos, sed in omnibus que supra memoravi. Et dixisti abs-
que peccato et innocens ego sum. Et propterea avertatur furor
tuus a me. Ecce ego iudicio contendam tecum. Eo quod
dixeris non peccavi. Quam vilis facta es nimis iterans
vias tuas. Et ab egypto confunderis, sicut confusa es ab
assur. Nam et ab ista egredieris, et manus tue erunt
super caput tuum, quoniam obtrivit dominus confidenciam tuam
et nichil habebis per spiritum. iii.

Vulgo dicitur. Si dimiserit vir uxorem suam
et recedens ab ea duxerit alterum. Numquid
revertetur ad eam ultra. Numquid non polluta et
contaminata erit mulier illa. Tu autem fornicata es cum
amatoribus multis, tamen revertere ad me dicit dominus. III
Leva oculos tuos in directum et vide ubi non prostrata
es. In viis sedebas expectans eos quasi latro in solitudine
et polluisti terram in fornicationibus tuis. Quamobrem prohibite
sunt stille pluviarum et serotinus imber non fuit. Frons
mulieris meretricis facta est tibi. Noluisti erubescere. Er-
go saltem amodo voca me pater meus dux virginitatis
mee tu es. Numquid irasceris in perpetuum aut perseverabis

infinez Ecce locuta es et fecisti mala et potuisti Et
prohibiti penitencie / Verbis superbie blasfemasti imple-
sti malas cogitaciones tuas et ostendisti contra virum forti-
tudinem tuam ut possis facere quod sermone tractasti
Et dixit dominus ad me in diebus Iozie regis Nunquid vidi-
sti que fecit aversatrix Israel Abyt sibimet super omnem
montem excelsum et sub omni ligno frondoso / et for-
nicata es ibi Et dixi Cum fecisset hec omnia Ad me
Revertere Et non est reversa Et vidit prevaricatrix soror
eius Iuda quia pro eo quod mechata esset aversatrix
Israel dimisissem eam / et dedissem ei libellum repudii
et non timuit prevaricatrix Iuda soror eius Sed abyt et
fornicata est etiam ipsa Facilitate fornicacionis sue / et
contaminavit terram et mechata est cum lapide / et cum li-
gno / et in omnibus hiis non est reversa ad me / prevaricatrix
soror eius Iuda in toto corde sed in mendacio ait dominus deus
Et dixit dominus ad me Iustificavit animam suam aversatrix
Israel comparatione prevaricatricis Iuda Vade et clama
sermones istos contra aquilonem et dices Revertere aver-
satrix Israhel ait dominus et non avertam faciem meam
a vobis / quia ego sanctus sum dicit dominus / et non irascar
in perpetuum / tamen scito iniquitatem tuam quia in dominum tuum
prevaricata es Et dispersisti vias tuas alienis sub omni
ligno frondoso / et vocem meam non audisti ait dominus
Convertimini filii revertentes dicit dominus / quia ego vir vester
Et assumam vos unum de civitate / et duos de cognacione
et introducam vos in Syon Et dabo vobis pastores iuxta
cor meum et pascent vos sciencia et doctrina Cumque
multiplicati fueritis / et creveritis in terra / in diebus illis
ait dominus Non dicent ultra archa testamenti domini / Neque
ascendet super cor Neque recordabuntur illius / nec visita-
bitur nec fiet In tempore illo vocabunt Ierusalem solium
domini / et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine
domini in Ierusalem / et non ambulabunt post pravitatem

cordis ſui peſſimi In diebus illis ibit domus iuda ad do-
mum yſrael et venient ſimul de terra aquilonis ad terram
quam dedi patribus veſtris Ego autem dixi quomodo ponam
te in filios, et tribuam tibi terram deſiderabilem hereditatem
preclaram domini exercituum Et dixi patrem vocabis me
et poſt me ingredi non ceſſabis Sed quomodo contemnit
mulier amatorem ſuum, ſic contempſit me domus yſrael
dicit dominus Vox in viis audita eſt ploratus et ululatus
filiorum yſrael, quoniam iniquam fecerunt viam ſuam obliti
ſunt domini dei ſui Convertimini filii revertentes et ſanabo
averſiones veſtras Ecce nos venimus ad te Tu enim es do-
minus deus noſter Vere mendaces erant colles multitudo mon-
cium Vere in domino deo noſtro ſalus yſrael Confuſio comedit
laborem patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra Greges eorum
et armenta eorum filios eorum et filias eorum Dormiemus
in confuſione noſtra, et operiet nos ignominia noſtra quoniam
domino deo noſtro peccavimus et nos et patres noſtri ab adoleſcentia
noſtra uſque ad hunc diem non audivimus vocem domini dei noſtri
Si reverteris ad me yſrael ait dominus, convertere IIII
Si abſtuleris offendicula tua a facie mea,
non commoveberis et iurabis vivit dominus in ve-
ritate et in iudicio et in iuſticia Et benedicent eum
gentes ipſumque laudabunt Hec enim dicit dominus viro iuda
et habitatori iheruſalem Novate vobis novale, et nolite ſe-
rere ſuper ſpinas Circumcidimini domino, et auferte
preputia cordium veſtrorum viri iuda et habitatores iheruſalem Ne
forte egrediatur ut ignis indignatio mea et ſuccendat, et
non ſit qui extinguat propter maliciam cogitacionum veſtrarum
Annunciate in iuda et in iheruſalem auditum facite loquimini
canite tuba in terra clamate fortiter et dicite Congre-
gamini et ingrediamur civitates munitas, levate ſignum
in ſyon, confortamini et nolite ſtare, quia malum ego
adduco ab aquilone et contricionem magnam Aſcendit leo

de cubili suo / pdo gentium se levabit. Egressus de loco suo
ut ponat terram tuam in solitudinem. Civitates tue vasta
buntur remanentes absque habitatore / super hoc accingite
vos ciliciis. plangite et ululate / quia non est aversa
ira furoris domini a vobis. Et erit in die illa dicit dominus
peribit cor regis et cor principum et obstupescent sacer
dotes / et prophete consternabuntur. Et dixi. heu. heu. heu.
domine deus. Ergo ne decepisti populum istum et Ierusalem
dicens. Pax erit vobis et ecce gladius usque ad animam.
In tempore illo dicetur populo huic et Ierusalem ventus urens
in viis que sunt in deserto vie filie populi mei. non ad ven
tilandum et ad purgandum. Spiritus plenus ex his veniet
mei. et nunc ego sed loquar iudicia mea cum eis. Ecce
quasi nubes ascendet et quasi tempestas. currus eius ve
lociores aquilis et equi illius. Ve nobis quoniam vastati
sumus. Lava a malicia cor tuum Ierusalem ut salva fias.
Usquequo morabuntur in te cogitaciones noxie. Vox enim annun
ciantis a dan et notum facientis ydolum de monte Effra
ym. Commemorate gentes. Ecce auditum est in Ierusalem custo
des venire de terra longinqua. et dare super civitates Iuda
vocem suam. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam
in gyro quia me ad iracundiam provocavit dicit dominus.
Vie tue et cogitaciones tue fecerunt hec tibi. Ista malicia
tua / quia amara quia tetigit cor tuum. Ventrem meum
doleo. ventrem meum doleo. Sensus cordis mei turbati
in me sunt in me non tacebo. quoniam vocem tube audivit
anima mea clamorem prelii. Contricio super contricionem
vocata est / et vastata omnis terra. Repente vastata sunt
tabernacula subito pelles mee. Usquequo videbo fugi
entes audiam vocem bucine / quasi stultus populus meus
me non cognovit. filii insipientes sunt et vecordes. Sa
pientes sunt ut faciant mala bene autem facere nescierunt. Aspe
xi terram et ecce vacua erat et nichili / et celos et non erat
lux in eis. Vidi montes et ecce movebantur / et omnes colles

conturbati sunt Intuitus sum et non erat homo et omne vola
tile celi recessit Aspexi et ecce carmelus desertus Et omnes
urbes destructe sunt a facie domini et a facie furoris
eius Hec enim dicit dominus Deserta erit omnis terra sed
tamen consummacionem non faciam Lugebit terra et merebunt
celi desuper eo quod locutus sum Cogitaui et non penituit
me nec auersus sum ab eo A voce equitis et mitten
tis sagittam fugit omnis ciuitas Ingressi sunt ardua
et ascenderunt rupes vniuerse urbes derelicte sunt et non
inhabitat in eis homo Tu autem vastata quid facies cum
vestieris te coccino cum ornata fueris monili aureo
et pinxeris stibio oculos tuos frustra componeris Contem
pserunt te amatores tui animam tuam querent Vocem enim
quasi parturientis audiui angustias ut puerpere Vox
filie syon intermorientis expandentisque manus suas
Ve mihi quia defecit anima mea propter interfectos

V.

Circuite vias Jherusalem et aspicite et considerate
et querite in plateis eius an inveniatis virum
facientem iudicium et querentem fidem et propicius
ero ei Quod si etiam viuit dominus dixerint et hoc falso iura
bunt Domine oculi tui respiciunt fidem percussisti eos
et non doluerunt attriuisti eos et renuerunt accipere disciplinam
Indurauerunt facies suas super petram Ego autem dixi forsitan
pauperes sunt et stulti ignorantes viam domini iudicium
dei sui Ibo igitur ad optimates et loquar eis Ipsi enim
cognouerunt viam domini et iudicium dei sui Et ecce magis
hij simul confregerunt iugum ruperunt vincula Idcirco
percussit eos leo de silua Lupus ad vesperam vastauit eos par
dus vigilans super ciuitates eorum Omnis qui egressus fuerit
ex eis capietur quia multiplicate sunt preuaricationes eorum
confortate sunt auersiones eorum Super quo tibi propicius esse
potero Filii tui dereliquerunt me et iurant in hijs qui non
sunt dij Saturaui eos et mechati sunt et in domo meretricis
luxuriabantur Equi amatores in feminas et emissarij facti sunt

unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat Numquid
super his non visitabo dicit dominus / et in gente tali / non ulci-
scetur anima mea Ascendite muros eius et dissipate
consummationem autem nolite facere Auferte propagines eius
Quia omnis calumnia in medio eius Sicut frigidam facit
cysterna aquam suam / sic frigidam facit malitiam suam
Iniquitas et vastitas audietur in terra coram me sem-
per infirmitas et plaga Erudire Ierusalem ne forte recedat
anima mea a te ne forte ponam te desertam terram
inhabitabilem haec dicit dominus exercituum Usque ad racemum colligent
colligent quasi in vinea reliquias Israel Converte manum
tuam quasi vindemiator ad cartallum Cui loquar et quem
contestabor ut audiat Ecce incircumcise aures eorum et
audire non possunt Ecce verbum domini factum est eis in
opprobrium et non suscipient illud Idcirco furore domini repletus
sum et laboravi sustinens Effundi super parvulum
foris / et super consilium iuvenum simul Vir enim cum uxore
capietur et senex cum pleno dierum et transibunt domus
eorum ad alteros agri et uxores pariter quia extendam
super habitantes terram dicit dominus A minore quippe usque
ad maiorem omnes avaritie student et a propheta usque ad
sacerdotem cuncti faciunt dolum / et curabant contritionem
filie populi mei cum ignominia dicentes pax pax et non
erat pax Confusi sunt qui abhominationem fecerunt Quin
potius confusione non sunt confusi et erubescere nescierunt
Quamobrem cadent inter ruentes In tempore visitationis
sue corruent dicit dominus State super vias et audite / et
interrogate de semitis antiquis que sit via bona / et
ambulate in ea / et invenietis refrigerium animabus vestris
et dixerunt Non ambulabimus Et constitui super vos specu-
latorem / audite vocem tube Et dixerunt Non audiemus
Ideo audite gentes congregatio et cognosce quanta faciam
eis Audi terra Ecce ego adducam mala super populum
istum / fructum cogitationum eius / quia verba mea non au-
dierunt / et legem meam proiecerunt Ut quid mihi thus

de Sabba affertis / et calamum suave olentem de terra
longinqua holocaustomata vestra non sunt accepta victime
vestre non placuerunt michi. Propterea hec dicit dominus deus
Ecce ego dabo in populum istum ruinas et ruent in eis
patres et filii simul vicinus et proximus et peribunt. Hec dicit
dominus deus. Ecce populus venit de terra aquilonis et gens
magna consurget a finibus terre. Sagittam et scutum arri-
piet / crudelis est et non miserebitur. Vox eius quasi mare
sonabit. Et super equos ascendent preparati quasi vir ad prelium
et adversum te filia Syon. Audivimus famam eius dissolu-
te sunt manus nostre / tribulatio apprehendit nos dolo-
res ut parturientem. Nolite exire ad agros / et in via
ne ambuletis quoniam gladius inimici pavor in circuitu.
Filia populi mei accingere cilicio / et conspergere cinere luctum
unigeniti fac tibi planctum amarum. Quia repente veniet
vastator super nos. Probatorem dedi te in populo meo ro-
bustum / et scies et probabis viam eorum. Omnes isti principes
declinantes ambulantes fraudulenter non sunt docti. Pre-
varicatione enim prevaricata est in me domus Israel et do-
mus Juda ait dominus. Negaverunt dominum et dixerunt non
est ipse neque veniet super nos malum. Gladium et famem
non videbimus. Prophete fuerunt in ventum locuti et responsum
non fuit in eis. Hec ergo evenient illis. Hec dicit dominus
deus exercituum. Quia locuti estis verbum istud. Ecce ego
do verba mea in ore tuo in ignem et populum istum in ligna
et vorabit eos. Ecce ego adducam super vos gentem de lon-
ginquo domus Israel ait dominus gentem robustam. gentem
antiquam / gentem cuius ignorabis linguam nec intelliges
quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulcrum patens. Uni-
versi fortes comedent segetes tuas. et panem tuum de-
vorabit / filios tuos et filias tuas comedet. Gregem
tuum et armenta tua comedet et vineam tuam et ficum
tuam et conteret urbes munitas tuas in quibus tu habes
fiduciam gladio. Verumtamen in diebus illis ait dominus. Non

faciet vos in consumacionem Et si dixeritis Quare nobis
fecit dominus deus noster hec omnia Dices ad eos Sicut dere
liquistis me et ~~seruistis deo alieno~~ seruiuistis deo ali
eno in terra vestra Sic seruietis diis alienis in terra non
vestra Annunciate hec domui iacob et auditum facite
iuda dicentes Audi popule stulte qui non habes cor qui
habentes oculos non videtis et aures et non auditis Me
ergo non timebitis ait dominus et a facie mea non dolebitis
qui posui arenam terminum mari preceptum sempiternum quod non
preteribit et commouebuntur et non poterunt et
intumescent fluctus eius et non transibunt illud Popu
lo autem huic factum est cor incredulum et exasperans Re
cesserunt et abierunt et non dixerunt in corde suo Me
tuamus dominum deum nostrum qui dat nobis pluuiam tempo
raneam et serotinam in tempore suo plenitudinem
annue messis custodientem nobis Iniquitates vestre
declinauerunt hec et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis
qui inuenti sunt in populo meo impii insidiantes quasi
aucupes laqueos ponentes et pedicas ad capiendos
viros Sicut decipula plena auibus sic domus eorum ple
ne dolo Ideo magnificati sunt et ditati incrassati
et impinguati et preterierunt sermones meos pessime
Causam vidue non iudicauerunt Causam ~~pupilli~~ pupilli
non direxerunt et iudicium pauperum non iudicauerunt Num
quid super hiis non visitabo dicit dominus aut super gentem
huiuscemodi non ulciscetur anima mea Stupor et
mirabilia facta sunt in terra ~~[illegible]~~ Prophetabant men
dacium et sacerdotes applaudebant manibus suis Et
populus meus dilexit talia quid igitur fiet in nouissimo

VI Confortamini filii beniamin in medio ierusalem et in thecua clangite buccina et super bethacarem le
uate vexillum quia malum visum est ab aquilone
et contricio magna Speciose et delicate assimilaui
filiam syon ad eam venient pastores et greges

eorum fixerunt in ea tentoria in circuitu Pascet unusquisque
eos qui sub manu sua sunt Sanctificate super eam bellum
consurgite et ascendamus in meridie Ve nobis quia decli-
navit dies quia longiores facte sunt umbre vesperi
Surgite et ascendamus in nocte et dissipemus domos
eius Quia hec dicit dominus exercituum Cedite lignum eius
et fodite circa Ierusalem aggerem hec est civitas visitationis
Es et ferrum universi sunt corrupti defecit sufflatorium
in igne consumptum est plumbum frustra conflavit confla-
tor malicie enim non sunt consumpte Argentum reprobum
vocate eos quia dominus proiecit illos.

VII

Verbum quod factum est a domino ad Ieremiam
dicens Sta in porta domus domini et predica
ibi verbum istud et dic Audite verbum domini omnis
Iuda qui ingredimini per portas has ut adoretis dominum
Hec dicit dominus exercituum deus Israel Bonas facite vias ve-
stras et studia vestra et habitabo vobiscum in loco isto No-
lite confidere in verbis mendacii dicentes Templum domini
Templum domini templum domini est Quoniam si bene direxeritis
vias vestras et studia vestra si feceritis iudicium inter
virum et proximum eius advene et pupillo et vidue non
feceritis calumniam nec sanguinem innocentem effude-
ritis in loco hoc et post deos alienos non ambulaveritis
in malum vobis met ipsis habitabo vobiscum in loco isto in
terra quam dedi patribus vestris a seculo usque in seculum
Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacii que non pro-
derunt vobis furari occidere adulterari iurare men-
daciter libare Baalim et ambulare post deos alienos
quos ignoratis et venistis et stetistis coram me in
domo hac in qua invocatum est nomen meum et dixistis
liberati sumus eo quod fecerimus abhominationes istas Nunquid er-
go spelunca latronum facta est domus ista in qua invo-
catum est nomen meum in oculis vestris Ego ego sum
ego vidi dicit dominus Ite ad locum meum in Sylo ubi ha-
bitavit nomen meum in principio et videte quid fecerim

eis ppr maliciam ppli mei isrl. Et nūc quia fecistis oīa
hec dt dn̄s / et locutus sū ad vos mane consurgēs et lo
quēs et nō audistis / et vocavi vos et nō respondistis
faciam domui huic in qua invocatū est nomē meū
et in qua vos habetis fiduciam / et loco quē dedi vobis
et patribus vr̄is / sicut feci Sylo / et proiciam vos a facie
mea / sicut proieci om̄s fr̄es vr̄os universū semen
effraym Tu ergo noli orare pro ppl̄o hoc / nec assumas
pro eis laudē et orōm et nō obsistas m / quia nō ex
audiam te Nōne vides quid isti faciūt in civitatibus
iuda et in plateis ihrlm Filij colligūt ~~adipē ut fa~~
~~ciāt~~ ligna / et p̄res succendūt ignē / et mulieres cōsper
gūt adipem ut faciāt placentas regine celi / et li
bent dijs alienis / et me ad iracūdiam provocēt Num
quid me ad iracūdiam provocāt dicit dn̄s Nōne semet
ipsos in cōfusione vultus sui Pro hec dt dn̄s ds̄ Ecce
furor meus / et indignacio mea conflat̄ sup locū istū
sup viros et sup iumēta / et sup lignū regionis /
et sup fruges terre et succendet̄ et nō extinguet̄
hec dt dn̄s ds̄ exercituū deus isrl̄ Holocaustomata
vr̄a addite victimis vr̄is / et comedite carnes quia nō
sum locutus cū patribus vr̄is / et nō p̄cepi eis in die q̄
eduxi eos de terra Egypti / de verbo holocaustomatū
et victimarū Sed hoc verbū p̄cepi eis dicēs Audite
vocē meā et ero vobis deus / et vos eritis m populus
et ambulate in omni via quā mandavi vobis ut bn̄
sit vobis / et nō audierūt nec inclinaverūt aurem
suam / sed abierūt in voluptatibus suis et pravitate
cordis sui mali factiq3 sūt retrorsum / et nō ante a die
qua egressi sūt p̄res eorū de terra Egypti usq3 ad diē
hanc Et misi ad vos om̄s servos meos p̄phetas p dic
consurgēs diluculo / et mittēs / et non audierūt nec
inclinaverūt aurē suā / sz induraverūt cervicem
et peius operati sunt quam p̄res eorū Et dices

loqueris ad eos omnia verba hec / et nō audient te / et
vocabis eos et nō respondebunt tibi Et dices ad eos Hec
est gens que nō audivit vocē domini dei sui · nec
recepit disciplinā · periit fides et ablata ē de ore eorum
Tonde capillum tuū et proice / et sume in directum pla
ctum Quia proiecit dominus et reliquit generacionē furo
ris sui Quia fecerunt filij iuda malum in oculis meis
dicit dominus Posuerunt offendicula sua in domo in qua invo
catum est nomē meū ut pollueret eam et edificaverunt
excelsa topheth / qui est in valle filij ennon ut incen
derent filios suos et filias igni que nō precepi nec
cogitavi in corde meo Ideo ecce dies venient dicit dominus
et nō dicetur amplius topheth / et vallis filij ennon
sed vallis interfectionis / et sepelient in Topheth eo quod nō
sit locus Et erit morticinum populi huius in cibum et volucribus
celi et bestijs terre / et nō erit qui abigat Et quiescere
faciam de urbibus iuda / et de plateis Ierusalem vocem
gaudij et vocē leticie vocē sponsi et vocem sponse
In tempore illo ait In desolacione enim erit terra VIII
dominus eicient ossa regis iuda · et ossa principum
eius et ossa sacerdotum / et ossa prophetarum et ossa
eorum qui habitaverunt Ierusalem de sepulcris suis et pan
dent ea ad solem et lunam / et omnē miliciam
celi que dilexerunt et quibus servierunt / et post que
ambulaverunt et que quesierunt et adoraverunt Non
colligentur et nō sepelientur In sterquilinium super faciem
terre erunt et eligent magis mortem quam vitam / omnes
qui residui fuerint · de cognacione hac pessima
in universis locis que derelicta sunt ad que eieci eos
dicit dominus exercituum Et dices ad eos Hec dicit dominus Nunquid
qui cadit nō resurget / et qui aversus est nō reuer
tetur Quare ergo aversus est populus iste in Ierusalem
aversione contenciosa Apprehenderunt mendacium et
noluerunt reverti Attendi et auscultavi Nemo

quod bonum est loquuntur. Nullus est qui agat penitentiam super
peccato suo dicens: Quid feci? Omnes conversi sunt ad cursum
suum, quasi equus vadens ad prelium in impetu. Milvus
in celo cognovit tempus suum; turtur et hyrundo et ci-
conia custodierunt tempus adventus sui; populus autem meus
non cognovit iudicium domini. Quomodo dicitis: Sapientes
nos sumus, et lex domini nobiscum est? Vere mendacium
operatus est stilus mendax scribarum. Confusi sunt sapien-
tes, perterriti et capti sunt; verbum domini proiecerunt, et
sapientia nulla est in eis. Propterea dabo mulieres
eorum exteris, agros eorum heredibus, quia a minimo
usque ad maximum omnes avariciam sequuntur; a propheta
usque ad sacerdotem omnes faciunt mendacium. Et sanabant
contritionem filie populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax,
pax; cum non esset pax. Confusi sunt quia abhominati
sunt. Quinimmo confusione non sunt confusi. Et erubescere
nescierunt. Ideo cadent inter corruentes; in tempore
visitationis sue corruerunt, dicit dominus. Congregans con-
gregabo eos, dicit dominus. Non est uva in vitibus, et non
est ficus in ficulnea; folium defluxit; et dedi eis que
pretergressa sunt. Quare sedemus? Convenite et ingrediamur
civitatem munitam et sileamus ibi, quia dominus noster silere
nos fecit, et potum dedit nobis fellis aque; peccavi-
mus enim domino. Expectavimus pacem, et non erat bonum;
tempus medele, et ecce formido. A Dan auditus est
fremitus equorum eius; a voce hinnituum pugnatorum
eius commota est omnis terra; et venerunt et devorave-
runt terram et plenitudinem eius, urbem et habitatores eius.
Quia ecce ego mittam vobis serpentes pessimos, quibus
non est incantatio, et mordebunt vos, ait dominus. Dolor
meus super dolorem, in me cor meum merens. Et ecce
vox clamoris filie populi mei de terra longinqua: Numquid
non dominus est in Syon, aut rex eius non est in ea? Qua-
re ergo me ad iracundiam concitaverunt in sculptilibus
suis et in vanitatibus alienis? Transiit messis, finita est

estas et nos saluati non sumus Super contritione filie populi mei
contritus sum et contristatus Stupor obtinuit me Numquid
resina non est in Galaath aut medicus non est ibi
Quare igitur non est abducta cicatrix filie populi mei
Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fon
tem lacrimarum et plorabo die ac nocte interfectos
filie populi mei Quis dabit me in solitudine
diversorium viatorum et derelinquam populum meum et recedam
ab eis quia omnes adulteri sunt cetus prevaricatorum et ex
tenderunt linguam suam quasi arcum mendacii et non
veritatis Confortati sunt in terra quia de malo ad malum
egressi sunt et me non cognoverunt dicit dominus Unusquisque se
a proximo suo custodiat et in omni fratre suo non habeat
fiduciam Quia omnis frater supplantans supplantabit et
omnis amicus fraudulenter incedet et vir fratrem deridebit
et veritatem non loquentur Docuerunt enim linguam suam loqui
mendacium ut inique agerent laboraverunt Habitatio tua
in medio doli In dolo renuerunt me scire dicit dominus
Propterea hec dicit dominus exercituum Ecce ego conflabo et pro
babo eos Quid enim aliud faciam a facie filie populi mei Sa
gitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est In ore suo
pacem cum amico loquitur et occulte ponit ei insidias
Numquid super his non visitabo dicit dominus aut in gentem
huiuscemodi non ulciscetur anima mea Super montes
assumam fletum ac lamentum et super speciosa deserti
planctum Quoniam incensa sunt eo quod non sit vir pertran
siens et non audierunt vocem possidentis A volucre celi
usque ad pecora transmigraverunt et recesserunt et dabo Ierusalem
in acervos arene et cubilia draconum Et civitates Iuda
dabo in desolationem eo quod non sit habitator Quis est vir sapiens
qui intelligat hoc et ad quem verbum oris domini fiat ut
annunciet istud Quare perierit terra et usta sit quasi desertum
eo quod non sit qui pertranseat Et dixit dominus Quare dereliquerunt
legem meam quam dedi eis et non audierunt vocem meam
et non ambulaverunt in ea et abierunt post pravitatem cor
dis sui et post Baalim quos didicerunt a patribus suis

IX

Ideo hec dicit dominus exercituum deus Israhel Ecce ego cibabo
eos populum istum absinthio et potum dabo eis aquam fellis et
dispergam eos in gentibus quas non noverunt ipsi et patres eorum
Et mittam post eos gladium donec consumantur Hec dicit dominus
exercituum Contemplamini et vocate lamentatrices et veniant
Et ad eas que sapientes sunt mittite Et properent festinent et
assumant super vos lamentum Deducant oculi vestri lacrimas
et palpebre vestre defluant aquis quia vox lamentationis
audita est de Syon Quomodo vastati sumus et confusi ve
hementer quia dereliquimus terram quoniam deiecta sunt taber
nacula nostra Audite ergo mulieres verbum domini et assumat au
res vestre sermonem oris eius et docete filias vestras lamen
tum et unaqueque proximam suam planctum quia ascendit
mors per fenestras vestras ingressa est domos vestras disperdere
parvulos deforis iuvenes de plateis Loquere hec dicit
dominus et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem
regionis et quasi fenum post tergum metentis et non est qui
colligat Hec dicit dominus Non glorietur sapiens in sapientia sua
et non glorietur fortis in fortitudine sua et non glorietur
dives in divitiis suis Sed in hoc glorietur scire et nosse
me Quia ego sum dominus qui facio misericordiam et iudicium
et iustitiam in terra hec enim placent michi dicit dominus
Ecce dies veniunt dicit dominus et visitabo super omnem qui
mitiasid habet preputium super Egyptum et super iudam et
super edom et super filios Amon et super moab et super
omnes qui attonsi sunt in comam habitantes in deserto
quia omnes gentes habent preputium Omnis autem domus israel incircumcise
X Audite verbum quod locutus est et cis sunt corde
dominus super vos domus Israhel hec dicit dominus
Iuxta vias gentium nolite discere et a signis ce
li nolite metuere que timent gentes quia leges populorum
vane sunt Quia lignum de saltu precidit opus manuum
artificis in ascia argento et auro decoravit illud clavis
et malleis compegit ut non dissolvatur In similitudinem pal
me fabricata sunt et non loquentur Portata tollentur quia
incedere non valent Nolite ergo timere ea quia nec male

potest facere nec bene Non est similis tui domine magnus tu et ma
gnum nomen tuum in fortitudine Quis non timebit te o rex
gentium Tuum est enim decus inter cunctos sapientes gentium
et in universis regnis eorum Nullus est similis tui Pariter insipi
entes et fatui probabuntur Doctrina vanitatis eorum lignum
est argentum involutum de tharsis affertur et aurum de ofaz
opus artificis et manus erarii Jacinctus et purpura indumen
tum eorum opus artificum universa hec Dominus autem deus
verus est ipse deus vivens et rex sempiternus ab indignatione
eius commovebitur terra et non sustinebunt gentes com
minationem eius Sic ergo dicetis eis Dii qui celos et terram
non fecerunt pereant de terra et de hiis que sub celo sunt
Qui facit terram in fortitudine sua preparat orbem in sapientia
sua et prudentia sua extendit celos Ad vocem suam dat
multitudinem aquarum in celo et elevat nebulas ab ex
tremitatibus terre fulgura in pluviam facit et educit
ventum de thesauris suis Stultus factus est omnis homo
a scientia sua Confusus est omnis artifex in sculptili
quoniam falsum est quod conflavit et non est spiritus in eis Va
na sunt et opus risu dignum In tempore visitationis
sue peribunt Non his similis est pars Jacob Qui enim formavit
omnia ipse est et Israel hereditatis eius dominus exercituum
nomen illi Congrega de terra confusionem tuam que
habitas in obsidione Quia hec dicit dominus Ecce ego lon
ge proiciam habitatores terre in hac vice et tribulabo
eos ita ut veniant Ve michi super contritione mea pessima
plaga mea Ego autem dixi plane hec infirmitas mea
est et portabo illam Tabernaculum meum vastatum est
Omnes funiculi mei dirupti sunt filii mei exierunt
a me et non subsistunt Non est qui extendat ultra ten
torium meum et erigat pelles meas Quia stulte egerunt
pastores et dominum non quesierunt propterea non intellexerunt
et omnis grex eorum dispersus est Vox auditionis ecce
venit et commotio magna de terra aquilonis ut ponat
civitates iuda in solitudinem et habitacula draconum Scio

Domine quia non est hominis via eius Nec viri est ut am
bulet et dirigat gressus suos Corripe me domine verum
tamen in iudicio et non in furore tuo ne forte ad nich
ilum redigas me Effunde indignationem tuam super gen
tes que non cognoverunt te et super provincias que no
men tuum non invocaverunt quia comederunt iacob et
devoraverunt eum et consumpserunt eum et opus eius dissipa
XI Verbum quod factum est a domino ad iere uerunt xi
miam dicens Audite verba pacti huius
et loquimini ad viros iuda et habitatores ierusalem
Et dices ad eos Hec dicit dominus deus israel Maledictus vir
qui non audierit verba pacti huius quod precepi patribus
vestris in die qua eduxi vos de terra egypti de fornace
ferrea dicens Audite vocem meam et facite omnia que
precepi vobis Et eritis mihi in populum et ego ero vobis in
deum Ut suscitem iuramentum quod iuravi patribus
vestris Daturum me eis terram fluentem lacte et melle
sicut est dies hec Et respondi et dixi amen domine
Et dixit dominus ad me Vociferare omnia verba hec in civi
tatibus iuda et foris ierusalem dicens Audite verba pacti
huius et facite illa Quia contestans contestatus sum patres
vestros in die qua eduxi vos de terra egypti usque ad
diem hanc mane consurgens contestatus sum et dixi
Audite vocem meam et non audierunt nec inclinaverunt
aurem suam sed abierunt unusquisque in pravitate cor
dis sui mali Et induxi super eos omnia verba pacti
huius quod precepi ut facerent et non fecerunt Et
dixit dominus ad me Inventa est coniuratio in viris
iuda et in habitatoribus ierusalem Reversi sunt ad iniquitates
patrum suorum priorum qui noluerunt audire verba mea
Et hii ergo post deos alienos abierunt ut servirent eis
Irritum fecerunt domus israel et domus iuda pactum
meum quod pepigi cum patribus eorum Quamobrem
hec dicit dominus Ecce ego inducam super eos mala de quibus
exire non poterunt Et clamabunt ad me et non exaudiam

eos Et ibunt ciuitates Juda et habitatores Jherusalem et
clamabunt ad deos quibus libant / et non saluabunt eos in
tempore afflictionis eorum Secundum numerum ciuitatum
tuarum erant dy tui Juda et secundum numerum viarum
tuarum Jherusalem posuisti aras confusionis aras ad liban-
dum Baalim Tu ergo noli orare pro populo hoc / et ne
assumas pro eis laudem et orationem / quia non audiam
in tempore clamoris eorum ad me in tempore afflictionis eorum
Quid est quod dilectus meus in domo mea facit sce-
lera multa Numquid carnes sancte auferent a te ma-
licias tuas in quibus gloriata es Oliuam uberem pul-
cram fructiferam speciosam vocauit dominus nomen
tuum / ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea / et
combusta sunt fructifera eius Et dominus exercituum qui
plantauit te locutus est super te malum pro malis
domus Israel et domus Juda que fecerunt sibi ad irri-
tandum me libantes Baalim Tu autem domine demonstrasti
michi et cognoui Tu ostendisti michi studia eorum et ego quasi
agnus mansuetus qui portatur ad victimam et non
cognoui / quia cogitauerunt super me consilia mittamus
lignum in panem eius et eradamus eum de terra
viuencium / et nomen eius non memoretur amplius Tu
autem domine sabbaoth / qui iudicas iuste et probas
renes et corda videam vlcionem tuam ex eis Tibi enim
reuelaui causam meam Propterea hec dicit dominus ad
viros Anathoth / qui querunt animam tuam / et dicunt / Non
prophetabis in nomine domini et non morieris in manibus
nostris Propterea hec dicit dominus exercituum Ecce ego visitabo
super eos Juuenes morientur in gladio filii eorum et
filie eorum morientur in fame et reliquie non erunt ex
eis Inducam enim malum super viros Anathoth annum
visitacionis eorum · xij ·

XII

Justus quidem tu es domine si disputem tecum
Verumtamen iusta loquar ad te Quare via im-
piorum prosperatur Bene est omnibus qui pre

[illegible]

uaricantur et inique agunt plantasti eos et radicem mi-
serunt proficiunt et faciunt fructum prope es tu ori eorum et re-
nibus eorum Et tu domine nosti me vidisti me et probasti
cor meum tecum Congrega eos quasi gregem ad victimam
et sanctifica eos in die occisionis Usque lugebit terra
et herba omnis regionis siccabitur propter maliciam habi-
tancium in ea consumptum est animal et volucre Quoniam
dixerunt non videbit novissima nostra Si cum peditibus
currens laborasti quomodo poteris contendere cum equis
Cum autem in terra pacis securus non fueris quid facies
in superbia Iordanis Nam et fratres tui et domus patris
tui etiam ipsi pugnaverunt adversus te Et clamaverunt
post te plena voce Ne credas eis cum locuti fuerint tibi
bona Reliqui domum meam dimisi hereditatem meam
dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius Facta
est mihi hereditas mea quasi leo in silva Dedit contra me
vocem Ideo odivi eam Numquid avis discolor hereditas
mea michi Numquid avis tincta per totum Venite co-
gregamini omnes bestie terre properate ad devorandum Pasto-
res multi demoliti sunt vineam meam Conculcaverunt partem
meam dederunt portionem meam desiderabilem in desertum so-
litudinis Posuerunt eam in dissipationem luxitque super me
Desolatione desolata est omnis terra quia nullus est qui
recogitet corde Super omnes vias deserti venerunt omnes
vastatores terre quia gladius domini devorabit ab extremo
terre usque ad extremum eius Non est pax universe carni Se-
minaverunt triticum et messuerunt spinas hereditatem acce-
perunt et non eis proderit Confundemini a fructibus vestris
propter iram furoris domini Hec dicit dominus adversum omnes
vicinos meos pessimos qui tangunt hereditatem quam distri-
bui populo meo Israhel Ecce ego evellam eos de terra
sua Et domum Iuda evellam de medio eorum Et cum evel-
lero eos convertar et miserebor eorum Et reducam eos
virum ad hereditatem suam et virum in terram suam Et erit
Si eruditi didicerint vias populi mei ut iurent in nomine
meo Vivit dominus sicut docuerunt populum meum iurare in
Baal Edificabuntur in medio populi mei Quod si non audierint

Euellam gentem illam euulsione et perditione ait dominus
Hec dicit dominus ad me Vade et posside tibi XIII
lumbare lineum et pone illud super lumbos tuos
et in aquam non inferes illud Et possedi lum-
bare iuxta verbum domini et posui circa lumbos meos et fac-
tus est sermo domini ad me secundo dicens Tolle lumbare
quod possedisti quod est circa lumbos tuos et surgens va-
de ad Eufraten et absconde illud ibi in foramine petre
Et abii et abscondi illud in Eufraten sicut preceperat mi-
chi dominus Et factum est post dies plurimos dixit dominus ad me Sur-
ge vade ad Eufraten et tolle ibi lumbare quod precepi
tibi ut absconderes illud ibi Et abii ad Eufraten et
effodi ibi et tuli ibi lumbare de loco ubi absconderam
illud Et ecce computruerat lumbare ita ut nullo usui
aptum esset Et factum est verbum domini ad me dicens Hec dicit
dominus Sic computrescere faciam superbiam Iuda et superbiam
Ierusalem multam populum istum pessimum qui nolunt au-
dire verba mea et ambulant in pravitate cordis sui Abi-
erunt post deos alienos ut servirent eis et adorarent eos
Et erunt sicut lumbare istud quod nullo usui aptum est
Sicut enim adheret lumbare ad lumbos viri sic agglu-
tinavi michi omnem domum Israhel et omnem domum Iuda
dicit dominus ut essent michi in populum et in nomen in lau-
dem et in gloriam et non audierunt Dices ergo ad eos
sermonem istum Hec dicit dominus deus Israel Omnis la-
guncula implebitur vino Et dicent ad te Numquid igno-
ramus quia omnis laguncula implebitur vino Et dices ad
eos Hec dicit dominus Ecce ego implebo omnes habitatores ter-
re huius et reges qui sedent de stirpe David super thronum
eius et sacerdotes et prophetas et omnes habitatores Ierusalem
ebrietate et dispergam eos virum a fratre suo et patres et filios
pariter ait dominus Non parcam et non concedam neque misere-
bor ut non disperdam eos Audite et auribus percipite no-
lite elevari quia dominus locutus est Date domino deo vestro gloriam
antequam tenebrescat et antequam offendant pedes vestri ad montes

caliginosos expectabitis lucem et ponet eam in umbram
mortis et in caliginem. Quod si non hoc non audieritis in
abscondito plorabit anima mea a facie superbie plorans
plorabit et deducet oculus meus lacrimam quia captus est
grex domini. Dic regi et dominatrici humiliamini sedete quoniam
de capite vestro descendet corona glorie vestre. Civitates austri
clause sunt et non est qui aperiat. Translata est omnis Iu-
da transmigratione perfecta. Levate oculos vestros et videte
qui venitis ab aquilone. Ubi est grex qui datus est tibi
pecus inclitum tuum quid dices cum visitaverit te. Tu enim
docuisti eos adversum te et erudisti in caput tuum. Numquid
non dolores apprehendent te quasi parturientem
mulierem. Quod si dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi
hec. Propter multitudinem iniquitatis tue revelata sunt vere-
cundiora tua polluta sunt plante tue. Si mutare potest
Ethyops pellem suam aut pardus varietates suas et
vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et dissipabo
eos quasi stipulam que vento raptatur in deserto. Hec sors
tua parsque mensure tue a me dicit dominus. Quia oblita
es mei et confisa es in mendacio. Et ego nudavi femora
tua contra faciem tuam et apparuit ignominia tua ad-
ulteria tua et hynnitus tuus scelus fornicationis tue super
colles in agro vidi abhominationes tuas. Ve tibi Ierusalem
non mundaberis post me usque adhuc. XIIII

XIIII Quod factum est verbum domini ad Ieremiam de
sermonibus siccitatis. Luxit Iudea et porte eius
corruerunt et obscurate sunt in terra et clamor
Ierusalem ascendit. Maiores miserunt minores suos ad aquam
venerunt ad hauriendum et non invenerunt aquam. Reporta-
verunt vasa sua vacua et confusi sunt et afflicti et operu-
erunt capita sua. Propter terre vastitatem quia non venit
pluvia in terra. Confusi sunt agricole operuerunt capita
sua. Nam et cerva in agro peperit et reliquit quia non
erat herba. Et onagri steterunt in rupibus traxerunt
ventum quasi dracones. Defecerunt oculi eorum quia non erat
herba. Si iniquitates nostre responderint nobis domine fac propter
nomen tuum quia multe sunt aversiones nostre tibi peccavimus

Expectatio israhel salvator eius in tempore tribulationis Quare
quasi colonus futurus es in terra et quasi viator declinans
ad manendum Quare futurus es quasi vir vagus vagus ut
fortis qui non potest salvare Tu autem in nobis es domine et
nomen tuum invocatum est super nos Ne derelinquas nos
Hec dicit dominus populo huic qui dilexit movere pedes su-
os et non quievit et domino non placuit Nunc recordabitur
iniquitatem eorum et visitabit peccata eorum Et dixit dominus ad
me Noli orare pro populo isto in bonum Cum ieiu-
naverint non exaudiam preces eorum et si etiam obtulerint ho-
locausta et victimas non suscipiam ea Quoniam gladio
et fame et peste ego consumam eos Et dixi a a a
domine deus Prophete dicunt eis Non videbitis gladium
et fames in vobis non erit sed pacem veram dabit in loco
isto Et dixit dominus ad me Falso prophete vaticinantur
in nomine meo Non misi eos et non precepi eis neque
locutus sum ad eos Visionem mendacem et divinationem
fraudulentam et seductionem cordis sui prophetant vobis
Ideo hec dicit dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo
quos ego non misi dicentes Gladius et fames non erit
in terra hac In gladio et fame consumentur prophete illi
Et populi quibus prophetant erunt proiecti in viis ierusalem
pre fame et gladio et non erit qui sepeliat eos Ipsi
et uxores eorum filii et filie eorum et effundam super eos
malum suum Et dices ad eos verbum istud Deducant oculi
mei lacrimas per noctem et diem et non taceant Quoniam
contritione magna contrita est virgo filia populi mei pla-
ga pessima vehementer Si egressus fuero ad agros
ecce occisi gladio et si introiero civitatem ecce attenu-
ati fame propheta quoque et sacerdos abierunt in terram
quam ignorabant Numquid proiciens abiecisti iu-
dam aut syon abhominata est anima tua Quare ergo per-
cussisti nos ita ut nulla sit sanitas Expectavimus
pacem et non est bonum et tempus curationis et ecce
turbatio Cognovimus domine impietates nostras iniquitates

ptrum nrorum / quia peccavimus tibi Ne nos des in opprobrium
propter nomen tuum neque facias nobis contumeliam solii glorie
tue recordare ne irritum facias fedus tuum nobiscum
Numquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant aut celi
possunt dare ymbres Nonne tu es dominus deus noster / quem expec-
tavimus Tu enim fecisti omnia hec. xv.

XV.

Et dixit dominus ad me Si steterit Moyses et
Samuel coram me non est anima mea ad populum
istum Eice illos a facie mea et egrediantur
Quod si dixerint ad te Quo egrediemur dices ad eos Hec
dicit dominus Qui ad mortem ad mortem et qui ad gladium
ad gladium et qui ad famem ad famem et qui ad captivitatem
ad captivitatem Et visitabo super eos quatuor species dicit dominus
gladium ad occisionem et canes ad lacerandum et volatilia ce-
li et bestias terre ad devorandum et dissipandum Et dabo eos
in furorem universis regnis terre propter Manassem filium Eze-
chie regis Juda super omnibus que fecit in Jerusalem Quis enim
miserebitur tui Jerusalem Aut quis contristabitur pro te Aut quis
ibit ad rogandum pro pace tua Tu reliquisti me dicit dominus
retrorsum abisti Et extendam manum meam super te / et
interficiam te / laboravi rogans Et dispergam eos ventilabro
In portis terre interfeci et disperdidi populum meum / et tamen
a viis suis non sunt reversi Multiplicate sunt mihi vidue
eius super arenam maris / et induxi eis super matrem adole-
scentis vastatorem meridie misi super civitates terrorem
repente Infirmata est que peperit vii defecit anima eius
occidit ei sol cum adhuc esset dies Confusa est / et eru-
buit Et residuos eius in gladium dabo in conspectu inimico-
rum eorum ait dominus Ve mihi mater mea / quare genuisti me
virum rixe virum discordie in universa terra Non feneravi
nec feneravit mihi quisquam Omnes maledicunt mihi dicit dominus
Si non reliquie tue in bonum Si non occurri tibi in tempore
afflictionis et in tempore tribulationis et angustie adversus inimicum
Numquid federabitur ferrum ferro ab aquilone et es Divi-
tias tuas et thesauros in direptionem dabo gratis in omnibus

moyses ps xcix. fama in
re quam habent pre ceteris velut
de anterioribus prophetis ad
exaudiendum precem moyses
et samuel. tamen comparantur
eleganter quia nominantur
quod tamen specialem agnoscimus
pro eius que et dilexerunt
inimicos propter iniurias
multa perpessi sunt conditio-
nis namque ambo maxime
ca orationem quidam que pro
inimicis est mirabile initium
vij et ipse met [illegible]
dicit orate pro persequentibus
vos [illegible]
adorandum [illegible]
[illegible]
[illegible]
moysen et samuelem
orasse pro adversantibus
invenimus et

peccatis tuis et in omnibus terminis tuis. Et adducam
inimicos tuos de terra quam nescis, quia ignis succen-
sus est in furore meo super vos ardebit. Tu scis domine
recordare mei et visita me ab hiis qui persequuntur me
Noli in patientia tua suscipere me. Scito quoniam sustinui propter
te opprobrium. Inventi sunt sermones tui et comedi
eos. Et factum est mihi verbum tuum in gaudium et in letitiam cordis
mei, quoniam invocatum est nomen tuum super me domine deus
exercituum. Non sedi in concilio ludentium et gloriatus sum
a facie manus tue. Solus sedebam quoniam comminatione reple-
visti me. Quare factus est dolor meus perpetuus et pla-
ga mea desperabilis renuit curari. Facta est mihi quasi
mendacium aquarum infidelium. Propter hoc hec dicit dominus
Si converteris convertam te et ante faciem meam stabis
et si separaveris pretiosum a vili quasi os meum eris. Conver-
tentur ipsi ad te et tu non converteris ad eos. Et dabo te
populo huic in murum ereum fortem. Et bellabunt adversum
te et non prevalebunt quia ego tecum sum ut salvem te
et eruam te dicit dominus. Et liberabo te de manu pessimorum
et redimam te de manu fortium. xvj.

XVI Et factum est verbum domini ad me dicens. Non XVI
accipies uxorem et non erunt tibi filii et filie in
loco isto. Quia hec dicit dominus super filios et fi-
lias qui generantur in loco isto et super matres eorum que
genuerunt eos et super patres eorum de quorum stirpe
sunt nati in terra hac. Mortibus egrotationum (egrotacionum) morientur
non plangentur et non sepelientur. In sterquilinium super
faciem terre erunt et gladio et fame consumentur et erit
cadaver eorum in escam volatilibus celi et bestiis terre.
Hec enim dicit dominus. Ne ingrediaris domum convivii neque
vadas ad plangendum neque consoleris eos quia abstuli
pacem meam a populo isto dicit dominus misericordiam et mise-
rationes. Et morientur grandes et parvi in terra ista.
Non sepelientur neque plangentur et non se incident

Nec caluicium fiet pro eis Et non frangent inter eos lugenti
panem ad consolandum super mortuo et non dabunt eis
potum calicis ad consolandum super mortuo patre suo et matre
Et domum conuiuii non ingredieris ut sedeas cum eis et co-
medas et bibas Quia hec dicit dominus exercituum deus israel
Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris in diebus vestris
vocem gaudii et vocem leticie et vocem sponsi et vocem sponse
Et cum annunciaueris populo huic omnia verba hec Et dixerint tibi
Quare locutus est dominus super nos omne malum grande istud
Que iniquitas nostra Aut quod peccatum nostrum quod peccauimus
domino deo nostro dices ad eos Quia dereliquerunt patres vestri
me ait dominus et abierunt post deos alienos et seruierunt
eis et adorauerunt eos et me dereliquerunt et legem meam
non custodierunt Sed et vos peius operati estis quam patres
vestri Ecce enim vnusquisque ambulat post prauitatem cordis
sui mali vt me non audiat et eiciam vos de terra hac
in terram quam ignoratis vos et patres vestri et seruietis ibi
diis alienis die ac nocte Qui non dabunt vobis requiem
Propterea ecce dies veniunt dicit dominus Et non dicetur
vltra viuit dominus Qui eduxit filios Israel de terra
Egypti als aquilonis et de vniuersis terris ad quas
eieci eos et reducam eos ad terram suam quam dedi patribus
eorum Ecce ego mittam piscatores multos dicit dominus et pi-
scabuntur eos Et post hec mittam eis multos venatores
et venabuntur eos de omni monte et de omni monte
colle et de cauernis petrarum quia oculi mei super
omnes vias eorum Non sunt abscondite a facie mea Et non
fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis Et reddam pri-
mum duplices iniquitates et peccata eorum quia contaminauerunt
terram meam in morticiniis ydolorum suorum et abho-
minacionibus suis impleuerunt hereditatem meam Domine
fortitudo mea et robur meum et refugium meum in die
tribulacionis Ad te gentes venient ab extremis terre et
dicent Vere mendacium possederunt patres nostri vanitatem
que eis non profuit Numquid faciet sibi homo deos
et ipsi non sunt dii Propterea ecce ego ostendam eis per vicem

hanc ostendam eis manum meam et scient nomen mihi dominus

Ca^m xvij als

Peccatum Iude scriptum est stilo ferreo in ungue ada-
mantino exaratum super latitudinem cordis eorum
in cornibus ararum eorum Cum recordati fuerint filii
eorum ararum suarum et lucorum suorum lignorumque fron-
dentium in montibus excelsis sacrificantes in agro fortitudinem
tuam et omnes thesauros tuos in direptionem dabo et excelsa
tua propter peccata tua in omnibus finibus tuis Et relinqueris sola
ab hereditate tua quam dedi tibi Et servire faciam te
inimicis tuis in terra quam ignoras Quoniam ignem succen-
disti in furore meo usque in eternum ardebit · xvij
Hec dicit dominus Maledictus homo qui confidit
in homine et ponit carnem brachium suum et a
domino recedit cor eius Erit enim quasi mirice
in deserto et non videbit cum venerit bonum Sed habitabit
in deserto in siccitate in terra salsuginis et inhabitabili Be-
nedictus vir qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius
Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas quod
ad humorem mittit radices suas et non timebit cum
venerit estus et erit folium eius viride et in tempore siccitatis
non erit sollicitum Nec aliquando desinet facere fructum Pra-
vum est cor hominis et inscrutabile quis cognoscet illud
Ego dominus scrutans cor et probans renes Qui do uni-
cuique iuxta viam et iuxta fructum adinventionum suarum
Perdix fovit quod non peperit fecit divicias et non in
iudicio In medio dierum suorum derelinquet eas in no-
vissimo suo erit insipiens Solium glorie altitudinis a principio
locus sanctificationis nostre expectacio Israel Domine omnes
qui te derelinquunt confundentur Recedentes a te in
terra non scribentur quoniam dereliquerunt venam aquarum
viventium dominum Sana me domine et sanabor salvum
me fac et salvus ero quia laus mea tu es Ecce ipsi
dicunt ad me Ubi est verbum domini veniat et ego non sum
turbatus te pastorem sequens et diem hominis non desideravi
Tu scis quod egressum est de labiis meis rectum in con-
spectu tuo fuit Non sis tu mihi formidini spes mea tu in

XVII

die afflictionis Confundantur qui me persequuntur et non confun-
dar ego. Paveant illi, et non paveam ego. Induc super
eos diem afflictionis et duplici contritione contere
eos. Hec dicit dominus ad me Vade et sta in porta filiorum
populi mei per quam ingrediuntur reges iude et egrediuntur
Et in cunctis portis ierusalem Et dices ad eos Audite verbum
domini reges iuda. et omnis iudea cunctique habitatores
ierusalem, qui ingredimini per portas istas Hec dicit dominus deus
Custodite animas vestras et nolite pondera portare in die
sabbati Nec inferatis per portas ierusalem Et nolite eicere onera
de domibus vestris in die sabbati Et omne opus non facietis
Sanctificate diem sabbati. sicut precepi patribus vestris Et
non audierunt nec inclinaverunt aurem suam sed induraverunt
cervicem suam ne audirent me et ne acciperent disciplinam
Et erit si audieritis me dicit dominus ut non inferatis onera
per portas civitatis huius in die sabbati Et si sanctificaveritis
diem sabbathi ne faciatis in eo opus ingredientur per
portas civitatis huius reges et principes sedentes super
solium david. et ascendentes in curribus et equis ipsi et
principes eorum viri iuda et habitatores ierusalem Et habitabitur
civitas hec in sempiternum et venient de civitatibus iuda
in circuitu ierusalem. et de terra Beniamin et de campestri-
bus et de montuosis et ab austro portantes holocaustum
et victimam et sacrificium et thus et inferent in domum
domini Si autem non audieritis me ut sanctificetis diem sabbati
Et ne portetis onus. et ne inferatis per portas ieru-
salem in die sabbati, succendam ignem in portis et
devorabit domos ierusalem et non extinguetur. Dom

XVIII Verbum quod factum est ad Ieremiam a domino dicens
Surge et descende in domum figuli et ibi audies
verba mea Et descendi in domum figuli Et
ecce ipse faciebat opus super rotam Et dissipatum est vas
quod ipse faciebat e luto manibus suis Conversus fecit
illud vas alterum sicut placuerat in oculis eius ut faceret
Et factum est verbum domini ad me dicens Numquid sicut facit figulus

iste non potero facere vobis domus israel ait dominus Ecce sicut
lutum in manu figuli Sic vos in manu mea domus Israel
Repente loquar adversum gentem et adversum regnum ut
eradicem et destruam et disperdam illud Si penitentiam
egerit gens illa a malo suo quod locutus sum adversus
eam Agam et ego penitentiam super malo quod cogitavi ut
facerem ei Et subito loquar de gente et de regno ut
edificem et plantem illud Si fecerit malum in oculis
meis ut non audiat vocem meam penitentiam agam super
bono quod locutus sum ei Nunc ergo dic viro Juda
et habitatori Jerusalem dicens Hec dicit dominus Ecce ego fingo
contra vos malum et cogito contra vos cogitationem Revertatur
unusquisque a via sua mala et dirigite vias vestras
et studia vestra Qui dixerunt desperavimus post cogita-
tiones nostras ibimus et unusquisque post pravitatem cordis
sui mali faciemus Ideo hec dicit dominus Interrogate gentes
Quis audivit talia horribilia que fecit nimis virgo
Israel Numquid deficiet de petra agri nix Libani aut
evelli possunt aque erumpentes frigide et defluentes
Quia oblitus est mei populus meus frustra libantes
et impingentes in viis suis in semitis seculi ut ambu-
larent per eas in itinere non trito et fieret terra eorum
in desolationem et in sibilum sempiternum Omnis enim
qui preterierit per eam obstupescet et movebit caput
suum Sicut ventus urens dispergam eos coram inimico
dorsum et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum
et dixerunt Venite et cogitemus contra Jeremiam cogitationes
Non enim peribit lex a sacerdote neque consilium a sapi-
ente nec sermo a propheta Venite percutiamus eum
lingua et non attendamus ad universos sermones eius
Attende domine ad me et audi vocem adversariorum meorum
Numquid redditur pro bono malum quia foderunt foveam
anime mee Recordare quod steterim in conspectu tuo ut
loquerer pro eis bonum et averterem indignationem
tuam ab eis Propterea da filios eorum in famem

xx q iiii eo q tot peccatorum
mutabilis deus cum ipse semper
existens deus summa mea sua sapi-
entia legit impasse pro-
missa et misericordia transire
sinam eum lex sit transire
et immutabilis verbo eius
et invariata loquitur et prima
que facere poterit ministerio adopta
quidem manent dei a se ipsis na-
tura ordinata tamen velle penitere
vel cadi ordinata cum voluit
immutare Ambrosius de pe-
nitentia Novit mutare sententiam
si comminatus si tu noveris emendare delictum.

et duc eos in manus gladii. fiant uxores eorum absque liberis
et vidue et viri earum interficiantur morte. Iuvenes eorum
confodiantur gladio in prelio. Audiatur clamor de domi
bus eorum. Adduces super eos latronem repente quia
foderunt foveam ut caperent me et laqueos absconderunt
pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorum ad
versum me in mortem. Ne propicieris iniquitati eorum et peccatum
eorum a facie tua non deleatur. fiant corruentes in conspectu
tuo in tempore furoris tui abutere eis. xix.
XIX Hec dicit dominus Vade et accipe lagunculam figuli
testeam et de senioribus populi et de senioribus sacer
dotum et egredere ad vallem filiorum Emon
que est iuxta introitum porte fictilis et predicabis ibi verba
que ego loquar ad te et dices Audite verbum domini reges
Iuda et habitatores Iherusalem Hec dicit dominus exercituum deus
Israhel Ecce ego inducam afflictionem super locum istum ita ut
omnes qui audierint eam tinniant aures eorum / eo quod
dereliquerint me et alienum fecerint locum istum / et
libaverint diis alienis quos nescierunt ipsi et patres eorum
et reges Iuda, et repleverunt locum istum sanguine inno
centium Et edificaverunt excelsa Baalim ad comburendos
filios suos igni in holocaustum Baalim que non precepi
nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum. Propter
ea dies veniunt dicit dominus et non vocabitur locus iste am
plius Topheth et vallis filii Emon sed vallis
occisionis Et dissipabo consilium Iude et Iherusalem in loco
isto Et subvertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum
et in manu querentium animas eorum et dabo cadavera eorum
escam volatilibus celi et bestiis terre et ponam civitatem
hanc in stuporem et sibilum omnis qui preterierit per eam
obstupescet et sibilabit super universa plaga eius Et ciba
bo eos carnibus filiorum suorum et carnibus filiarum suarum
et unusquisque carnes sui amici comedet in obsidione et
angustia in qua concludent eos inimici eorum et qui
querunt animas eorum Et conteres lagunculam in oculis

coram viris qui ibunt tecum et dices ad eos Hec dicit
dominus exercituum sic conteram populum istum et civitatem istam
sicut conteritur vas figuli quod non potest ultra restaurari
et in Thopheth sepelientur eo quod non sit alius locus ad
sepeliendum sic faciam loco huic ait dominus et habitatoribus
eius ut ponam civitatem istam sicut thopheth et erunt domus
Jerusalem et domus regum Iuda sicut locus thophet im-
munde omnes domus in quarum domatibus sacrificaverunt
omni milicie celi et libaverunt libamina diis alie-
nis Venit autem ieremias de tophet quo miserat eum
dominus ad prophetandum et stetit in atrio domus domini Et
dixit ad omnem populum Hec dicit dominus exercituum deus
Israhel Ecce ego inducam super civitatem hanc et super
omnes urbes eius universa mala que locutus sum adver-
sus eam quoniam induraverunt cervices suas et non
Et audivit phassur audierent sermones meos
filius emmer sacerdos qui constitutus erat
princeps in domo domini ieremiam prophetan-
tem sermones istos et percussit phassur ieremiam prophetam
et misit eum in nervum quod erat in porta Benia-
min superiori in domo domini Cumque illuxisset in cra-
stinum eduxit phassur ieremiam de nervo Et dixit ad
eum ieremias Non phassur vocavit dominus nomen tuum sed
pavorem undique quia hec dicit dominus Ecce ego dabo
te in pavorem et omnes amicos tuos et corruent gla-
dio inimicorum suorum et oculi tui videbunt et omnem
Iudam dabo in manus regis Babilonie et transducet
eos in Babilonem et percutiet eos gladio Et dabo uni-
versam substantiam civitatis huius et omnem laborem eius
omneque pretium et cunctos thesauros regum Iuda dabo
in manum inimicorum eorum et diripient eos et tollent
et deducent eos in Babilonem Tu autem phassur et omnes
habitatores domus tue ibitis in captivitatem et in Babilonem
venietis et ibi morieris ibique sepelieris tu et omnes

XX

amici tui quibus prophetasti mendacium. Seduxisti me
domine et seductus sum, fortior me fuisti invaluisti. Factus
sum in derisum tota die. Omnes subsannabant me.
Quia iam olim loquor vociferans iniquitatem et uastitatem
meam clamito. Et factus est mihi sermo domini in opprobrium
et in derisum tota die. Et dixi Non recordabor eius
Neque loquar ultra in nomine eius. Et factus est in corde
meo quasi ignis estuans, clausus que in ossibus meis
et defeci ferre non sustinens. Audivi enim contumelias
multorum et terrorem in circuitu. persequimini et persequamur
eum ab omnibus viris qui erant pacifici mei, et custodien-
tes latus meum. Si quomodo decipiatur et prevaleamus adversus
eum. Et consequamur ultionem ex eo. Dominus autem mecum est
quasi bellator fortis. Ideo qui persequuntur me cadent et in-
firmi erunt et confundentur vehementer, quia non intellexerunt
opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur. Et tu domine
exercituum probator iusti qui vides renes et cor vi-
deam queso ultionem tuam ex eis. Tibi enim revelavi causam
meam. Cantate domino, laudate dominum, quia liberavit
animam pauperis de manu malorum. Maledicta dies in qua
natus sum, dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta.
Maledictus vir qui annuntiavit patri meo dicens Natus
est tibi puer masculus, et quasi gaudio letificavit eum.
Sit homo ille ut sunt civitates quas subvertit dominus et non
penituit eum. Audiat clamorem mane et ululatum
in tempore meridiano, qui non me interfecit a vulva ut
fieret mater mea mihi sepulchrum et vulva eius conceptus
eternus. Quare de vulva egressus sum ut viderem
laborem et dolorem, et consumerentur in confusione dies mei.

XXI

Verbum quod factum est ad ieremiam a domino
quando misit ad eum rex Sedechias Phassur
filium Melchie et Sophoniam filium Maasie
sacerdotem dicens. Interroga pro nobis dominum quia Na-
buchodonosor rex Babilonis preliatur adversum nos, si for-
te faciat dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua

et recedat a nobis. Et dixit Ieremias ad eos: Sic dicetis Se-
dechie. Hec dicit dominus deus: Ecce ego convertam vasa belli que
in manibus vestris sunt et quibus vos pugnatis adversus regem
Babilonis et Caldeos qui obsident vos in circuitu murorum
et congregabo ea in medio civitatis huius et debellabo ego vos
in manu extenta et brachio forti et in furore et in indi-
gnatione et in ira grandi et percuciam habitatores huius
civitatis homines et bestie pestilencia magna morientur
et post hec ait dominus: Dabo Sedechiam regem Iuda et ser-
vos eius et populum eius et qui derelicti sunt in civitate
hac a peste et gladio et fame in manu Nabuchodonosor regis
Babilonis et in manu inimicorum eorum et in manu querenci-
um animam eorum et percuciet eos in ore gladii et non flectetur
neque parcet neque miserebitur. Et ad populum hunc dices: Hec
dicit dominus deus: Ecce ego do coram vobis viam vite et
viam mortis. Qui habitaverit in urbe hac morietur gladio
et fame et peste. Qui autem egressus fuerit et transfugerit
ad Caldeos qui obsident vos vivet et erit ei anima sua
quasi spolium. Posui enim faciem meam super civitatem hanc
in malum et non in bonum ait dominus. In manu regis Ba-
bilonis dabitur et exuret eam igni. Et domui regis
Iuda: Audite verbum domini domus David. Hec dicit dominus:
Iudicate mane iudicium et eruite vi oppressum de manu
calumpniantis ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea
succendatur et non sit qui extinguat propter maliciam studiorum
vestrorum. Ecce ego adducam ad te hereditatem vallis soli-
de atque campestris ait dominus qui dicitis: Quis percuciet
nos et quis ingredietur domos nostras? Et visitabo super
vos iuxta studiorum vestrorum fructum dicit dominus et succendam
ignem in saltu eius et devorabit omnia in circuitu eius.

Hec dicit dominus: Descende in domum regis Iuda et — XXII
loqueris ibi verbum hoc et dices: Audi verbum domini
rex Iuda qui sedes super solium David tu et ser-
vi tui et populus tuus qui ingredimini portas

istis. Hec dicit dominus: Facite iudicium et iusticiam et liberate vi
oppressum de manu calumniatoris, et advenam et pupil-
lum et viduam nolite contristare neque opprimatis inique
et sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. Si enim
facientes feceritis verbum istud ingredientur per portas domus huius
reges sedentes de genere David super tronum eius, et ascen-
dentes currus et equos ipsi et servi et populus eorum.
Quod si non audieritis verba hec in memet ipso iuravi dicit
dominus quia in solitudinem erit domus hec. Quia hec dicit
dominus super domum regis Iuda: Galaad tu mihi caput Liba-
ni, si non posuero te in solitudinem urbes inhabitabiles; et
sanctificabo super te interficientem virum et arma eius, et
succident electas cedros tuas et precipitabunt in ignem,
et pertransibunt gentes multe per civitatem hanc, et dicet unus-
quisque proximo suo: Quare fecit dominus sic civitati huic
grandi? Et respondebunt: Eo quod dereliquerint pactum domini dei
sui et adoraverint deos alienos et servierint illis. Noli-
te flere mortuum neque lugeatis super eum fletu plangite
eum qui egreditur, quia non revertetur ultra nec videbit te-
rram nativitatis sue. Quia hec dicit dominus ad Sellum
filium Iosie regis Iuda qui regnavit pro Iosia patre suo.
Qui egressus de loco isto non revertetur huc amplius
sed in loco ad quem transtuli eum ibi morietur, et terram
istam non videbit amplius. Ve qui edificat domum suam
in iniusticia et cenacula sua non in iudicio amicum suum
opprimet frustra et mercedem eius non reddet ei. Qui
dicit: Edificabo mihi domum latam et cenacula spaciosa.
Qui aperit sibi fenestras et facit laquearia cedrina
pingitque sinopide. Numquid regnabis quoniam confers
te cedro? Pater tuus numquid non comedit et bibit et fecit
iudicium et iusticiam tunc cum bene erat ei? Iudicavit causam
pauperis et egeni in bonum suum. Numquid non ideo quia co-
gnovit me dicit dominus. Tui vero oculi et cor ad avariciam
et ad sanguinem innocentem fundendum et ad calumniam et ad
consummationem mali operis. Propterea hec dicit dominus ad Ioachim

filiū Josie regem Juda nō plangent eū ve frat̄ et
ve soror Non in̄pabūt ei ve dne et ve inclite Se
pultura asini sepelietur putrefact⁹ et proiect⁹ extra
portas Jherlm Ascende libanū et clama et in Basan
da vocē tuā et clama ad transeuntes quia contriti sūt
oēs amatores tui Locutus sum ad te in habundancia
tua dixisti nō audiā Hec est via tua ab adolescencia
tua quia nō audisti vocē meā Omēs pastores tuos
pascet ventus et amatores tui in captiuitatē ibunt
et tūc confundēris et erubesces ab omni malicia tua
que sedes in libano et nidificas in cedris Quo con
gemuisti cū venissēt tibi dolores quasi dolores par
turientis Viuo ego dicit dicit dūs Quia si fuerit Jeconi
as filius Joachym regis Juda anulus in manu dex
terā mea Jnde euellam eum et dabo te in manu
querenciū animā tuā et i manu quorū tu formidas
faciē et in manu Nabuchodon' regis Babilonis et in
manu Caldeorū et mittā te et matrem tuā q̄ genuit
te in terrā alienā in qua nati nō estis ibiq̄ moriemini
et in terram ad quā ipi leuant animā suam vt ipi re
uertantur illuc et nō reuertentur Nunquid vas fictile
atq̄ contritū vir iste Jeconias Nunquid vas absq̄
omi voluptate Quare abiecti sūt ipe et semē eius
et proiecti in terram quā ignorauerunt Terra terra
terra audi sermonē domini Hec dicit dūs Scribe
virū istū sterilem qui in diebꝫ suis nō prosperabitur
Nec enī erit de sangwine eius vir qui sedeat sup soliū
dauid et ptatem habeat vltra in terra Juda

Ve pastoribus qui dispergūt oues meas et XXIII
dilacerant gregem pascue mee dicit dūs Jdo
hec dicit dominꝰ deꝰ Jsrael ad pastores qui pa
scunt ppłm meū Vos dispersistis gregem meū et eiecistis
eos quia nō visitastis eos Ecce ego visitabo sup vos
maliciā studiorū vrorū ait dūs Et ego congregabo
reliquias gregis mei de omībꝫ terris ad quas eiecero eos

illuc et convertam eos ad rura sua / et crescent et multiplica
buntur / et suscitabo super eos pastores qui pascent eos
Non formidabunt ultra et non pavebunt / et nullus queretur
ex numero dicit dominus Ecce dies veniunt dicit dominus et suscitabo
David germen iustum. et regnabit rex et sapiens erit et faciet
iudicium et iusticiam in terra In diebus illis salvabitur iuda
et Israel habitabit confidenter. et hoc est nomen quod vocabunt
eum dominus iustus noster Propter hoc ecce dies veniunt dicit
dominus / et non dicent ultra vivit dominus Qui eduxit filios Israel
de Egypto Sed vivit dominus qui eduxit et adduxit semen
domus Israhel de terra aquilonis. et de cunctis terris ad
quas eieceram eos illuc Et habitabunt in terra sua Ad
prophetas Contritum est cor meum in medio mei Contremuerunt
omnia ossa mea Factus sum quasi ebrius vir et quasi ho
mo madidus vino a facie domini et a facie sanctorum verborum
eius Quia adulteris repleta est terra / quia a facie ma
ledictionis luxit terra Arefacta sunt arva deserti Factus
est cursus eorum malus / et fortitudo eorum dissimilis Propheta
namque et sacerdos polluti sunt et in domo mea inveni
malum eorum ait dominus Idcirco via eorum erit quasi lubricum
in tenebris Impellentur et corruent in ea Quia afferam
super eos mala annum visitationis eorum dicit dominus et in prophetis
Samarie vidi fatuitatem et prophetabant in Baal et decipie
bant populum meum Israhel Et in prophetis Ierusalem vidi similitu
dinem adulterii et iter mendacii Et confortaverunt manus
pessimorum Ut non converteretur unusquisque a malicia sua
Facti sunt michi omnes Sodoma et omnes habitatores
eius quasi Gomorra Propterea hec dicit dominus exercituum
ad prophetas Ecce ego cibabo eos absinthio et potabo eos
felle A prophetis enim Ierusalem est egressa pollucio super
terram Hec dicit dominus exercituum Nolite audire verba prophetarum
qui prophetant vobis et decipiunt vos Visionem cor
dis sui loquuntur non de ore domini Dicunt hiis qui blasphe
mant me locutus est dominus Pax erit vobis et omni qui am
bulat in pravitate cordis Dixerunt Non veniet super nos
malum Quis enim affuit in consilio domini et vidit et

audivit sermonem eius. Quis consideravit verbum illius et au-
divit. Ecce turbo dominice indignationis egredietur et
tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Non rever-
tetur furor domini usque dum faciat et usque dum compleat
cogitationem cordis sui. In novissimis diebus intellige-
tis consilium meum. Non mittebam prophetas et ipsi currebant.
Non loquebar ad eos et ipsi prophetabant. Si stetissent in con-
silio meo et nota fecissent verba mea populo meo averti-
ssem utique eos a via sua mala et pessimis cogitationibus
suis. Putas ne deus e vicino ego sum dicit dominus et non
deus de longe. Si occultabitur vir in absconditis et ego non
videbo eum dicit dominus. Numquid non celum et terram ego im-
pleo ait dominus. Audivi que dixerunt prophete prophetantes in
nomine meo mendacium atque dicentes Sompniavi sompnia-
vi. Usque quo istud est in corde prophetarum vaticinantium menda-
cium et prophetantium seductiones cordis sui. Qui volunt fa-
cere ut obliviscatur populus meus nominis mei propter sompnia
eorum que narrat unusquisque ad proximum suum. Sicut obli-
ti sunt patres eorum nominis mei propter Baal. Propheta qui habet
sompnium narret sompnium et qui habet sermonem meum loquatur
sermonem meum vere. Quid paleis ad triticum dicit dominus. Numquid
non verba mea sunt quasi ignis dicit dominus et quasi malleus
conterens petram. Propterea ecce ego ad prophetas ait dominus qui
furantur verba mea unusquisque a proximo suo. Ecce ego
ad prophetas ait dominus qui assumunt linguas suas et aiunt
dicit dominus. Ecce ego ad prophetantes sompnia mendacium
ait dominus. Qui narraverunt ea et seduxerunt populum meum
in mendacio suo et in miraculis suis cum ego non mi-
ssissem eos nec mandassem eis qui nichil profuerunt populo
huic dicit dominus. Si igitur interrogaverit te populus iste vel
propheta aut sacerdos dicens Quod est onus domini dices ad
eos Vos estis onus. Proiciam quippe vos ait dominus.
Et prophetas et sacerdotes et populus qui dicit Onus domini
visitabo super virum illum et super domum eius. Hec dicetis

Hic colligitur deum esse in
omni loco immo et hoc sibi
proprium esse. Unde Ambrosius
in libro de spiritu sancto: Quis
audeat creaturam dicere spiritum
sanctum qui in omnibus et ubique
et semper est, quod utique divinitatis
[illegible]

Unusquisque ad proximum et ad fratrem suum Quid respondit
dominus et quid locutus est dominus Et onus domini ultra
non memorabitur, et onus erit unicuique sermo suus
Et pervertistis verba dei viventis domini exercituum dei nostri
Hec dices ad prophetam Quid respondit tibi dominus, et quid locutus
est tibi dominus Si autem onus domini dixeritis propter hec dicit
dominus quia dixistis sermonem istum Onus domini Et misi
ad vos dicens Nolite dicere onus domini Propterea Ecce ego tollam
vos portans Et derelinquam vos et civitatem quam dedi vobis
et patribus vestris a facie mea Et dabo vos in opprobrium
sempiternum et in ignominiam sempiternam que nunquam :

XXIIII

Ostendit michi dominus Et ecce oblivione delebitur
duo calathi pleni ficis positi ante templum domini
Postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babilonis Jechoniam
filium Joachim regem Juda et principes eius et fabros et in-
clusores eius de Jerusalem et adduxit eos in Babilonem Et
unus calathus ficus bonas habebat nimis ut solent ficus
esse primi temporis Et calathus unus habebat ficus malas
nimis que comedi non poterant eo quod essent male Et dixit
dominus ad me Quid tu vides Jeremia Et dixi. Ficus, ficus
bonas bonas valde, et malas, malas valde, que comedi
non possunt quod sint male Et factum est verbum domini ad me
dicens Hec dicit dominus deus Israel Sicut ficus hee bone sic
cognoscam transmigrationem Juda quam emisi de loco isto in terram
Caldeorum in bonum Et ponam oculos meos super eos ad placandum
et reducam eos in terram hanc Et edificabo eos et non destruam
et plantabo eos et non evellam Et dabo eis cor ut sciant
me quia ego dominus Et erunt michi in populum Et ego ero eis in
deum, quia revertentur ad me in toto corde suo Et sicut ficus
pessime que comedi non possunt, eo quod sint male Hec dicit
dominus Sic dabo Sedechiam regem Juda et principes eius et
reliquos de Jerusalem qui remanserunt in urbe hac Et qui habitant
in terra Egypti Et dabo eos in vexationem afflictionemque omnibus
regnis terre in opprobrium et in proverbium et in maledictionem
in universis locis ad que eieci eos Et mittam in eis gladium
et famem et pestem donec consumantur de terra quam dedi
eis et patribus eorum. xxv.

Verbum quod factum est ad Ieremiam de omni populo XXV
Iuda in anno quarto Ioachim filii Iosie regis Iu
da. Ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babilo
nis. Quod locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iuda
et ad universos habitatores Ierusalem dicens. A tercio decimo anno
regni Iosie filii Amon regis Iuda usque ad hanc diem
iste est tercius et vicesimus annus factum est verbum domini ad me et lo
cutus sum ad vos de nocte consurgens et loquens et non
audistis. Et misit dominus ad vos omnes servos suos prophetas
consurgens diluculo mittensque et non audistis neque incli
nastis aures vestras ut audiretis cum diceret. Revertimini
unusquisque a via sua mala et pessimis cogitationibus
vestris et habitabitis in terra quam dedit dominus vobis et patribus
vestris a seculo et usque in seculum. Et nolite ire post deos
alienos ut serviatis eis adoretisque eos. Neque me ad iracun
diam provocetis in operibus manuum vestrarum in malum vestrum
et non affligam vos. Et non audistis me dicit dominus ut sic
me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum vestrarum
in malum vestrum. Propterea hec dicit dominus exercituum. Pro eo quod non
audistis verba mea. Ecce ego mittam et assumam univer
sas cognationes aquilonis ait dominus et Nabuchodonosor regem
Babilonis servum meum. Et adducam eos super terram
istam et super habitatores eius et super omnes nationes que in
circuitu illius sunt et interficiam eos et ponam eos in stuporem
et in sibilum et in solitudines sempiternas. Perdamque ex
eis vocem gaudii et vocem leticie vocem sponse et vocem sponsi
vocem mole et lumen lucerne. Et erit universa terra eius
in solitudinem et stuporem et servient omnes gentes iste regi
Babilonis lxx annis. Cumque impleti fuerint anni lxx
visitabo super regem Babilonis et super gentem illam dicit
dominus iniquitatem eorum. Et super terram Caldeorum et ponam
illam in solitudines sempiternas. Et adducam super terram illam omnia
verba mea que locutus sum contra eam omne quod scriptum
est in libro isto. Quecumque prophetavit Ieremias adversum omnes
gentes quia servierunt eis cum essent gentes multe

et reges magni et reddā eis secundū opa eorū Et secundū
fctā manuū suarū Quia sic dicit dns exercituū deus Israel
Sume calicē calicem vini furoris huius de manu mea
et ppinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te et
bibent et turbabuntur et insanient a facie gladij quē ego
mittā inter eos Et accepi calicē de manu domini et ppina-
ui cunctis gētibus ad quas misit me dns Jherlm et ciuitatibus
Juda et regibus eius et principibus eius Vt darem eos in
solitudinē et in stuporem et in sibilum et in maledictionē
Sicut ē dies iste pharaoni regi Egipti et seruis eius et
principibus eius Et omni pplo eius et vniuersis generaliter Cunctis
regibus terre ausitidis et cunctis regibus terre philistijm
et Ascalonis et Gaze et Acharon Azoti et reliquiis ydu-
mee. moab et filijs Amon Et cunctis regibus tyri Et vniuersis
regibus Sydonis et regibus terre insularū qui sūt trans
mare et Dedan et Theman et Buz Et vniuersis qui attonsi
sunt in comam Et cunctis regibus Arabie Et cunctis regibus
occidentis qui habitant in deserto Et cunctis regibus zambri Et
cunctis regibus Elam Et cunctis regibus medorū Cunctis et re-
gibus aquilonis. et de ppe et longe vnicuique contra fratrē
suū Et oibus regnis terre que sūt super faciem eius Et
rex Sesach bibet post eos Et dices ad eos Hec dicit dominus
exercituū deus Israhel Bibite et inebriamini et vomite
et cadite et nolite consurgere a facie gladij quē ego mittā
inter vos Cumque noluerint accipe calicē de manu tua
vt bibant dices ad eos Hec dicit dns exercituū Bibentes bibetis
Quia ecce in ciuitate in qua inuocatū est nomen meū ego
incipio affligere et vos quasi innocentes immunes eritis
Non eritis immunes Gladium enim ego voco super omnes
habitatores terre dicit dns exercituū Et tu pphetabis ad eos oīa
verba hec et dices ad illos Dns de excelso rugiet et de
habitaculo sancto suo dabit vocē suam Rugiens rugiet sup
decorem suū celeuma quasi calcantium in torcularibus concinetur
aduersus omes habitatores terre peruenit sonitus vsque ad
extrema terre Quia iudiciū dno cū gētibus Judicatur ipse
cū omni carne Impios tradidi gladio dicit dns Hec dicit
dominus exercituum Egredietur ecce afflictio gentium de gente

in gentē / et turbo magnus egredietur a summitatibꝫ terre
Et erunt interfecti domini in die illa a summo terre usqꝫ
ad summū eius non plangentur / neqꝫ colligentur / neqꝫ se
pelientur in sterquilinium super faciē terre iacebunt Ululate
pastores et clamate et aspergite vos cinere optimates gre
gis ~~...~~ Quia completi sunt dies vestri ut interficiamini
et dissipationes vestre et cadetis quasi vasa preciosa Et peribit
fuga a pastoribus et salvatio ab optimatibꝫ gregis Vox
clamoris pastorum et ululatus optimatum gregis quia
vastavit dominus pascua eorum et conticuerunt arva pacis a
facie ire furoris domini Reliquit quasi leo tabernaculum
suum / quia facta est terra eorum in desolationem a facie
ire columbe · et a facie ire furoris domini · xxvj ·

In principio regni Joachim filii Josie regis Juda factum   XXVI
est verbum istud a domino dicens Hec dicit dominus Sta in atrio
domus domini et loqueris ad omnes civitates Jude
de quibus veniunt ut adorent in domo domini universos
sermones quos ego mandavi tibi ut loquaris ad
eos Noli subtrahere verbum / si forte audiant et convertantur
unusquisqꝫ a via sua mala Et peniteat me mali
quod cogitavi facere eis propter malicias studiorum eorum
Et dices ad eos Hec dicit dominus Si non audieritis me ut
ambuletis in lege mea quam dedi vobis / ut audiatis
sermones servorum meorum prophetarum / quos ego misi ad
vos de nocte consurgens et dirigens · et non audistis Dabo
domum istam sicut Sylo / et urbem hanc dabo in maledi
ctionem cunctis gentibus terre Et audierunt sacerdotes et
prophete et omnis populus Jeremiam loquentem hec verba
in domo domini Cumqꝫ complesset Jeremias loquens
omnia que preceperat ei dominus ut loqueretur ad universum
populum Apprehenderunt eum sacerdotes et prophete et omnis populus
dicentes Morte moriatur Quare prophetavit in nomine
domini dicens Sicut Sylo erit domus hec Et urbs ista
desolabitur · eo quod non sit habitator Et congregatus est
omnis populus adversum Jeremiam in domum domini Et

audierũt p̃ncipes Iuda omnia ṽba hec Et ascenderunt
de domo regis ĩ domũ domĩ / et sederunt in introitu por-
te domus dñi noue Et locuti sũt sacerdotes ꝛ ꝓphe ad prin-
cipes et ad omnem ꝓplm dicentes Iudiciũ mortis ẽ viro
huic Quia ꝓphetauit aduersũ ciuitatẽ istã / sic audistis au-
ribus v̈rĩs Et ait Ieremias ad oẽs p̃ncipes et ad oẽm
ꝓplm dicẽs Dñs misit me ut ꝓphetarem ad domũ istã
et ad ciuitatẽ hanc omnia verba que audistis Nunc ergo
bonas facite vias v̈ras et studia v̈ra et audite vocem
dñi dei v̈ri et penitebit dominum mali qđ locutus ẽ ad-
uersũ vos Ecce ego in manibꝫ v̈ris sum / facite ut bo-
nũ et rectũ est in oculis v̈ris Verumtamen scitote / et co-
gnoscite q̃ si occideritis me sanguinẽ innocentẽ tradetis
contra vos metipsos et contra ciuitatẽ istam et habitatores eius
In veritate enĩ misit me dominꝰ ad vos ut loquerer in
auribus v̈ris omnia ṽba hec Et dixerũt p̃ncipes et oĩs
ꝓplus ad sacerdotes et ꝓphetas Non ẽ viro huic iudiciũ
mortis Quia ĩ nomine dñi dei nr̃i locutus est ad nos
Surrexerũt ergo viri de senioribꝫ terre et dixerũt ad oẽm
cetũ ꝓpli loquẽtes Micheas de morasthi fuit ꝓpheta
ĩ diebꝫ Ezechie regis Iude et ait ad oẽm ꝓplm Iude
dicẽs Hec dicit dñs exercituũ Syon q̃si ager arabitur
et Ierlm in aceruũ lapidũ erit / et mons domus
domĩ in excelsa siluarũ Numquid morte condempnauit
eũ Ezechias rex Iude et omnis Iuda Numquid nõ timu-
erũt dominũ / deprecati sũt faciẽ domĩ et penituit do-
minum mali / quod locutus erat aduersus eos Itaque nõ
facimus grande malũ contra aĩas n̄ras Fuit quoque vir pro-
phetans in nõie dñi Vrias filius Semei de Cariathy-
arim et ꝓphetauit aduersũ ciuitatẽ istã et aduersum terram
hanc iuxta vniuersa ṽba Ieremie Et audiuit rex Ioachym
et oẽs potẽtes et p̃ncipes eius ṽba hec Et quesiuit
rex interficere eum Et audiuit Vrias et timuit fugitque
et ingressus est Egyptum Et misit rex Ioachym
viros in Egyptum Elnathan filiũ Achobor et viros

cum eo in Egyptum. Et eduxerunt Uriam de Egypto et adduxerunt eum ad regem Joachim et percussit eum gladio et proiecit cadaver eius in sepulcris vulgi ignobilis. Igitur manus Achiam filii Saphan fuit cum Jeremia ut non traderetur in manus populi et interficerent eum.

XXVII

In principio regni Joachim filii Josie regis Juda factum est verbum illud ad Jeremiam dicens a domino. Hec dicit dominus ad me: Fac tibi vincula et catheas et pones eas in collo tuo et mittes eas ad regem Edom et ad regem Moab et ad regem filiorum Amon et ad regem Tyri et ad regem Sydonis in manu nunciorum qui venerunt Jerusalem ad Sedechiam regem Juda. Et precipies eis ut ad dominos suos loquantur: Hec dicit dominus exercituum deus Israel: Hec dicetis ad dominos vestros: Ego feci terram et homines et jumenta que sunt super faciem universe terre in magna mea fortitudine et in brachio meo extento et dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babilonis servi mei. Insuper et bestias agri dedi ei ut serviant illi. Et servient ei omnes gentes et filio eius et filio filii eius donec veniat tempus terre eius et ipsius. Et servient ei gentes multe et reges magni. Gens autem et regnum quod non servierit Nabuchodonosor regi Babilonis et quicumque non curvaverit collum suum sub iugo regis Babilonis in gladio et fame et peste visitabo super gentem illam ait dominus donec consumam eam in manu eius. Vos autem nolite audire prophetas vestros et divinos et somniatores et augures et maleficos qui dicunt vobis: Non servietis regi Babilonis. Quia mendacium prophetant vobis ut longe faciant vos de terra vestra et eiciant vos et pereatis. Porro gens que subiecerit cervicem suam sub iugo regis Babilonis et servierit ei dimittam eam in terra sua dicit dominus et colet eam et habitabit in ea. Et ad Sedechiam regem Juda locutus sum secundum omnia verba hec dicens: Subicite colla vestra sub iugo regis Babilonis et servite ei et populo eius et vivetis. Quare moriemini tu et populus tuus gladio et fame et peste sicut locutus est dominus ad gentem que servire noluerit regi Babilonis. Nolite audire verba prophetarum

Dicentiū vobis Non seruietis regi Babilonis quia mē
datiū ipi loquūtur vobis quia nō misi eos ait dn̄s
Et ipi ꝓphetant in noīe meo mendacit̄ ut eiciant vos et
pereatis tam vos quā ꝓphe qui vaticinant̄ vobis Et ad sa
cerdotes et ad ꝑplm̄ istū locutꝰ sū dicēs hec dicit dn̄s ds
Nolite audiē verba ꝓphetarū vrorū qui ꝓphetāt vob dicētes
Ecce vasa dn̄i reuertent̄ de babilone nūc cito men
datiū em̄ ꝓphetāt vobis Nolite ꝗo audiē eos sꝫ seruite
regi Babilonis vt viuatis Quare datur hec ciuitas
i solitudinē Et si ꝓphe sūt et ē vbm̄ dei in eis occurrāt
dno dō exercituū vt non veniant vasa que derelicta fue
rant in domo domī Et i domo regis Juda et in ierlm
et in Babilonē Quia hec dicit dn̄s exercituū ad columnas
et ad mare et ad bases et ad reliqꝰ vasorum que reman
serunt in ciuitate hac que nō tulit nabucħ rex babilo
cum transferret Jeconiam regem Juda de ierlm in babilone
et oms̄ optimates Juda et ierlm Quia hec dicit dn̄s
exercituū deus Israel ad vasa que derelicta sūt in domo dn̄i
Et in domo regis Juda et in ierlm Et i babilonē transfe
rent̄ et ibi erūt usqꝫ ad diem visitacōis sue dicit dominus
Et afferri faciam ea et restitui in loco isto · xxviii ·

XXVIII Et factum est in anno illo in principio regni Sedechie
regis Juda in ãno quarto in mense quinto dixit
ad me Ananias filius Azur ꝓpheta de Gabaa
in domo domī Coram sacerdotibꝫ et oīm ꝑplo dicēs Hec
dicit dn̄s exercituū ds Israhel Contriui iugum regis
Babilonis Adhuc duo anni dierū et ego referri faciā
ad locū istum oīa vasa domī que tulit Nabuchoꝺ rex ba
bilonis de loco isto et transtulit ea in babilonē et Jeconiā
filiū Joachim regem Juda et omem transmigracionē Juda
qui ingressi sūt in Babilonē Ego conuertam ad locū istū
ait dn̄s Conteram em̄ iugū regis Babilonis Et dixit
Jeremias ꝓphā ad Ananiam ꝓphetam in oclis sacerdotū
Et in oclis oīs ꝑpli qui stabant in domo domī Et ait Je
remias Ananie Amen sic faciat dn̄s suscitet dn̄s verba
tua que ꝓphetasti vt referant̄ vasa i domo domī et oms̄
transmigracio de babilone ad locū istū Verūtamē audi vbm̄
hoc quod ego loquor in auribus tuis et in aurib; vniuersi

pli. Prophete qui fuerunt ante me et ante te ab inicio prophetaue-
runt super terras multas et super regna magna de prelio et de
afflictione et de fame. Propheta qui vaticinatus est pacem
cum venerit verbum eius, scietur propheta quem misit dominus in veritate
Et tulit Ananias propheta cathenam de collo Jeremie prophete
et fregit eam Et ait Ananias propheta in conspectu omnis popu-
li dicens Hec dicit dominus Sic confringet iugum Nabuch regis Ba-
bilonis post duos annos dierum de collo omnium gencium. Et
abyt Ieremias propheta in viam suam. Et factum est verbum domini ad
Ieremiam postquam confregit cathenam ananias propheta de collo
Jeremie dicens Vade et dic Ananie Hec dicit dominus Cathenas
ligneas contrivisti et facias pro eis cathenas ferreas Quia
Hec dicit dominus exercituum deus israel Iugum ferreum posui super
collum cunctarum gentium istarum ut serviant Nabuch regi Babilo-
et servient ei insuper et bestias terre dedi ei Et dixit Je-
remias propheta ad Ananiam prophetam Audi Anania Non misit
te dominus et tu confidere fecisti populum istum in mendacio Idcirco
hec dicit dominus Ecce ego mittam te a facie terre hoc anno
morieris Adversum enim dominum locutus es Et mortuus est ananias
Et hec sunt verba propheta in anno illo mense sexto XXIX
libri que misit Jeremias propheta de Jerusalem ad reli-
quias seniorum transmigrationis et sacerdotes et ad prophe-
tas et ad omnem populum quem transduxerat Nabuchodonosor de Jerusalem
in Babilonem Postquam egressus est rex Jeconias et domina
et eunuchi et principes iuda et Jerusalem et faber et inclusor
de Jerusalem in manu Elasa filii Saphan et Gamariel filii
Elchie quos misit Sedechias rex iuda ad nabuch regem
Babilonis in Babilonem dicens Hec dicit dominus exercituum deus israel
omni transmigrationi quam transtuli de Jerusalem in babilonem Edi-
ficate domos et plantate ortos et comedite fructum eorum
Accipite uxores et generate filios et filias et date filiis vestris
uxores et filias vestras viris et pariant filios et filias et multi-
plicamini et nolite esse pauci numero et querite pacem civitatis
ad quam transmigrare vos feci et orate pro ea deum quia in
pace illius erit pax vestra Hec enim dicit dominus exercituum deus israel
Non vos seducant prophete vestri qui sunt in medio vestrum et
divini vestri Et ne attendatis sompnia vestra que vos

somniatis, quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo, et non
misi eos dicit dominus. Quia hec dicit dominus Cum ceperit impleri in
Babilone lxx. anni visitabo vos et suscitabo super vos verbum
meum bonum ut reducam vos ad locum istum. Ego enim scio cogi-
tationes quas ego cogito super vos ait dominus Cogitationes pacis
et non afflictionis ut dem vobis finem et pacientiam. Et invoca-
bitis me et ibitis et adorabitis me et exaudiam vos. Queretis
me et invenietis Cum quesieritis me in toto corde vestro
et inveniar a vobis ait dominus et reducam captivitatem vestram
et congregabo vos de universis gentibus et de cunctis locis ad que
expuli vos dicit dominus Et reverti vos faciam de loco ad quem
vos transmigrare feci. Quia dixistis Suscitabit nobis dominus
prophetas in Babilone quia hec dicit dominus ad regem qui sedet
super solium david et ad omnem populum habitatorem urbis huius
ad fratres vestros qui non sunt ingressi egressi vobiscum in transmi-
gracionem Hec dicit dominus exercituum Ecce ego mittam in eos gla-
dium et famem et pestem, et ponam eos quasi ficus malas
que comedi non possunt, eo quod pessime sunt et persequar
in gladio et in fame et in pestilencia, et dabo eos in vexa-
tionem universis regnis terre, in maledictionem, et in stuporem et in
sibilum et in opprobrium cunctis gentibus ad quas ego eieci eos
Eo quod non audierunt verba mea dicit dominus, que misi ad
eos per servos meos prophetas de nocte consurgens et mittens
et non audistis dicit dominus Vos ergo audite verbum domini
omnis transmigratio, quam emisi de hierusalem in Babilonem Hec
dicit dominus exercituum deus israhel ad Achab filium cholie et
ad sedechiam filium maasie qui prophetant vobis in nomine
meo mendaciter Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodono-
sor regis babilonis et percutiet eos in oculis vestris, et assumetur
ex eis maledictio omni transmigrationi iude que est in Ba-
bilone dicentium ponat te dominus sicut sedechiam et sicut
achab, quos frixit rex babilonis in igne, pro eo quod fecerint
stulticiam in israhel et mechati sunt in uxores amicorum suorum
Et locuti sunt verbum in nomine meo, quod non mandavi eis Ego
sum iudex et testis dicit dominus Et ad Semeiam Neela-
mitem dicens Hec dicit dominus exercituum deus israhel pro
eo quod misisti libros in nomine meo ad omnem populum

qui eſt in ierl'm et ad ſophoniā filiū maaſie ſac'dotē
et ad vniuerſos ſacerdotes dicens Dn̄s dedit te ſac'dotē pro
ioiada ſac'dote vt ſis dux ī domo dom̄i ſup omnem virū
arrepticiū et p̄phetantem vt mittas eum in neruū et in
carcerem Et nūc q̄re nō increpas ieremiam anathothiten
qui p̄phetat vobis quia sup' h' miſit ad nos in babilonem
dicens longū eſt Edificate domos et habitate et plantate or
tos et comedite fructus earū. Legit ergo ſophonias ſac'dos
librū iſtū in aurib3 ieremie p̄phe Et factū eſt v'bum dom̄i
ad ieremiā dicēs Mitte ad omnem tranſmigracioē dicēs Hec
dicit dn̄s ad ſemeiam neelamitem Pro eo q' p̄phetauit vobis
ſemeias Et ego nō miſi eū Et fecit vos confidere in men
dacio Et ideo hec dicit dn̄s Ecce ego viſitabo ſuper ſe
meiam neelamitē Et ſuper ſemen eius Non erit ei vir
ſedens in medio p̄pli huius Non videbit bonū q'd ego faciā
p̄plo meo ait dn̄s Quia p̄uaricacionem locut' eſt adu'ſum

HOc v'bum quod factū eſt ad ieremiā a dn̄o dom̄ XXX
dicens Hec dicit dn̄s deus iſrahel Scribe tibi omnia
verba hec que locutus ſum ad te in libro Ecce
enī dies veniūt dicit dn̄s Et conuertam conuerſioē populi
mei iſrl' et iuda ait dn̄s Et conuertā eos ad t'rā q̄ȝ dedi pa
trib3 eorū et poſſidebūt eam Et hec v'ba que locut' ē dom̄
ad iſrael et ad iudam Quoniā hec dicit dn̄s Vocē terroris
audiuim' formido et nō ē pax Interrogate et videte ſi ge
nerat maſculꝰ Quare ergo vidi omnis viri manū ſup lūbū
ſuū quaſi parturientis Et conuerſe ſūt vniuerſe facies in
auruginē Ve quia magna dies illa nec ſimilis eius eſt
Tp̄ꝰ tribulacōnis eſt iacob Et ex ipſo ſaluabit' Et erit
in die illa ait dn̄s exercitū Conterā iugū eius de collo
tuo Et vincula eius dirumpam Et nō dn̄abuntur ei am̄plius
alieni ſed ſeruient dn̄o deo ſuo Et dauid regi ſuo que
ſuſcitabo eis Tu ergo ne timeas ſerue meus iacob ait dn̄s
Neq3 paueas iſrl' Quia ecce ego ſaluabo te de t'ra longin
qua Et ſemē tuū de t'ra captiuitatis eorū Et reuertetur
iacob et requieſcet et cunctis bonis affluet et nō erit q̄
formidet Quoniā ego tecū ſum dicit dn̄s vt ſaluem te
Faciā enim conſumacioē in cunctis gentib3 in quib3 diſp'ſi te
Te aūt nō faciam in conſummacioē Sed caſtigabo te in
iudicio vt non tibi videaris innoxius Quia hec dicit

Dūs Insanabilis est fractura tua pessima plaga tua
nō est qui iudicet iudiciū tuū ad alligandū curationū
tuarū utilitas nō ē tibi Omēs amatores tui obliti sūt
tui, te nō querūt plaga enī inimici percussi te, ca
stigatōe crudeli, ppt multitudinē iniquitatis tue dura fca
sūt pccā tua Quid clamas super contritōne tua insa
nabilis est dolor tuus ppt multitudinē iniquitatis tue/ et
ppt dura pccā tua/ fca hec tibi ppterea omēs qui come
dūt te deuorabūtur et uniuersi hostes tui in captiuitatē
ducētur/ et qui te vastant vastabuntur Cunctos quoque pre
datores tuos dabo in predam Obducam enī cicatricem
tibi / et a vulneribus tuis sanabo te dicit dūs/ quia eie
ctam uocauerūt te dicit dūs Syon hec est que nō ha
bebat requirentem Hec dicit dūs Ecce ego conuertā con
uersionē thabernaculorum iacob / et tectis eius miserebor
Et edificabitur ciuitas in excelso suo, et templum iuxta ordinē
suū fundabitur Et egredietur laus de eis vox que ludentiū
Et multiplicabo eos et nō minuentur Et glorificabo et tenu
abuntur Et erunt filij eius sicut a principio Et cetus eius
corā me pmanebit et uisitabo aduersū omēs qui tribu
lant eum Et erit dux eius ex eo Et princeps de medio
eius producetur Et applicabo eum et accedet ad me Quis
enī est iste, qui applicet cor suū ut appropinquet mihi ait dūs
Et eritis mihi in ppłm Et ego ero vobis in deū Ecce igitur
turbo domini furor egrediens procella ruens in capite im
piorū conquiescent Nō auertet irā indignationis domini
donec faciat et compleat cogitationē cordis sui in nouissimo
XXXI In tempore illo dicit dūs Dierū intelligetis ea xxxi
Ero deus uniuersis cognationibus israhel Et ipsi erunt
michi in ppłm hec dicit dūs Inuenit gratiam in
speciu ppłus in deserto qui remanserat gladio vadet
ad requiem suam israel/ Longe dūs apparuit mihi Et in car
itate ppetua dilexi te ideo attraxi te miserans Rursus
que edificabo te et edificaberis virgo israel Ad
huc ornaberis tympanis tuis et egredieris in choro lu
dentiū Et adhuc plantabis vineas in montibus Sama
rie plantabunt plantantes/ donec ueniat tempus nō vin
demiabūt Quia erit dies in qua clamabūt custodes
in monte Samarie et in monte effraym Surgite

et ascendamus in syon ad dominum deum nostrum Quia hec dicit dominus
Exultate in leticia jacob et hinnite contra caput gentium
personate canite et dicite Salva domine populum tuum reliquias
israel Ecce ego adducam eos de terra aquilonis et congre
gabo eos ab extremis terre inter quos erunt cecus et claudus
et pregnans et pariens simul cetus magnus revertentium
huc In fletu venient et in misericordia reducam eos et adducam eos
per torrentes aquarum in via recta non impingent in ea Quia
factus sum israeli pater et effraym primogenitus meus
est Audite verbum domini gentes et annunciate in insulis que
procul sunt et dicite Qui dispersit israel congregabit eum
et custodiet eum sicut pastor gregem suum Redemit enim
dominus jacob et liberavit eum de manu potentioris Et venient
et laudabunt in monte syon et confluent ad bona domini super
frumento vino et oleo et fetu pecorum et armentorum
Eritque anima eorum quasi ortus irriguus et ultra non
esurient Tunc letabitur virgo in choro juvenes et senes
simul et convertam luctum eorum in gaudium Et consolabor eos
et letificabo a dolore suo et inebriabo animam sacerdotum pin
guedine et populus meus bonis meis adimplebitur ait dominus
Hec dicit dominus Vox in excelso audita est lamentationis et
fletus et luctus Rachel plorantis filios suos et nolentis con
solari super eis quia non sunt Hec dicit dominus Quiescat vox
tua a ploratu et oculi tui a lacrimis Quia est merces
operi tuo ait dominus Et revertentur de terra inimici Et est spes
in novissimis tuis ait dominus Et revertentur filii ad terminos
suos Audiens audivi effraym transmigrantem Castiga
sti me et eruditus sum quasi juvenculus indomitus Con
verte me et convertar quia tu domine deus meus Postquam
enim convertisti me egi penitentiam Et postquam ostendisti michi percussi
femur meum Confusus sum et erubui quoniam sustinui ob
probrium adolescentie mee Si filius honorabilis michi effraym
Si puer delicatus Quia ex quo locutus sum de eo adhuc
recordabor eius Ideo conturbata sunt viscera mea super eum
miserans miserebor eius ait dominus Statue tibi speculam
pone tibi amaritudines dirige cor tuum in viam rectam
in qua ambulasti Revertere virgo israel revertere ad civi
tates tuas Usquequo deliciis dissolveris filia vaga Quia

creauit dominus nouum super terram femina circumdabit virum
Hec dicit dominus exercituum deus israel Adhuc dicent verbum istud
in terra iuda et in vrbibus eius cum conuertero captiuitatem eorum
Benedicat tibi dominus pulcritudo iusticie mons sanctus et ha
bitabunt in eo iudas et omnes ciuitates eius simul agrico
le et minantes greges quia inebriaui animam lassam et
omnem animam esurientem saturaui Ideo quasi de sompno suscitatus
sum et vidi Et sompnus meus dulcis michi Ecce dies veniunt
dicit dominus Et seminabo domum israel et domum iuda semine
hominum et semine iumentorum Et sicut vigilaui super eos vt
euellerem et demolirer et dissiparem et affligerem sic vigila
bo super eos vt edificem et plantem ait dominus In diebus illis
non dicent vltra patres comederunt vuam acerbam et dentes
filiorum obstupuerunt Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur Omnis
homo qui comederit vuam acerbam obstupescent dentes eius
Ecce dies veniunt dicit dominus Et feriam domui iuda fedus nouum
non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua appre
hendi manum eorum vt educerem eos de terra egypti Pactum
quod irritum fecerunt Et ego dominatus sum eorum dicit dominus
Et hoc erit pactum quod feriam cum domo israel post dies illos dicit
dominus Dabo legem meam in visceribus eorum et in corde eorum scribam eam
Et ero eis in deum Et ipsi erunt michi in populum Et non docebit vltra
vir proximum suum et vir fratrem suum dicens Cognosce dominum Omnes
enim cognoscent me a minimo eorum vsque ad maximum ait dominus Quia
propiciabor iniquitati eorum Et peccati eorum non ero memor amplius
Hec dicit dominus qui dat solem in lumine diei ordinem lune
et stellarum in lumine noctis Qui turbat mare et sonant
fluctus eius dominus exercituum nomen illi Si defecerint leges
iste coram me dicit dominus Tunc et semen israel deficiet vt
non sit gens coram me cunctis diebus Hec dicit dominus Si
mensurari potuerint celi desursum et inuestigari fundamenta
terre deorsum et ego abiciam vniuersum semen israel propter
omnia que fecerunt dicit dominus Ecce dies veniunt dicit dominus
Et edificabitur ciuitas domino a turre ananeel vsque ad portam
anguli Et exibit vltra norma mensure in conspectu eius super
collem gareb Et circuibit goatha et omnem vallem cadaue
rum et cineris et vniuersam regionem mortis vsque ad torrentem

cedron et usque ad angulum porte equorum orientalis sanctum XXXII
domini non evelletur et non destruetur in perpetuum
Verbum quod factum est ad ieremiam a domino in anno decimo se-
dechie regis iuda ipse est annus octavus decimus na-
buch. Tunc exercitus regis babilonis obsidebat ierusalem
et ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo
regis iuda. Clauserat enim eum sedechias rex iuda dicens quare
vaticinaris dicens Hec dicit dominus Ecce ego dabo civitatem istam in
manus regis babilonis et capiet eam. Et sedechias rex non effu-
giet de manu caldeorum sed tradetur in manus regis babilonis et
loquetur os eius cum ore illius, et oculi eius oculos eius videbunt. Et
in babilonem ducet sedechiam et ibi erit donec visitem eum dicit
dominus. Si autem dimicaveritis adversum caldeos, nichil prosperum
habebitis. Et dixit ieremias Et factum est verbum domini ad me dicens
Ecce anamehel filius sellum patruelis tuus veniet ad te dicens
Eme tibi agrum meum qui est in anathoth, tibi enim competit
ex propinquitate ut emas. Et venit ad me anamehel filius patrui
mei secundum verbum domini ad vestibulum carceris, et ait ad me posside
agrum meum qui est in anathoth in terra beniamin, quia
tibi competit hereditas, et tu propinquus es ut possideas. Intellexi
autem quod verbum domini esset, et emi agrum ab anamehel filio
patrui mei qui est in anathoth. Et appendi ei argentum
vii stateres, et decem argenteos et scripsi in libro et signavi
et adhibui testes et appendi argentum in statera, et accepi
librum possessionis signatum et stipulationes et rata et signa
forinsecus. Et dedi librum possessionis baruch filio neri filii
maasie in oculis anamehel patruelis mei et in oculis testium qui
scripti erant in libro emptionis et in oculis iudeorum omnium, qui se-
debant in atrio carceris. Et precepi baruch coram eis dicens Hec
dicit exercituum deus israel Sume libros istos librum emptionis
hunc signatum, et librum hunc qui apertus est et pone illos in
vase fictili ut permanere possint diebus multis. Hec enim dicit
dominus exercituum deus israel Adhuc possidebuntur domus et agri
et vinee in terra ista. Et oravi ad dominum postquam tradidi librum
possessionis baruch filio neri dicens Heu heu heu domine
deus Ecce tu fecisti celum et terram in fortitudine tua magna et

in brachio tuo extento Non est tibi difficile omne verbum qui facis
misericordiam in milibus, et reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum post
eos, fortissime magne potentie dominus exercituum nomen tibi Ma
gnus consilio et incomprehensibilis cogitatu Cuius oculi aperti sunt
super omnes vias filiorum adam Ut reddas unicuique secundum vias su
as Et secundum fructum adinventionum eius Qui posuisti si
gna et portenta in terra Egypti usque ad diem hanc Et in
israel Et in hominibus Et fecisti tibi nomen sicut est dies hec
Et eduxisti populum tuum israel de terra Egypti in signis et in por
tentis Et in manu robusta. et in brachio extento et in terrore
magno Et dedisti eis terram hanc quam iurasti patribus eorum, ut da
res eis terram lacte et melle fluentem Et ingressi sunt et possederunt
eam Et non obedierunt voci tue, et in lege tua non ambulaverunt
Omnia que mandasti eis ut facerent et evenerunt eis omnia mala
hec Ecce municiones extructe sunt adversum civitatem ut capiatur
Et urbs data est in manus Caldeorum et in manus regis Babilonis
Qui preliantur adversus eam a facie gladii et famis et pesti
lencie Et quecumque locutus es acciderunt ut tu ipse cernis Et tu
dicis mihi domine deus Eme tibi agrum argento et adhibe testes, cum
urbs data sit in manus caldeorum Et factum est verbum domini ad iere
miam dicens Ecce ego dominus deus universe carnis Numquid mihi
difficile erit omne verbum Propterea hec dicit dominus Ecce tradam
civitatem istam in manus caldeorum et in manus regis Babilonis
ut capient eam Et venient Caldei preliantes adversum urbem
hanc et succendent eam igni et comburent eam Et domos
in quarum domatibus sacrificabant Baal Et libabant diis alienis
libamina ad irritandum me Erant enim filii israhel Et filii
iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua
filii israel qui usque nunc exacerbant me in opere manuum
suarum dicit dominus Quia in furore et in indignatione mea facta
est mihi civitas hec a die qua edificaverunt eam usque ad diem
istam qua auferetur a conspectu meo propter maliciam filiorum
israel et filiorum iuda quam fecerunt ad iracundiam me provocantes
ipsi et reges eorum, principes eorum et sacerdotes et prophete
eorum viri iuda Et habitatores ierusalem verterunt ad me terga
et non facies, cum docerem eos diluculo et erudirem et no
lentes audire ut acciperent disciplinam Et posuerunt ydola

sua in domum in qua invocatum est nomen meum ut polluerent
eam Et edificaverunt excelsa Baal que sunt in valle Ennon
filii ut initiarent filios suos et filias suas moloch quod non
mandavi eis nec ascendit in cor meum ut facerent abhominationem
hanc et in peccatum deducerent Judam Et nunc propter ista hec dicit
dominus deus israel ad civitatem hanc de qua vos dicitis quod tradatur
in manus regis Babilonis in gladio et in fame et in peste
Ecce ego congregabo eos de universis terris ad quas eieci eos in furore
meo et in ira mea et in indignatione mea grandi Et reducam
eos ad locum istum Et habitare eos faciam confidenter Et erunt michi in
populum Et ego ero eis in deum Et dabo eis cor unum et animam
unam ut timeant me universis diebus et bene sit eis et fi-
liis eorum post eos Et feriam eis pactum sempiternum et non
desinam eis benefacere et timorem meum dabo in corde eorum
ut non recedant a me Et letabor super eis cum bene eis fe-
cero Et plantabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo
et in tota anima mea Quia hec dicit dominus Sicut adduxi in
populum istum omne malum hoc grande sic adducam super eos
omne bonum quod ego loquar ad eos Et possidebuntur agri in
terra ista de qua vos dicitis quod deserta sit eo quod non remanserit
homo et iumentum Et data sit in manus caldeorum Agri
pecunia ementur et scribentur in libro et imprimetur signum et
testes adhibebuntur in terra Beniamin et in circuitu Jerusalem et
in civitatibus Juda Et in civitatibus montanis et in civitatibus
campestribus et in civitatibus que ad austrum sunt Quia convertam
captivitatem eorum ait dominus. xxxiii

Et factum est verbum domini ad Jeremiam cum adhuc clausus
esset in atrio carceris dicens Hec dicit dominus qui facturus
est et formaturus illud et paraturus dominus nomen
eius Clama ad me et exaudiam te et annunciabo tibi gran-
dia et firma que nescis Quia hec dicit dominus deus israhel
ad domos urbis huius et ad domos regis Juda que destructe
sunt et ad munitiones et ad gladium venientium ut dimicent
cum caldeis et impleant eas cadaveribus hominum quos percussi
in furore meo et in indignatione mea abscondi faciem meam
a civitate hac propter maliciam eorum Ecce ego obducam eis ci- XXXIII

catricem et sanitatem et curabo eos et revelabo illis deprecationem
pacis et veritatis Et convertam conversionem iuda et conversionem ierusalem
Et edificabo eos sicut a principio Et emundabo illos ab omni iniquitate
sua in qua peccaverunt michi Et propicius ero iniquitatibus eorum
cunctis in quibus deliquerunt michi et spreverunt me Et erit michi
in nomen et in gaudium et in laudem et in exultacionem cunctis
gentibus terre que audierint omnia bona que ego facturus sum
eis Et pavebunt et turbabuntur in universis bonis et in omni
pace quam ego faciam eis hec dicit dominus Adhuc audietur in lo
co isto quem vos dicitis esse desertum eo quod non sit homo nec iumen
tum in civitatibus iuda Et foris ierusalem que desolate sunt
absque homine et absque habitatore et absque pecore vox gaudii
et vox leticie vox sponsi et vox sponse vox dicentium Con
fitemini domino exercituum quoniam bonus dominus quoniam in eternum
misericordia eius et portantium vota in domum domini Reducam enim
conversionem terre sicut a principio dicit dominus hec dicit dominus exercitu
um Adhuc erit in loco isto deserto absque homine et absque iu
mento et in cunctis civitatibus eius habitaculum pastorum et accu
bantium gregum Et in civitatibus montuosis et in civitatibus
campestribus et in civitatibus que ad austrum sunt et in terra
Beniamin et in circuitu ierusalem et in civitatibus iuda Adhuc
transibunt greges ad manum numerantis ait dominus Ecce dies ve
niunt dicit dominus Et suscitabo verbum bonum quod locutus sum
ad domum israhel et ad domum iuda In diebus illis et in
tempore illo germinare faciam david germen iusticie et faciet
iudicium et iusticiam In diebus illis salvabitur iuda et
israel habitabit confidenter Et hoc est nomen quod vocabunt
eum Dominus iustus noster Quia hec dicit dominus Non interibit
de david vir qui sedeat super tronum israel et de sacerdotibus
et de levitis non interibit vir a facie mea qui offerat ho
locaustomata et incendat sacrificium et cedat victimas
cunctis diebus Et factum est verbum domini ad ieremiam dicens
hec dicit dominus Si irritum potest fieri pactum meum cum die et
nocte ut non sit dies et nox in tempore suo et pactum meum
irritum esse poterit cum servo meo david ut non sit ex eo fi
lius qui regnet in domo eius et levite et sacerdotes
et ministri mei Sicut numerari non possunt stelle celi et metiri

arena maris, sic multiplicabo semen david servi mei
et levitas ministros meos. Et factum est verbum domini ad
ieremiam dicens. Numquid non vidisti quod populus hic locutus
sit dicens. Duas cognationes elegerat dominus et abiecte sunt
et populum meum despexerunt, eo quod non sit ultra gens coram
eis. Hec dicit dominus. Si pactum meum inter diem et noctem,
et leges celo et terre non posui equidem et semen iacob et david
servi mei proiciam ut non assumam de semine eius prin
cipes seminis abraam ysaac et iacob. Reducam enim conversionem
Verbum quod factum est eos et miserebor eos
ad ieremiam a domino quando Nabuchodonosor rex Babilonis XXXIIII
et omnis exercitus eius universaque regna terre que erant
sub potestate manus eius et omnes populi bellabant contra iherusalem et
contra omnes urbes eius, dicens hec dicit dominus deus israhel
Vade et loquere ad Sedechiam regem iuda et dices ad eum
hec dicit dominus. Ecce ego tradam civitatem hanc in manus regis
Babilonis, et succendet eam igni, et tu non effugies de
manu eius, sed comprehensione capieris, et in manu eius traderis
Et oculi tui oculos regis babilonis videbunt, et os eius cum
ore tuo loquetur et babilonem introibis Nunc tamen audi verbum
domini Sedechia rex iuda hec dicit dominus ad te Non morieris
in gladio, sed in pace morieris, et secundum combustiones
patrum tuorum priorum regum qui fuerunt ante te, sic com
burent te, et ve domine plangent te, quia verbum ego
locutus sum dicit dominus. Et locutus est ieremias propheta
ad Sedechiam regem iuda universa verba hec in iherusalem
Et exercitus regis Babilonis pugnabat contra iherusalem
et contra omnes civitates iude que reliqua erant contra lachis
et contra azecha hee enim supererant de civitatibus iude
que erant munitissime. Verbum quod factum est a domino ad
ieremiam postquam percussit rex Sedechias fedus cum omni
populo in iherusalem predicans ut dimitteret unusquisque servum
suum et unusquisque ancillam suam hebreum et hebream liberos
Et nequaquam dominarentur eis id est in iudeo et fratre suo
Audierunt ergo omnes principes et universus populus qui
inierunt pactum ut dimitterent unusquisque servum suum
et unusquisque ancillam suam liberos et ultra non dominarentur

eis/ Audierunt igitur et dimiserunt Et aversi sunt deinceps / et
retraxerunt servos et ancillas suas / quos dimiserant liberos
et subiugaverunt in famulos et famulas Et factum est verbum domini
ad ieremiam a domino dicens Hec dicit dominus deus israel Ego percussi fe-
dus cum patribus vestris in die qua eduxi vos de terra egy-
pti de domo servitutis dicens Cum completi fuerint septem
anni / dimittat unusquisque fratrem suum hebreum qui venditus
est ei Et serviet ei sex annis Et dimittes eum a te liberum Et
non audierunt me patres vestri / nec inclinaverunt aurem suam Et
conversi estis vos hodie / et fecistis quod rectum est in oculis meis
ut predicaretis unusquisque libertatem ad amicum suum Et inistis
pactum in conspectu meo in domo in qua invocatum est nomen
meum super eam Et reversi estis et maculastis nomen meum
Et reduxistis unusquisque servum suum / et unusquisque ancillam
suam quos dimiseratis ut liberi essent et sue potestatis et
subiugastis eos ut sint vobis servi et ancille Propterea
hec dicit dominus Vos non audistis me ut predicaretis libertatem
unusquisque fratri suo et unusquisque amico suo Ecce ego
predico libertatem ait dominus ad gladium et ad famem et ad
pestem Et dabo vos in commotionem cunctis regnis terre
Et dabo viros qui prevaricantur fedus meum / et non obser-
vaverunt verba federis quibus assensi sunt in conspectu meo vi-
tulum quem conciderunt in duas partes Et transierunt inter
divisiones eius principes iuda et principes iherusalem et
eunuchi et sacerdotes et omnis populus terre / qui transierunt inter
divisiones vituli Et dabo eos in manum inimicorum suorum
et in manum querentium animam eorum / et in manum exercituum regis
babilonis / qui recesserunt a vobis Ecce ego precipio
dicit dominus Et reducam eos in civitatem hanc et preliabuntur adversus
eam Et capient eam et succendent igni Et civitates
iuda dabo in solitudinem eo quod non sit habitator. xxxv.
XXXV Verbum quod factum est ad ieremiam a domino in diebus
Joachim filii Josie regis iuda dicens Vade
ad domum Rechabitarum et loquere illis
Et introduces illos in domum domini in unam exedram

thesauros Et dabis eis bibere vinum Et assumpsi Jeconiam
filium Jeremie filii Absanie et fratres eius Et omnes filios
eius et universam domum Rechabitarum Et introduxi eos
in domum domini ad gazophilacium filiorum ~~Emon~~ Eman fi-
lii Jezedelie hominis dei quod erat iuxta gazophilacium princi-
pum super thesaurum maasie filii Sellum qui erat custos
vestibuli Et posui coram filiis domus Rechabitarum ciphos
plenos vino et calices et dixi ad eos Bibite vinum Qui re-
sponderunt Non bibemus vinum Quia ionadab filius Rechab
pater noster precepit nobis dicens Non bibetis vinum vos et filii ve-
stri usque in sempiternum Et domum non edificabitis et semen-
tem non seretis Et vineas non plantabitis nec habebitis sed
in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris ut vivatis diebus
multis super faciem terre in qua vos peregrinamini Obedivimus
ergo voci ionadab filii Rechab patris nostri in omnibus que precepit
nobis Ita ut non biberemus vinum cunctis diebus nostris Nos et
mulieres nostre filii et filie nostre Et non edificaremus domos
ad habitandum Et vineam et agrum et sementem non habuimus
sed habitavimus in tabernaculis et obedientes fuimus iuxta
omnia que precepit nobis Jonadab pater noster Cum autem ascen-
disset Nabuch rex Babilonis ad terram nostram Diximus Venite
ingrediamur Jerusalem a facie exercitus caldeorum et a facie exercitus
Syrie Et mansimus in Jerusalem Et factum est verbum domini ad
Jeremiam dicens Hec dicit dominus exercituum deus Israel Vade et
dic viris iuda et habitatoribus Jerusalem Numquid non accipie-
tis disciplinam ut obediatis verbis meis dicit dominus Pre-
valuerunt sermones ionadab filii Rechab quos precepit filiis
suis ut non biberent vinum et non biberunt usque ad diem
hanc quia obedierunt precepto patris sui Ego autem locutus
sum ad vos de mane consurgens et loquens et non obe-
distis mihi Misique ad vos omnes servos meos prophetas
consurgens diluculo mittensque et dicens Convertimini unus-
quisque a via sua pessima et bona facite studia vestra
Et nolite sequi deos alienos neque colatis eos et ha-
bitabitis in terra quam dedi vobis et patribus vestris Et non
inclinastis aurem vestram neque audistis me Firmaverunt

ipsi filii Jonadab filii Rechab preceptum patris sui quod preceperat
eis populus autem iste non obedivit mihi Ideo hec dicit dominus exercituum
deus israel universam afflictionem quam locutus sum adversum illos eo quod
locutus sum ad eos et non audierunt vocavi illos et non
responderunt Domui autem Rechabitarum dixit Jeremias Hec
dicit dominus exercituum deus israel pro eo quod obedistis precepto
Jonadab patris vestri et custodistis omnia mandata eius et fecistis
universa que precepit vobis propterea hec dicit dominus exercituum
deus israel Non deficiet vir de stirpe Jonadab filii Re-
chab stans in conspectu meo cunctis diebus. XXXVI

XXXVI Et factum est in anno quarto Joachim filii Josie regis
Juda factum est verbum hoc ad Jeremiam a domino
dicens Tolle volumen libri et scribes in eo omnia
verba que locutus sum tibi adversum israel et iudam et adver-
sum omnes gentes a die qua locutus sum ad te ex diebus
Josie usque ad diem hanc Si forte audiant domus Juda
universa mala que ego cogito facere eis et revertatur unusquisque
a via sua pessima et propitius ero iniquitati et peccato eorum
Vocavit ergo Jeremias Baruch filium Nerie Et scripsit
Baruch ex ore Jeremie omnes sermones domini quos locutus
est ad eum in volumine libri Et precepit Jeremias Baruch
dicens Ego clausus sum nec valeo ingredi domum domini
Ingredere ergo tu et lege de volumine in quo scripsisti ex ore
meo verba domini audiente populo in domo domini in die
ieiunii Insuper et audiente Juda universo qui veniunt de
civitatibus suis leges eis Si forte cadat oratio eorum in conspectu
domini Et revertatur unusquisque a via sua pessima quoniam
magnus furor est et indignatio quam locutus est dominus ad-
versum populum hunc Et fecit Baruch filius Nerie iuxta omnia
que preceperat ei Jeremias propheta legens ex volumine sermo-
nes domini in domo domini Factum est autem in anno quinto
Joachim filii Josie regis Juda in mense nono predi-
caverunt ieiunium in conspectu domini omni populo in Jerusalem
et universe multitudini que confluxerat de civitatibus Juda in
Jerusalem Legit ergo Baruch ex volumine sermones Jeremie
in domo domini in gazophilacio Gamarie filii Saphan

omnes sermones domini ex libro / descendit in domum regis ad gazo
phylacium scribe Et ecce omnes principes sedebant Elysama
scriba et dalaias filius Semee semeie / et Elnathan filius
Achobor Et Gamarias filius saphan Et Sedechias filius
Ananie et universi principes Et nunciavit eis micheas omnia
verba que audivit legente Baruch ex volumine in auribus
populi Miserunt itaque omnes principes ad Baruch iudi filium
Nathanie filii selemie filii Chusi dicentes Volumen
ex quo legisti audiente populo assume in manu tua Et ve
nit Tulit ergo Baruch filius Nerie volumen in manu sua et
venit ad eos Et dixerunt ad eum Sede et lege hec in auribus
nostris Et legit Baruch in auribus eorum Igitur cum audissent
omnia verba obstupuerunt unusquisque ad proximum suum Et di
xerunt ad Baruch Nunciare regi debemus omnes sermones
istos Et interrogaverunt eum dicentes Indica nobis quomodo scripsi
sti omnes sermones istos ex ore eius Dixit autem eis baruch
Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones
istos Et ego scribebam in volumine atramento Et dixerunt
omnes principes ad baruch Vade abscondere tu et ieremias
et nemo sciat ubi sitis Et ingressi sunt ad regem ad atrium
Porro volumen commendaverunt in gazophilacium Elysame
scribe Et nunciaverunt audiente rege omnes sermones Mi
sit itaque iudi rex ut sumeret volumen Qui tollens id
de gazophilacio Elysame scribe legit audiente rege et
universis principibus qui stabant circa regem Rex autem sedebat
in domo hiemali in mense nono et posita erat arula
coram eo plena prunis Cumque legisset iudi tres pagellas
vel quatuor scidit illud scalpello scribe et proiecit in
ignem / qui erat super arulam / donec consumeretur omne
volumen igni qui erat in arula Et non timuerunt neque
sciderunt vestimenta sua rex et omnes servi eius / qui audie
runt omnes sermones istos universos Verumtamen Elnathan
et dalaias alias damaias et Gamarias contradixerunt regi
ne combureret librum et non audivit eos Et precepit rex
Ieremiel filio amalech et Saraie filio ezriel et Sele
mie filio abdehel ut comprehenderent Baruch scribam et
Ieremiam prophetam Abscondit autem eos dominus Et factum est
verbum domini ad ieremiam prophetam postquam combusserat volu

et sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremie dicens Rursum
tolle volumen aliud et scribe in eo omnes sermones priores
qui erant in primo volumine quod combussit Ioachim rex
Iuda Et ad Ioachim regem Iuda dices Hec dicit dominus Tu
combussisti volumen ~~dicens~~ illud dicens Quare scripsisti in eo
annuncians Festinus veniet rex Babilonis et vastabit terram
hanc et cessare faciet ex illa hominem et iumentum Propter
ea hec dicit dominus deus contra Ioachim regem Iuda
Non erit ex eo qui sedeat super solium David Et cadaver
eius proicietur ad estum per diem et ad gelu per noctem
Et visitabo contra eum et contra semen eius Et contra servos eius
iniquitates suas Et adducam super eos et super habitatores
Ierusalem et super viros Iuda omne malum quod locutus sum
ad eos et non audierunt Ieremias autem tulit volumen aliud
et dedit illud Baruch filio Nerie scribe qui scripsit in eo
ex ore Ieremie omnes sermones libri quem combusserat rex
Iuda Ioachim igni Et insuper additi sunt sermones multo
plures quam ante fuerant Et regnavit rex Sedechias filius
Iosie pro Iechonia filio Ioachim quem constituit regem Nabuchodonosor

XXXVII Et regnavit Sedechias rex filius Iosie pro Iechonia
filio Ioachim quem constituit regem Nabuchodonosor
rex Babilonis in terra Iuda Et non obedivit ipse
et servi eius et populus eius verbis domini que locutus
est in manu Ieremie prophete Et misit rex Sedechias Iochal
filium Selemie et Sophoniam filium Maasie sacerdotem ad
Ieremiam prophetam dicens Ora pro nobis dominum deum nostrum
Ieremias autem libere ambulabat in medio populi Non enim
miserant eum in custodiam carceris Igitur exercitus pharaonis
egressus est de Egypto Et audierunt Caldei qui obside
bant Ierusalem huiuscemodi nuncium et recesserunt ab Ierusalem
Et factum est verbum domini ad Ieremiam prophetam dicens Hec dicit dominus
deus Israel Sic dicetis regi Iuda qui misit vos ad me inter
rogandum me Ecce exercitus pharaonis qui egressus est
vobis in auxilium revertetur in terram suam in Egyptum Et re
dient Caldei et bellabunt contra civitatem hanc Et capient
eam et incendent igni Hec dicit dominus Nolite decipere animas
vestras dicentes Euntes abibunt et recedent a nobis Caldei
quia non abibunt Sed et si percusseritis omnem exercitum

caldeorum qui preliantur adversum vos et derelicti fuerint ex eis aliqui
vulnerati singuli de tentorio suo consurgent et incendent civitatem
hanc igitur Ergo cum recessisset exercitus caldeorum ab ierusalem propter exer-
citum pharaonis Egressus est ieremias de ierusalem ut iret
in terram Beniamin et divideret ibi possessionem in conspectu civium
Cumque pervenisset ad portam Beniamyn Erat ibi custos por-
te per vices nomine Jerias filius Selemiae filii ananie Et
apprehendit Jeremiam prophetam dicens Ad caldeos profugis Et
respondit Jeremias falsum est Non fugio ad caldeos et non au-
divit eum Sed comprehendit Jerias Jeremiam et adduxit eum
ad principes Quamobrem irati principes contra Jeremiam Cesum
eum miserunt in carcerem qui erat in domo Jonathe scribe Ipse
enim prepositus erat super carcerem Itaque ingressus est Jeremias do-
[illegible] in domum laci et in ergastulum Et sedit ibi Jerem-
ias diebus multis Mittens itaque rex Sedechias tulit eum
et interrogavit eum in domo sua abscondite Et dixit Putas
ne est sermo a domino Et dixit Jeremias Est Et ait In manum
regis Babilonis traderis Et dixit Jeremias ad regem Sede-
chiam Quid peccavi tibi et servis tuis et populo tuo quia
misisti me in domum carceris Ubi sunt prophete vestri qui prophe-
tabant vobis et dicebant Non veniet rex Babilonis super
vos et super terram hanc Nunc ergo audi obsecro domine mi rex
valeat deprecatio mea in conspectu tuo Et ne me remittas
in domum Jonathe scribe ne moriar ibi Precepit ergo rex
Sedechias ut traderetur Jeremias in vestibulo carceris et
ut daretur ei torta panis quotidie excepto pulmento donec
consumerentur omnes panes de civitate Et mansit Jeremias in ve-
Audivit autem Sedechias Saphatias | stibulo carceris XXXVIII
filius Nathan Et Gedelias filius Fassur et Jo-
chal filius Selemie et Fassur filius Melchie
Quos sermones Jeremias loquebatur ad omnem populum dicens
Hec dicit dominus Quicumque manserit in civitate hac morietur
gladio et fame et peste Qui autem profugerit ad caldeos
vivet et erit anima eius sospes et vivens Hec dicit dominus Trade-
ndo tradetur civitas hec in manum exercitus regis Babilonis
et capiet eam Et dixerunt principes regi Rogamus ut occidatur
homo iste De industria enim dissolvit manus virorum bellantium
qui remanserunt in civitate hac et manus universi populi
loquens ad eos iuxta verba hec Siquidem homo iste

Siquidem homo iste non querit pacem populo huic sed malum. Et dixit
rex Sedechias: Ecce iste in manibus vestris est. Nec enim fas est re-
gem vobis quicquam negare. Tulerunt ergo Jeremiam et proiecerunt
eum in lacum Elchie filii Amalech qui erat in vestibulo carceris.
Et submiserunt Jeremiam in funibus et in lacum in quo non erat
aqua sed lutum. Descendit itaque Jeremias in cenum. Audivit autem
Abdemelech Ethiops vir eunuchus qui erat in domo regis
quod misissent Jeremiam in lacum. Porro rex sedebat in porta Be-
niamyn. Et egressus Abdemelech de domo regis et locutus est
ad regem dicens: Domine mi rex, male fecerunt viri isti omnia
quecumque perpetraverunt contra Jeremiam prophetam mittentes eum in lacum
ut moriatur ibi fame. Non sunt enim ultra panes in civitate. Precepit
itaque rex Abdemelech Ethiopi dicens: Tolle tecum hinc xxx
viros et leva Jeremiam prophetam antequam moriatur. Assumptis
igitur Abdemelech secum viris secum ingressus est domum regis
que erat sub cellario et tulit inde veteres pannos et antiqua
vestimenta que computruerant et submisit ea ad Jeremiam in
lacum per funiculos. Dixitque Abdemelech Ethiops ad Jeremiam:
Tolle veteres pannos et hec scissa et putrida pone sub cubito
manuum tuarum et super funes. Fecit ergo Jeremias sic. Et ex-
traxerunt Jeremiam funibus et eduxerunt eum de lacu. Mansit
autem Jeremias in vestibulo carceris. Et misit rex Sedechi-
as et tulit ad se Jeremiam prophetam ad hostium tercium quod
erat in domo domini. Et dixit rex ad Jeremiam: Interrogo ergo
te sermonem, ne abscondas a me aliquid. Dixit autem
Jeremias ad Sedechiam: Si annunciavero tibi, numquid non
interficies me? Et si consilium dedero tibi, non me audies.
Iuravit ergo Sedechias rex Jeremie clam dicens: Vivit dominus
qui nobis fecit animam hanc, si occidero te. Et si tradidero
te in manus virorum istorum qui querunt animam tuam. Et dixit
Jeremias ad Sedechiam: Hec dicit dominus exercituum deus Israel:
Si profectus exieris ad principes regis Babilonis, vivet
anima tua et civitas hec non succendetur igni. Et salvus
eris tu et domus tua. Si autem non exieris ad principes regis
Babilonis, tradetur civitas hec in manus Caldeorum et
succendent eam igni. Et tu non effugies de manu eorum.
Et dixit rex Sedechias ad Jeremiam: Sollicitus sum propter

Iudeos qui transfugerunt ad caldeos ne forte tradar in manus
eorum et illudant mihi. Respondit autem Jeremias et dixit ad eum
Non te tradent. Audi queso vocem domini quam loquor ego ad te
et bene tibi erit. Et vivet anima tua. Quod si nolueris egredi iste
est sermo quem ostendit michi dominus. Ecce omnes mulieres que
remanserunt in domo regis Juda educentur ad principes re
gis babilonis et ipse dicent Seduxerunt te et prevaluerunt
adversum te viri pacifici tui demerserunt te in ceno
et in lubrico pedes tuos Et recesserunt a te Et omnes uxores
tue et filii tui educentur ad caldeos Et non effugies
manus eorum sed in manu regis babilonis traderis Et urbem
hanc comburent igni. Dixit ergo Sedechias rex ad Jeremiam
Nullus sciat verba hec et non morieris Si autem audierint
principes quia locutus sum tecum et venerint ad te et
dixerint tibi Indica nobis quid locutus sis cum rege ne ce
les nos et non te interficiemus Et quid locutus est tecum
rex Dices ad eos Prostravi ego preces meas coram
rege ne me reduci iuberet in domum Jonathan et ibi
morerer Venerunt ergo omnes principes ad Jeremiam Et interroga
verunt eum Et locutus est eis iuxta omnia verba que preceperat
ei rex Et cessaverunt ab eo Nichil enim fuerat auditum Man
sit ergo Jeremias in vestibulo carceris usque ad diem qua
capta est Jerusalem Et factum est ut caperetur Jerusalem

Anno nono Sedechie regis Iudae mense decimo
venit Nabuchodonosor rex babilonis et omnis exercitus eius XXXIX
ad Jerusalem et obsidebant eam. Undecimo autem anno
Sedechie mense quarto septima die mensis aperta est
civitas Et ingressi sunt principes omnes regis babilonis
et sedebant in porta media Neregel Sereser Seme
gar nabusarsachim Rapsaces Neregel Sereser Rebmag
Et omnes reliqui principes regis babilonis Cumque vidisset
eos Sedechias rex Juda Et omnes viri bellatores fuge
runt et egressi sunt nocte de civitate per viam orti regis et
per portam que erat inter duos muros et egressi sunt ad viam
deserti Persecutus est autem eos exercitus caldeorum et compre
henderunt Sedechiam in campo solitudinis Jerichonti
ne Et captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem babilonis

in Reblatha que est in terra emath Et locutus est ad eum iudi
cia Et occidit rex babilonis filios sedechie in Reblatha in
oculis eius et omnes nobiles iuda occidit rex babilonis Oculos
quoque Sedechie eruit et vinxit eum in compedibus ut duceretur
in babilonem Domum quoque regis et domum vulgi succenderunt Cal
dei igne et murum ierusalem subverterunt et reliquias populi que re
manserant in civitate et profugos qui transfugerant ad eum et
superfluos vulgi qui remanserant transtulit Nabuzardan
magister militum in babilonem Et de plebe pauperum qui nichil
penitus habebant dimisit magister militum Nabuzardan in terra Iuda
Et dedit eis vineas et cisternas in die illa Preceperat autem
Nabuchodonosor rex babilonis de Jeremia Nabuzardan magistro milicie
dicens Tolle illum et pone oculos super eum oculos tuos nichil
que ei mali facias sed ut voluerit sic facias ei Misit ergo nabu
zardan princeps milicie et Nabuz. et sesbasan. et rapsaces et
et Neregel et Sereser et rebma rebmag et omnes optimates
regis Babilonis miserunt et tulerunt Jeremiam de vestibulo
carceris et tradiderunt eum Godolie filio Aicham filii Sa
phan ut intraret domum et habitaret in populo Ad Jeremiam autem
factus fuerat sermo domini cum clausus esset in vestibulo carceris
dicens Vade et dic abdemelech ethiopi dicens Hec
dicit dominus exercituum deus israel Ecce ego inducam sermones meos
super civitatem hanc in malum et non in bonum Et erunt in conspectu
tuo in die illa Et liberabo te ait dominus in die illa et non
traderis in manus virorum quos tu formidas sed eruens
liberabo te Et gladio non cades sed erit anima tua tibi in sa
lutem quia in me habuisti fiduciam ait dominus. xl
XL. Sermo qui factus est ad Jeremiam a domino postquam
dimissus est a Nabuzardan magistro milicie de
rama quando tulit eum vinctum cathenis
in medio omnium qui migrabant de ierusalem et iuda et duce
bantur in babilonem Tollens ergo princeps milicie Jeremiam dixit
ad eum Dominus deus tuus locutus est malum hoc super locum istum
Et adduxit et fecit dominus sicut locutus est quia peccastis domino
et non audistis vocem eius Et factus est sermo hic Nunc
ergo ecce solvi te hodie de cathenis que sunt in manibus
tuis Si placet tibi ut venias mecum in babilonem et ponam
oculos meos super te Si autem displicet tibi venire mecum
in babilonem reside Ecce omnis terra in conspectu tuo est

Quod elegeris. et quod placuit tibi ut vadas illuc perge
Et mecum noli venire Sed habita apud Godoliam filium
Aytham filii Saphan Quem prefecit rex Babilonis ci-
uitatibus iude Habita ergo cum eo in medio populi vel quocumque
placuit tibi ut vadas vade. Dedit quoque magister milicie ei ci-
baria et munuscula et dimisit eum Venit autem ieremias
ad Godoliam filium Aytham in masphat et habitauit cum
eo in medio populi qui relictus fuerat in terra Cumque audissent
omnes principes exercitus qui dispersi fuerant per regiones
ipsi et socii eorum quod prefecisset rex babilonis Godoliam
filium Aytham terre Et quod commendasset ei viros et mulieres
et paruulos et de pauperibus terre qui non fuerant translati
in babilonem venerunt ad godoliam in masphat Et
hysmael filius nathanie et Johanna filius Caree et
Jonathan et Sareas filius Thenoneth et filii offi qui
erant de nethophati et Jezonias filius mechati ipsi et vi-
ri eorum Et iurauit eis Godolias filius Aytham filii Sa-
phan Et comitibus eorum dicens Nolite timere seruire caldeis
habitare in terra et seruite regi Babilonis et bene erit
vobis Ecce ego habito in masphat ut respondeam precepto
caldeorum qui mittuntur ad nos Vos autem colligite vin-
demiam et messem et oleum et condite in vasis vestris
et manete in urbibus vestris quas tenetis Sed et omnes
iudei qui erant in moab et in filiis amon et in
ydumea et in vniuersis regionibus Audito quod dedisset
rex babilonis reliquias in iudea Et quod prefecisset super
eos Godoliam filium Aytham filii Saphan reuersi sunt
inquam iudei omnes de vniuersis locis ad que profugerant
Et venerunt in terram iuda ad godoliam in masphat et col-
legerunt vinum et messem multam nimis Johanna autem
filius caree et omnes principes exercitus qui dispersi fuerant
in regionibus venerunt ad godoliam in masphat et dixerunt
ei Scito quod Bahalis rex filiorum amon misit hysmael
filium nathanie percutere animam tuam Et non credidit eis
Godolias filius Aytham Johanna autem filius Caree
dixit ad godoliam seorsum in masphat loquens Ibo et
percutiam hysmael filium nathanie nullo sciente ne interficiat

animam tuam / et dissipentur iudei omnes / qui congregati sunt
ad te et peribunt reliquie iuda Et ait Godolias filius Ay-
cham ad Johannam filium caree Noli facere verbum hoc / falsum
enim loqueris tu de hysmahel / Capitulum xli /
XLI Et factum est in mense septimo venit hysmael filius
nathanie / filii elisama de semine regali / et
optimates regis et decem viri cum eo ad Godoliam
filium aycham in masphat et comederunt ibi panes simul
in masphat Surrexerunt autem hysmael filius nathanie
et decem viri qui cum eo erant et percusserunt godoliam filium
aycham filii saphan gladio et interfecerunt eum gladio / quem
prefecerat rex babilonis terre Omnes etiam iudeos qui erant
cum godolia in masphat / et caldeos qui reperti sunt ibi et
viros bellatores percussit hysmael Secundo autem die post-
quam occiderat godoliam nullo sciente venerunt viri de sichem
et de sylo et de samaria Et octoginta viri rasi barba et
scissis vestibus et squalentes munera et thus habebant
in manu ut offerrent in domo domini Egressus est ergo
hysmael filius nathanie in occursum eorum de masphat
incedens et plorans ibat Cum autem occurrisset eis dixit
ad eos Venite ad godoliam filium aycham Qui cum
venissent ad medium ciuitatis interfecit eos hysmael filius
nathanie circa medium laci ipse et viri cum eo Decem autem
viri reperti sunt inter eos Qui dixerunt ad hysmael /
Noli occidere nos Quia habemus thesauros in agro fru-
menti et ordei et olei et mellis Et cessavit et non inter-
fecit eos cum fratribus suis. Lacus enim in quem proiecerat
hysmael omnia cadavera virorum quos percussit propter Go-
doliam ipse est quem fecit asa rex propter baasa regem
israel ipsum replevit hysmael filius Nathanie occisis
Et captivas duxit hysmael omnes reliquias populi / qui
erant in masphat / filias regis et universum populum qui
remanserant in masphat quos commendaverat Nabu-
zardan princeps milicie Godolie filio Aycham Et
cepit eos hysmael filius Nathanie et abiit ut transiret
ad filios Amon Audivit autem iohannam filius Caree

Et omnes principes bellatorum qui erant cum eo omne ma
lum quod fecerat ysmahel filius nathanie et assumptis
uniuersis viris profecti sunt ut bellarent adversus hysmaelem
filium nathanie Et invenerunt eum ad aquas multas que sunt
in Gabaon Cumque vidisset omnis populus qui erat cum hys
mael iohannam filium Caree hysmael autem filius nata
nie fugit cum octo viris a facie iohanna et abyt ad fili
os amon Tulit ergo iohanna Et universos principes be
llatorum qui erant cum eo letati sunt Et reversus est omnis populus
quem ceperat hysmael in masphat Reversusque est abyt ad
iohannam filium Caree hysmael autem filius nathanie fugit
cum octo viris a facie iohanna et abiit ad filios amon
Tulit ergo iohanna filius Caree et omnes principes bellatorum
qui erant cum eo universas reliquias vulgi quas reduxerat
ab hysmael filio Nathanie de masphat Postquam percussit
Godoliam filium aycham fortes viros ad prelium et mulieres
et pueros et eunuchos quos reduxerat de gabaon et
abyerunt et sederunt peregrinantes in Chanaan que est
iuxta betulem ut pergerent et introirent egyptum a facie
Caldeorum Timebant enim eos Quia percusserat hysmahel
filius nathanie godoliam filium aycham quem preposuerat
Et accesserunt omnes rex babilonis in terra iuda
principes bellatorum et iohanna filius Caree et XLII
iecomas filius iosie et reliquum vulgi a paruo
usque ad maximum Dixeruntque ad ieremiam prophetam Cadat
oratio nostra in conspectu tuo Et ora pro nobis ad dominum
deum nostrum pro universis reliquiis istis quia derelicti sumus
pauci de pluribus sicut oculi tui nos intuentur et annunciet
et nobis dominus deus tuus viam per quam pergamus et verbum
quod faciamus Dixit autem ad eos ieremias propheta Audivi
Ecce ego oro ad dominum deum nostrum secundum verba vestra
Omne verbum quodcumque responderit michi indicabo vobis nec ce
labo vos quicquam Et illi dixerunt ad ieremiam Sit dominus
inter nos testis veritatis et fidei Si non iuxta omne verbum in quo
miserit te dominus deus tuus ad nos sic faciemus Sive bonum est
sive malum voci domini dei nostri ad quem mittimus te obediemus

ut bene sit nobis cum audierimus vocem domini dei nostri. Cum autem
completi essent decem dies, factum est verbum domini ad ieremi-
am. Vocavitque iohannam filium Caree et omnes principes
bellatorum qui erant cum eo, et universum populum a minimo usque
ad maximum. Et dixit ad eos: Hec dicit dominus deus israel ad quem
misistis me ut prosternerem preces vestras in conspectu eius.
Si quiescentes manseritis in terra hac edificabo vos et non
destruam, plantabo et non evellam. Iam enim placatus
sum super malo quod feci vobis. Nolite timere a facie regis
Babilonis, quem vos pavidi formidastis. Nolite formidare.
Nolite timere eum dicit dominus quia vobiscum sum ego, ut salvos
vos faciam et eruam de manu eius. Et dabo vobis misericordias
et miserebor vestri. Et habitare vos faciam in terra vestra. Si autem
dixeritis vos: Non habitabimus in terra ista nec audiemus
vocem dei nostri dicentes: Nequaquam, sed ad terram Egypti
pergemus, ubi non videbimus bellum et clangorem
tube non audiemus et famem non sustinebimus et ibi habitabimus;
propter hoc nunc audite verbum domini reliquie iuda. Hec dicit dominus
exercituum deus israel: Si posueritis faciem vestram ut ingre-
diamini Egyptum et intraveritis ut ibi habitetis, gladius
quem vos formidatis ibi comprehendet vos in terra Egyp-
ti. Et fames pro qua estis solliciti adherebit vobis. Et
ibi moriemini. Omnesque viri qui posuerunt faciem suam
ut ingrediantur Egyptum et habitent ibi morientur gladio et
fame et peste. Nullus de eis remanebit nec effugiet
a facie mali quod ego afferam super eos. Quia hec dicit
dominus exercituum deus israhel: Sicut conflatus est furor
meus et indignatio mea super habitatores iherusalem, sic conflabitur
indignatio mea super vos cum ingressi fueritis Egyptum.
Et eritis in iusiurandum et in stuporem et in maledictum
et in opprobrium. Et nequaquam ultra videbitis locum istum.
Verbum domini super vos reliquie iuda: Nolite intrare
Egyptum. Scientes scietis quia obtestatus sum vobis
hodie, quia decepistis animas vestras. Vos enim misistis me
ad dominum deum vestrum dicentes: Ora pro nobis ad dominum deum
nostrum. Et iuxta omnia quecumque dixerit nobis dominus deus noster
sic annuncia nobis et faciemus. Et annunciavi vobis hodie et

non audistis vocem domini dei vestri super universis pro quibus misit
me ad vos. Nunc ergo scientes scietis quia gladio et fame
et peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare ut habi-
Factum est autem cum complesset taretis ibi. xliii c. XLIII
Jeremias loquens ad populum universos sermones domini
dei eorum pro quibus miserat eum dominus deus eorum ad illos
omnia verba hec dixit Azarias filius Osie et Johanna filius
Caree et omnes viri superbi dicentes ad Jeremiam mendacium
tu loqueris. Non misit te dominus deus noster dicens Ne ingrediamini
Egyptum ut habitetis illic. Sed Baruch filius Nerie incitat
te adversum nos ut tradat nos in manibus Caldeorum ut interficia-
at nos et transduci faciat in Babilonem. Et non audivit Jo-
hanna filius Caree et omnes principes bellatorum et universus
populus vocem domini ut manerent in terra Juda. Sed tollens
Johanna filius Caree et universi principes bellatorum universos
reliquias Juda qui reversi fuerant de cunctis gentibus
ad quas fuerant ante dispersi ut habitarent in terra Juda viros
et mulieres et parvulos et filias regis. Et omnem animam
quam reliquerat Nabuzardan princeps milicie cum Godo-
lia filio Aycham filii Saphan et tulit Jeremiam prophetam
et Baruch filium Nerie. Et ingressi sunt in terram Egypti quia
non obedierunt voci domini et venerunt usque ad Taphnis. Et
factus est sermo domini ad Jeremiam in Taphnis dicens Su-
me in manu tua lapides grandes et absconde eos in
cripta que est sub muro latericio in porta domus Phara-
onis in Taphnis cernentibus viris Judeis. Et dicas ad eos
Hec dicit dominus exercituum deus Israel. Ecce ego mittam et assumam
Nabuchodonosor regem Babilonis servum meum. Et ponam thronum
eius super lapides istos quos abscondi et statuet solium
suum super eos. Veniensque percuciet terram Egypti quos in
l. in morte morte. Et quos in captivitatem in captivitatem. Et quos in gladio
in gladio. Et succendet ignem in delubris deorum Egypti
Et comburet ea. Et captivos ducet illos. Et amicietur ter-
ra Egypti sicut amicitur pastor pallio suo. Et egredietur
inde in pace. Et conteret statuas domus solis que sunt in terra Egypti
Verbum quod. Et delubra deorum Egypti comburet igni
factum est ad Jeremiam. Et ad omnes Judeos qui habitabant XLIIII

in terra egypti habitantes in magdalo et in thaphnis et in
menphis et in terra phatures dicens. Hec dicit dominus exercitu-
um deus israel vos audistis omne malum istud quod adduxi
super jerusalem et super omnes urbes juda. Et ecce deserte sunt
hodie et non est habitator propter maliciam quam fecerunt ut
me ad iracundiam provocarent et irent et sacrificarent
et colerent deos alienos quos nesciebant et illi et vos
et patres vestri. Et misi ad vos omnes servos meos prophetas
de nocte consurgens mittensque et dicens. Nolite facere
verbum abhominationis huiuscemodi. Et non audierunt nec
inclinaverunt aurem suam ut converterentur a malis et non sacri-
ficarent diis alienis. Et conflata est indignatio mea et
furor meus et succensa est in civitatibus juda et in plateis
jerusalem et verse sunt in solitudinem et vastitatem secundum
diem hanc. Et nunc hec dicit dominus exercituum deus israel. Quare
vos facitis malum hoc grande contra animas vestras ut intereat
ex vobis vir et mulier parvulus et lactans de medio jude nec
relinquatur vobis quicquam residuum provocantes me in operibus
manuum vestrarum sacrificando diis alienis in terra egypti
in quam ingressi estis ut habitetis ibi et dispereatis et sitis in
maledictionem et in opprobrium cunctis gentibus terre. Numquid obliti
estis mala patrum vestrorum et mala regum juda et mala uxo-
rum et mala vestra et mala uxorum vestrarum que fecerunt
in terra juda et in regionibus jerusalem. Non sunt mundati usque ad
hanc diem et non timuerunt et non ambulaverunt in lege
domini et in preceptis meis que dedi coram vobis et coram
patribus vestris. Ideo hec dicit dominus deus exercituum israel. Ecce
ego ponam faciem meam in vobis in malum. Et disperdam omnem
judam. Et assumam reliquias jude qui posuerunt facies su-
as ut ingrederentur in terram egypti et habitarent ibi. Et con-
sumentur a minimo usque ad maximum in gladio et fame
morientur. Et erunt in iusiurandum et in miraculum et in
maledictionem. Et in opprobrium. Et visitabo habitatores terre
egypti sicut visitavi super jerusalem in gladio et fame et
peste. Et non erit qui effugiat et sit residuus de reli-
quiis judeorum qui vadunt ut peregrinentur in terra egypti et

reuertantur in terram iuda. ad quam ipsi eleuant animas suas ut reuertantur
et habitent ibi. Non reuertentur illuc nisi qui fugerint. Responderunt
autem Jeremie omnes uiri scientes quod sacrificarent uxores eorum
diis alienis. et uniuerse mulieres quarum stabat multitudo grandis
et omnis populus habitantium in terra Egypti et phatures dicentes
Sermonem quem locutus es ad nos in nomine domini dei nostri
non audiemus ex te. sed facientes faciemus omne uerbum quod egredietur
de ore nostro ut sacrificemus regine celi et libemus ei libamina
sicut fecimus nos et patres nostri Reges nostri et principes nostri
in urbibus iuda et in plateis ierusalem. Et saturati sumus panibus
et bene nobis erat. malum quod non uidimus. Ex eo autem tempore
quo cessauimus sacrificare regine celi et libare ei libamina indi-
gemus omnibus. et gladio et fame consumpti sumus. Quod si nos
sacrificamus regine celi et libamus ei libamina. Numquid sine uiris
nostris facimus ei placentas ad colendam eam et liba libanda

Et dixit Jeremias ad omnem populum aduersum uiros et XLII·
aduersum mulieres. et aduersum uniuersam plebem que
responderat ei uerbum dicens. Numquid non sacrificium quod
sacrificastis in ciuitatibus iuda et in plateis ierusalem. uos et patres
uestri Reges uestri et principes uestri et populus terre horum recordatus
est dominus et ascendit super cor eius. Et non poterat dominus ultra
portare propter maliciam studiorum uestrorum et propter abhominationes quas
fecistis. Et facta est terra uestra in desolationem et in stuporem
et in maledictum. eo quod non sit habitator. sicut est dies hec propterea
quod sacrificaueritis ydolis. et peccaueritis Ideo uenerunt uobis
mala omnia hec. sicut est dies hec. Dixit autem Jeremias ad omnem
populum et ad uniuersas mulieres. Audite uerbum domini omnis Juda
qui estis in terra egypti. Hec dicit dominus exercituum deus israhel
dicens. Vos et uxores uestre locute estis ore uestro et manibus uestris
implestis dicentes. Faciamus uota nostra que uouimus ut sacrificemus
regine celi et libemus ei libamina. Implestis uota uestra. et ope
perpetrastis ea. Ideo audite uerbum domini omnis iuda. qui habitatis
in terra Egypti. Ecce ego iuraui in nomine meo magno ait
dominus. quia nequaquam ultra uocabitur nomen meum ex ore omnis
uiri iudei dicentis. Viuit dominus deus in omni terra Egypti. Ecce
ego uigilabo super eos in malum et non in bonum. Et consumentur

omnes viri iuda qui sunt in terra egypti gladio et fame et pe-
ste. donec penitus consumantur. Et qui fugerint gladium
revertentur de terra egypti in terram iuda viri pauci. Et scient
omnes reliquie iuda ingredientium terram egypti ut habi-
tent ibi cuius sermo compleatur meus an illorum. Et hoc vobis
signum ait dominus quod visitem ego super vos in loco isto ut
sciatis quia vere complebuntur sermones mei contra vos in malum
Hec dicit dominus Ecce tradam pharaonem regem egypti in manu
inimicorum eius et in manu querentium animam eius sicut tradidi
Sedechiam regem iuda in manu Nabuchodonosor regis babilonis
inimici sui et querentis animam eius. Capitulum xlv secundum alios xlv

XLV Verbum quod locutus est Jeremias propheta ad Baruch
filium nerie cum scripsisset verba hec in libro ex ore Jere-
mie anno quarto Joachim filii Josie regis iuda dicens
Hec dicit dominus deus israhel ad te Baruch. Dixisti ve misero
mihi quoniam addidit dominus dolorem dolori meo. Laboravi in
gemitu meo et requiem non inveni. Hec dicit dominus. Sic
dices ad eum. Ecce quos edificavi ego destruo. Et quos
plantavi ego evello: et universam terram hanc. et tu queris
tibi grandia. Noli querere. Quia ecce ego adducam malum
super omnem carnem ait dominus. Et dabo tibi animam tuam in
salutem in omnibus locis ad quecumque perrexeris xlvi

XLVI Quod factum est verbum ad ieremiam prophetam contra gentes
ad egyptum adversum exercitum pharaonis Nechao
regis egypti qui erat iuxta flumen eufraten in
Charchamis quem percussit Nabuchodonosor rex babilonis in quarto
anno Joachim filii Josie regis iuda. Preparate scutum
et clipeum et procedite ad bellum. Iungite equos et ascen-
dite equites. State in galeis. Polite lanceas
induite vos loricis. Quid igitur vidi ipsos pavidos et ter-
ga vertentes fortes eorum cesos. Et fugerunt concito nec re-
spexerunt. Terror undique ait dominus. Non fugiet velox nec
salvari se putet fortis. Ad aquilonem iuxta flumen Eu-
fraten victi sunt et ruerunt. Quis est iste qui quasi flu-
men ascendit et veluti fluviorum intumescunt gurgites
eius. Egyptus fluminis instar ascendit et velut flumina
movebuntur fluctus eius et dicet Ascendens operiam ter-
ram. perdam civitatem et habitatores eius. Ascendite equos

et exultate in curribus / et procedant fortes ethyopia et
libia tenentes scutum / et lidii arripientes et iacientes sagittas
Dies enim illa domini dei exercituum dies ultionis ut sumat
vindictam de inimicis suis Devorabit gladius et saturabitur
et inebriabitur sanguine eorum victima enim domini exercituum in
terra aquilonis iuxta flumen Eufraten Ascende in Galaath
et tolle resinam virgo filia Egypti. frustra multiplicasti
medicamina / sanitas non erit tibi Audierunt gentes
ignominiam tuam Et ululatus tuus replevit terram / quia fortis
impegit in fortem et ambo pariter conciderunt Verbum quod
locutus est dominus ad Jeremiam prophetam super eo quod venturus esset Nabu-
chodonosor rex babilonis et percussurus terram Egypti Annunciate
Egypto et auditum facite in magdalo et resonet in mem-
phis et in thaphnis dicite / Sta et prepara te / quia devorabit
gladius ea que per circuitum tuum sunt Quare computruit
fortis tuus Non stetit quia dominus subvertit eum multiplicavit
ruentes Ceciditque vir ad proximum suum Et dicent Surgite
et revertamur ad populum nostrum et ad terram nativitatis nostre a facie gla-
dii columbe Vocate nomen pharaonis regis egypti Tumul-
tum adduxit tempus Vivo ego inquit rex dominus exercituum no-
men eius quoniam sicut thabor in montibus et sicut carmelus in
mari veniet Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia
Egypti / quia memphis in solitudinem erit et deseretur
et inhabitabilis erit Vitula elegans atque formosa Egyptus
stimulator ab aquilone veniet ei Mercenarii quoque eius
qui versabantur in medio eius quasi vituli saginati / versi sunt
et fugerunt simul nec stare potuerunt / quia dies interfectionis
eorum venit super eos / tempus visitationis Vox eius quasi
eris sonabit / quia cum exercitu properabunt et cum securibus
venient ei quasi ligna cedentes saltum eius ait dominus qui
supputari non potest Multiplicati sunt super locustas et non
est in eis numerus Confusa est filia Egypti et tradita in manu
populi aquilonis Dixit dominus exercituum deus israel Ecce ego
visitabo super tumultum alexandrie et super pharaonem Et
super Egyptum / et super deos eius / et super reges eius et
super eos qui confidunt in eo Et dabo eos in manu querentium animam

eorum et in manu nabuchodonosor regis babilonis et in manu servorum
eius. Et post hec habitabitur sicut diebus pristinis ait dominus.
Et tu ne timeas serve meus iacob et ne paveas ysrahel
quia ecce salvum te faciam de longinquo et semen tuum de terra
captivitatis sue. Et revertetur iacob et quiescet et prosperabitur
et non erit qui exterreat eum. Et tu noli timere serve meus
iacob ait dominus quia tecum ego sum quia consumam ego
cunctas gentes ad quas eieci te. Te vero non consumam sed
castigabo te in iudicio nec quasi innocenti parcam tibi.

XLVII Verbum domini quod factum est ad ieremiam prophetam contra
palestinos antequam percuteret pharao gazam. Hec dicit
dominus. Ecce aque ascendent ab aquilone et erunt
quasi torrens inundans et operient terram et plenitudinem eius
et habitatores eius. Clamabunt homines ululabunt omnes habitatores
eius terre a strepitu pompe armatorum et bellatorum eius a
commotione quadrigarum eius et multitudine rotarum eius. Non
respexerunt patres filios manibus dissoluti pro adventu
diei in quo vastabuntur omnes palestini. Et dissipabitur tyrus
et sydon cum omnibus reliquis auxiliis suis. Depopulatus
est enim dominus palestinos reliquias insule capadocie. Venit
calvitium super gazam ~~conticuit~~ conticuit ascalon et re-
liquie vallis earum usquequo concideris. O mucro domini usquequo
non quiesces ingredere vaginam tuam refrigerare et sile. Quomodo
quiescet cum dominus preceperit ei adversum ascalonem et ad-
versum maritimas eius regiones ibique condixerit ibi.

XLVIII Ad moab hec dicit dominus exercituum deus ysrahel. Ve
super nabo quoniam vastata est et confusa. Capta est
cariathaim confusa est fortis et tremuit.
Et non est ultra exultatio in moab. Contra esebon cogi-
taverunt malum venite et disperdamus eam de gente. Ergo
silens conticesces sequeturque te gladius. Vox clamoris
de oronaim vastitas et contritio magna. Contrita est moab.
Annunciate clamorem parvulis eius. Per ascensum
enim luith plorans ascendit in fletu quoniam in descensu
oronaym hostes ululatum contritionis audierunt. Fugite sal-
vate animas vestras. Et eritis quasi myrice in deserto. Pro eo
enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis et in thesauris
tuis tu quoque capieris. Et ibit chamos in transmigrationem

Sacerdotes eius et principes eius simul. Et veniet predo ad omnem
urbem. Et urbs nulla salvabitur. Et peribunt valles et dissi-
pabuntur campestria quoniam dixit dominus. Date florem moab quia
florens egredietur. Et civitates eius deserte erunt / et inhabi-
tabiles. Maledictus qui facit opus dei fraudulenter. Et ma-
ledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. Fertilis mo-
ab ab adolescentia sua et requievit in fecibus suis. Nec trans-
fusus ẽ de vase in vas / et in transmigrationem non abiit. Idcirco
permansit gustus eius in eo / et odor eius non est
immutatus. Propterea ecce dies veniunt dicit dominus et mittam
ei ordinatores et stratores laguncularum / et sternent eum
et vasa eius exhaurient / et lagunculas eorum collident.
Et co(n)fundetur moab a chamos / sicut co(n)fusa ẽ domus israel
a bethel in qua habebat fiduciam. Quomodo dicitis fortes sumus et
viri robusti ad preliandum. Vastata est moab et civitates illius
et ascenderunt et electi iuvenes eius descenderunt in occisionem
ait rex dominus exercituum nomen eius. Prope est interitus moab ut
veniat et malum eius velociter (ex)titit nimis. Co(n)solami(ni) eum
omnes qui estis in circuitu eius et universi qui scitis nomen eius
dicite. Quomodo confracta est virga fortis baculus gl(ori)osus. Descende
de de gloria / sede in siti habitatio filie dybon / quia vastator
moab ascendet ad te dissipabit munitiones tuas. In via
sta et prospice habitatio aroer interroga fugientem / et eum
qui evasit dic quid accidit. Confusus est moab quia
victus est. Ululate et clamate / annunciate in arnon
quia vastata est moab et iudicium venit ad terram campestrem
super helon et super iessa et super mephaath et super dy-
bon. Et super nabo et super domum deblathaim et super
cariathaym et super bethgamul et super bethmaon / et super
carioth et super bosra et super omnes civitates terre moab
que longe et que prope sunt. Abscisum est cornu moab et bra-
chium eius contritum est ait dominus. Inebriate eum quoniam
contra dominum erectus est / et allidet manum moab in vomitu suo
Et erit ĩ derisum etiam ipse. Fuit enim in derisum tibi israel
quasi inter fures reperisses eum / propter verba ergo tua / que
adversum illum locutus es captivus duceris. Relinquite ci-
vitates et habitate in petra habitatores moab / et estote quasi

Columba nidificans in summo ore foraminis. Audivimus superbiam
et altitudinem cordis illius. Ego scio ait dominus iactantiam eius et
arrogantiam, et quod non sit iuxta eam virtus eius. Nec iuxta
quod poterat conata sit facere. Ideo super moab eiulabo et ad
moab universam clamabo, et ad viros muri fictilis lamen-
tantes. De planctu iazer plorabo tibi vinea Saba-
ma. Propagines tue transierunt mare usque ad mare iazer per-
venerunt. Super messem tuam et vindemiam tuam predo irruit.
Ablata est leticia et exultacio de carmelo et de terra moab.
Et vinum de torcularibus sustuli. Nequaquam calcator uve so-
litum celeuma cantabit. De clamore esebon usque ad eleale
et iasa dederunt vocem suam. A segor usque ad oronaym vitula
consternantem. Aque quoque nemrim pessime erunt.
Et auferam de moab ait dominus offerentem in excelsis et sacrifican-
tem diis eius. Propterea cor meum ad moab quasi tibia re-
sonabit. Et cor meum ad viros muri fictilis dabit sonitum
tinnitum tibiarum, quia plus fecit quam potuit. Ideo peri-
erunt. Omne enim caput calvicium. Et omnis barba rasa erit.
In cunctis manibus colligatio. Et super omne dorsum cilicium. Et
super omnia tecta moab, et in plateis eius omnis planctus
quoniam contrivi moab sicut vas inutile ait dominus. Quomodo
deiecit cervicem moab et confusus est. Eritque moab in de-
risum et in exemplum omnibus in circuitu suo. Hec dicit dominus.
Ecce quasi aquila volabit et extendet alas suas ad moab.
Capta est carioth et munitiones comprehense sunt. Et erit
cor fortium moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis.
Et cessabit moab esse populus, quoniam contra dominum gloriatus est.
Pavor et fovea et laqueus super te o habitator moab ait
dominus. Qui fugit a facie pavoris cadet in foveam, et qui con-
scenderit de fovea capietur laqueo. Adducam enim super
moab annum visitationis eorum dicit dominus. In umbra esebon
steterunt de laqueo fugientes, quia ignis egressus est de esebon
et flamma de medio seon, et devoravit partem moab
et verticem filiorum tumultus. Ve tibi moab periisti popule chamos
quia comprehensi sunt filii tui et filie tue in captivitatem. Et con-
vertam captivitatem moab in novissimis diebus ait dominus. Hucusque
et dicit iudicia moab. Ad filios amon.

XLIX. Hec dicit domini. Numquid non filii sunt israel aut heres

nō est ei. Quare igitur hereditate possedit melchom Gad et populus
eius in urbibus eius habitabit. Ideo ecce dies veniunt in te dicit
dominus. Et auditum faciam super Rabath filiorum amon fremi-
tum prelii. Et erit in tumulum dissipata, filieque eius igne suc-
cendentur. Et possidebit israel possessores suos dicit dominus. Ulula
esebon, quoniam vastata est hai. Clamate filie Rabath, accingite
vos ciliciis, plangite et circuite per sepes, quoniam melchom
in transmigrationem ducetur sacerdotes eius et principes eius simul.
Quid gloriaris in vallibus. Defluxit vallis tua filia delica-
ta, que confidebas in thesauris tuis. Et dicebas
Quis veniet ad me. Ecce ego inducam super te terrorem ait
dominus exercituum deus israel ab omnibus qui sunt in circuitu tuo et
dispergemini singuli a conspectu vestro. Nec erit qui congreget
fugientes. Et post hec reverti faciam fugientes et captivos fi-
liorum amon, ad ydumeam. Hec dicit dominus exercituum. Numquid
nō est ultra sapientia in theman. Periit consilium a filiis
inutilibus, facta est sapientia eorum. Fugite et terga vertite. Descen-
dite in voraginem habitatores dedan. Quoniam perditionem esau ad-
duxi super eum tempus visitationis eius. Si vindemiatores
venissent super te reliquissent racemum. Si fures in nocte
rapuissent quod sufficeret sibi. Ego vero discooperui esau
revelavi abscondita eius et celari nō potuit. Vastatum est
semen eius et fratres eius et vicini eius et nō erit. Relinque
pupillos tuos. Et ego faciam eos vivere et vidue tue in me
sperabunt, quia hec dicit dominus. Ecce quibus nō erat iudicium
ut biberent calicem bibentes bibent et tu quasi innocens relinqueris.
Nō eris innocens. Sed bibens bibes, quia per memetipsum
iuravi dicit dominus quod in solitudinem et in opprobrium et in desertum
et in maledictionem erit Bosra alias Bosra. Et omnes civitates
eius erunt in solitudines sempiternas. Auditum audivi a domino
Et legatus ad gentes missus sum. Congregamini et venite contra
eam. Et consurgamus in prelium. Ecce enim parvulum dedi te
in gentibus contemptibilem inter homines. Arrogantia tua decepit
te et superbia cordis tui. Qui habitas in cavernis petre,
et apprehendere niteris altitudinem collis. Cum exaltaveris
quasi aquila nidum tuum, inde detraham te dicit dominus.
Et erit ydumea deserta. Omnis qui transierit per eam stupebit

Et sibilabit super omnes plagas eius Sicut subversa est Sodoma
et Gomorra et vicine eius ait dominus non habitabit ibi vir et non
incolet eam filius hominis Ecce quasi leo ascendet de superbia
Iordanis ad pulcritudinem robustam Quia subito currere eum
faciam ad illam Et quis erit electus quem preponam ei Quis enim
similis mei Et quis sustinebit me Et quis est iste pastor qui resistat
vultui meo Propterea audite consilium domini quod iniit de Edom
et ~~de cogitationibus~~ cogitationes eius quas cogitavit de habitatori
bus Theman Si non deiecerint eos parvuli gregis nisi
dissipaverint
dissipaverint cum eis habitaculum eorum A voce enim ruine
eorum commota est terra Clamor in mari rubro auditus
est vocis eius Ecce quasi aquila ascendet et evolabit et
expandet alas suas super Bosram Et erit cor fortium Ydu
mee in die illa quasi cor mulieris parturientis Ad Dama
sum Confusa est Emath et Arphat quia auditum pessimum
audierunt turbati sunt in mari pre sollicitudine quiescere non
potuit Dissoluta est Damascus versa in fugam tremor appre
hendit eam angustie et dolores tenuerunt eam quasi
parturientem Quomodo dereliquerunt civitatem laudabilem urbem
letitie Ideo cadent iuvenes eius in plateis eius Et
omnes viri prelii conticescent in die illa ait dominus exercituum
Et succendam ignem in muro Damasci et devorabit me
nia Benadab Ad Cedar et ad regna Asor que percussit
Nabuchodonosor rex Babilonis Hec dicit dominus Surgite et ascendite
ad Cedar et vastate filios orientis Tabernacula eorum et gre
ges eorum capient pelles eorum et omnia vasa eorum et came
los eorum tollent sibi Et vocabunt super eos formidinem in
circuitu Fugite abite vehementer in voraginibus se
dete qui habitatis Asor ait dominus Iniit enim contra vos Na
buchodonosor rex Babilonis consilium Et cogitavit adversum vos
cogitationes Consurgite et ascendite ad gentem quietam
et habitantem confidenter ait dominus Non hostia nec vectes
eius soli habitant Et erunt cameli eorum in direptionem
et multitudo iumentorum in predam Et dispergam eos
in omnem ventum qui sunt attonsi in comam Et de
omni confinio eorum adducam interitum super eos ait

dominus. Et erit Asor in habitaculum draconum usque in eternum de-
serta. Non manebit ibi vir nec incolet eam filius hominis.
Quod factum est verbum domini ad Jeremiam prophetam adversum Elam
in principio regni Sedechie regis Iuda dicens. Hec dicit dominus
exercituum deus israel. Ecce ego confringam arcum Elam. summam
fortitudinemque eorum et inducam super Elam quattuor ventos
a quattuor plagis celi et ventilabo eos in omnes ventos
istos / et non erit gens ad quam non perveniat profugi Elam
Et pavere faciam Elam coram inimicis suis / et in conspectu
querentium animam eorum. Et adducam super eos malum iram
furoris mei dicit dominus. Et mittam post eos gladium donec
consumam eos. Et ponam solium meum in Elam et perdam
inde reges et principes ait dominus. In novissimis autem diebus

Verbum quod locutus [Lectio [illegible]]
est dominus de Babilonia de terra Caldeorum in manu .L.
Iereme prophete. Annunciate in gentibus et auditum
facite. Levate signum predicate / et nolite celare / dicite
Capta est Babilon. Confusus est Bel. Victus est Maradach
Confusa sunt sculptilia eorum. superata sunt ydola eorum. Quoniam
ascendet contra eam gens ab aquilone. que ponet terram eius
in solitudinem. Et non erit qui habitet in ea ab homine usque
ad pecus / et moti sunt et abierunt. In diebus illis. et
in tempore illo ait dominus venient filii israel ipsi et filii
Iuda simul ambulantes et flentes properabunt et dominum
deum suum querent in Syon. et interrogabunt viam. Huc
facies eorum. venient et apponentur ad dominum federe sem-
piterno. quod nulla oblivione delebitur. Grex perdi-
tus est populus meus. Pastores eorum seduxerunt eos
fecerunt que vagari in montibus de monte in collem transierunt
obliti sunt cubilis sui / Omnes qui invenerunt comederunt
eos. Et hostes eorum dixerunt. Non peccavimus. Pro eo quod
peccaverunt domino decori iusticie et expectacioni patrum
eorum domino. Recedite de medio babilonis et de terra Cal-
deorum egredimini. Et estote quasi edi ante gregem. Quoniam
ecce ego suscito et adducam in babilonem congregacionem
gentium magnarum de terra aquilonis. Et preparabuntur adversus
eam. et inde capietur. Sagitta eius quasi viri fortissimi

interfectoris non revertetur vacua Et erit caldea in predam omnes
vastatores eam replebuntur ait dominus Quoniam exultastis et magna
loquimini diripientes hereditatem meam quoniam effusi estis sicut
vituli super herbam et mugistis ut tauri Confusa est
mater vestra nimis et adequata pulveri que genuit vos
Ecce novissima erit in gentibus et deserta in via et arens
Ab ira domini non habitabitur sed redigetur tota in solitudinem
Omnis qui transibit per babilonem stupebit et sibilabit super
universis plagis eius Preparamini contra babilonem per circui-
tum omnes qui tenditis arcum debellate eam non parcite
iaculis quia domino peccavit Clamate adversus eam ubique
dedit manum Conciderunt fundamenta eius et destructi sunt
muri eius quia ultio domini est ultionem accipite de ea
sicut fecit facite ei Disperdite satorem de babilone et te-
nentem falcem in tempore messis a facie gladii columbe un-
usquisque ad populum suum convertetur et singuli ad terram suam fu-
gient Grex dispersus israel leones eiecerunt eum primus
comedit eum rex assur iste novissimus dominus exercituum
deus israel exossavit eum nabuchodonosor rex babilonis prop-
terea Hec dicit dominus exercituum deus israel Ecce ego visi-
tabo regem babilonis et terram eius sicut visitavi re-
gem assur et reducam israel ad habitaculum suum et pasce-
tur carmelum et basan et in monte effraym et galaad
saturabitur anima eius In diebus illis et in tempore illo ait
dominus queretur iniquitas israel et non erit et peccatum iuda
et non invenietur quoniam propicius ero eis quos relinquo
Super terram dominantium ascende et super habitatores eius
visita dissipa et interfice que post eos sunt ait dominus
Et fac iuxta omnia que precepi tibi Vox belli in terra
et contritio magna Quomodo confractus et contritus malleus uni-
verse terre Quomodo versa est in desertum babilon in
gentibus Illaqueavi te et capta es babilon et nescie-
bas et inventa et apprehensa quia dominum provocasti
Aperuit dominus thesaurum suum et protulit vasa ire sue
quoniam opus est domino deo exercituum in terra caldeorum
Venite ad eam ab extremis finibus aperite ut exeant

qui conculcent eam Tollite de via lapides redigite in
acervos et interficite eam, Nec sit quicquam reliquum dissipate
universos fortes eius descendant in occisionem Ve eis quia
venit dies eorum Tempus visitacionis eorum Vox fugiencium
et eorum qui evaserunt de terra babilonis ut annunciarent in
syon ulcionem domini dei nostri / ulcionem templi eius Annun-
ciate in babilonem plurimis aliis perdicionis / omnibus qui ten-
dunt arcum Consistite adversus eam per gyrum, et nullus
evadat Reddite ei secundum opus suum iuxta omnia que fecit
facite ei Quia contra dominum erecta est adversus sanctum israel
Ideo cadent iuvenes eius in plateis eius / et omnes
viri bellatores eius conticescent in die illa ait dominus Ecce
ego ad te superbe dicit dominus deus exercituum Quia venit dies
tuus tempus visitacionis tue Et cadet superbus et corruet
et non erit qui suscitet eum Et succendam ignem in urbibus
eius Et devorabit omnia in circuitu eius / hec dicit dominus
exercituum Calumpniam sustinent filii israel et filii iuda
simul Omnes qui ceperunt eos tenent nolunt dimittere
eos Redemptor eorum fortis dominus exercituum nomen eius iu-
dicio defendit causam eorum ut exterreat terram et commove-
at habitatores babilonis et ad principes et ad sapientes eius
Gladius ad divinos eius / qui stulti erunt Gladius
ad fortes illius qui timebunt Gladius ad caldeos ait
dominus et ad habitatores babilonis et ad principes et ad sa-
pientes eius Gladius ad equos eius et ad currus eius
et ad omne vulgus eius quod est in medio eius Et erunt quasi
mulieres Gladius ad thesauros eius qui diripientur Si-
ccitas super aquas eius erit et arescent / quia terra scul-
ptilium est et in portentis gloriatur Propterea habitabunt dracones
cum fatuis ficariis et habitabunt in ea struciones et non inhabi-
tabitur ultra usque in sempiternum / nec extruetur usque ad
generacionem et generacionem Sicut subvertit dominus sodomam et gomor-
ram et vicinas eius ait dominus Non stabit ibi vir / neque
incolet eam filius hominis Ecce populus venit ab aquilo-
ne et gens magna / et reges multi consurgent

a finibus terre arcum et scutum apprehendent crudeles sunt et i-
misericordes vox eorum quasi mare sonabit et super equos ascende-
runt sicut vir paratus ad prelium contra te filia babilonis Audiuit
rex babilonis famam eorum et dissolute sunt manus eius an-
gustia apprehendit eam dolor quasi parturientem Ecce quasi leo
ascendit de superbia iordanis ad pulchritudinem robustam quia
currere subito faciam ad illam Et quis erit electus quem ego preponam
ei Quis enim similis mei Et quis sustinebit me Et quis est
iste pastor qui resistat vultui meo Propterea audite consilium
domini quod mente concepit aduersum babilonem Et cogitationes
eius quas cogitauit super terram caldeorum Nisi detraxerint eos
paruuli gregum Nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum
a voce captiuitatis babilonis commota est terra Et clamor inter

LI

Hec dicit dominus Ecce ego Gentes auditus est
suscitabo super babilonem et super habitatores eius qui
cor suum leuauerunt contra me quasi ventum pestilen-
tem Et mittam in babilonem ventilatores et ventilabunt
eam Et demolientur terram eius quoniam venerunt super eam
vndique in die afflictionis eius Non habitabit qui tendet
arcum suum Non ascendet loricatus Nolite parcere iuue-
nibus eius interficite omnem maliciam eius Et cadent inter-
fecti in terra caldeorum et vulnerati in regionibus eius Quoniam
non fuit viduatus israel et iuda a domino deo suo domino
exercituum Terra autem eorum repleta est delicto a sancto israel
Fugite de medio babilonis ut saluet unusquisque
animam suam Nolite tacere super iniquitatem eius quoniam tempus
vltionis eius est domino Et vicissitudinem ipse retribuet ei
Calix aureus babilonis in manu domini inebrians omnem
terram De vino eius biberunt gentes et commote sunt
Subito cecidit babilon et contrita est vlulate super eam
Tollite resinam ad dolorem eius si forte sanetur Cura-
uimus babilonem et non est sanata derelinquamus eam et
eamus vnusquisque in terram suam quoniam peruenit usque ad
celos iudicium eius et eleuatum est usque ad nubes Pro-
tulit dominus iusticias vestras Venite et narremus in syon
opus domini dei nostri Acuite sagittas implete pharetras

Suscitavit dominus spiritum regum medorum et contra babilonem mens
eius est ut perdat eam Quoniam ultio domini est ultio
templi sui Rex medorum contra babilonem a domino suscitatus est
Super muros babilonis levate signum augete custodiam
levate custodes preparate insidias quia cogitavit dominus et fecit
quecunque locutus est contra habitatores babilonis Que habitas
super aquas multas locuples in thesauris venit finis
tuus pedalis incisionis tue Iuravit dominus exercituum per ani-
mam suam quoniam replebo te hominibus quasi bruco
et super te celeuma cantabitur Qui fecit terram in fortitudine
sua preparavit orbem in sapientia sua et prudentia sua exten-
dit celos Dante eo vocem multiplicantur aque in celo
qui levat nubes ab extremo terre fulgura in pluviam fecit
et produxit ventos de thesauris suis Stultus factus est
omnis homo a scientia Confusus est omnis conflator in sculptili
quia mendax conflatio eius quia nec spiritus in eis Vana
sunt opera et risu digna in tempore visitationis sue peribunt Non
sicut hec pars iacob Quia qui fecit omnia ipse est et israel
sceptrum hereditatis eius dominus exercituum nomen eius
Collidis tu mihi vasa belli et ego collidam in te gentes et
disperdam in te regna Collidam in te equum et equitem eius
Et collidam in te virum et mulierem Et collidam in te senem
et puerum Et collidam in te iuvenem et virginem Et colli-
dam in te pastorem et gregem eius Et collidam in te agri-
colam et iugales eius Et collidam in te duces et ma-
gistratus Et reddam babiloni et cunctis habitatoribus caldee
omne malum suum quod fecerunt in syon in oculis vestris ait
dominus Ecce ego ad te mons pestifer ait dominus qui corrumpis
universam terram Et extendam manum meam super te et evolvam
te de petris Et dabo te in montem combustionis et non
tollam de te lapidem in angulum et lapidem in funda-
menta sed perditus in eternum eris ait dominus Levate signum
in terra Clangite buccina in montibus sanctificate super eam
gentes Annunciate contra illam Ararath Sanctificate re-
gibus in eum et Asceneth numerate contra eam Thaphsar
Adducite equum quasi bruchum aculeatum Sanctificate
contra eam gentes Reges medie duces eius et universos

magistratus eius / cunctamque terram potestatis eius Et commovebitur terra
et turbabitur quia evigilabit contra babylonem cogitatio domini
ut ponat terram babylonis desertam / et inhabitabilem Cessaverunt
fortes babylonis a proelio habitaverunt in praesidiis devora-
tum est robur eorum Et facti sunt quasi mulieres incensa sunt taberna-
cula eius Contriti sunt vectes eius Currens obviam currenti
veniet ut annuntiet regi babylonis quia capta est civitas
a summo usque ad summum Et vada praeoccupata sunt Et
paludes incensae sunt igni Et viri bellatores conturbati sunt
Quia haec dicit dominus exercituum deus israel filia Babylonis
quasi area tempus triturae eius Adhuc modicum et veniet
tempus messionis eius Comedit me devoravit me Nabuch-
rex Babylonis Reddidit me quasi vas inane / absorbuit me
quasi draco replevit ventrem suum teneritudine mea / et eiecit
me Iniquitas adversum me et caro mea super babylonem dicit ha-
bitatio syon Et sanguis meus super habitatores caldeae dicit
hierusalem Propterea haec dicit dominus Ecce ego iudicabo causam tuam
et ulciscar ultionem tuam Et desertum faciam mare eius et sicca-
bo venam eius Et erit babylon in tumulos habitatio draconum
Stupor et sibilus / eo quod non sit habitator Simul ut leones rugi-
ent et excutient comas velut catuli leonum In calore eorum
ponam potus eorum et inebriabo eos ut sopiantur et dor-
miant somnum sempiternum et non resurgant dicit dominus
Deducam eos quasi agnos ad victimam et quasi arietes cum
edis Quomodo capta est Sesach alias Besach et comprehensa
est inclita universae terrae Quomodo facta est in stuporem Babylon
inter gentes Et ascendit super Babylonem mare / multi-
tudine fluctuum eius operta est Factae sunt civitates eius in
stuporem / terra inhabitabilis et deserta Terra in qua non
habitat / nec transeat per eam filius hominis Et visitabo super
Bel in Babylone et eiciam quod absorbuerat de ore eius
Et non confluent ultra ad eum gentes Siquidem et murus
Babylonis corruet Egredimini de medio eius populus meus
ut salvet unusquisque animam suam ab ira domini Et ne
forte mollescat cor vestrum Et timeatis auditum qui audietur
in terra Et veniet in anno auditio et iniquitas in terra
et dominator super dominatorem Propterea ecce dies veniunt
Et visitabo super sculptilia babylonis et omnis terra eius

confundetur et omnes interfecti cadent in medio eius et laudabunt super
babilonem celi et terra et omnia que in eis sunt quia ab aquilone veni-
ent ei predones ait dominus Et quomodo fecit babilon ut caderent
occisi in israhel sic de babilone cadent occisi in universa
terra Qui fugistis gladium venite nolite stare Recordami-
ni procul dominum et ierusalem ascendat super cor vestrum Confusi su-
mus quoniam audivimus obprobrium operuit ignominia facies no-
stras quia venerunt alieni super sanctificationem domus domini
Propterea ecce dies veniunt dicit dominus Et visitabo super sculptilia
babilonis et in omni terra eius mugiet vulneratus Si ascen-
derit babilon in celum et firmaverit in excelso robur suum a
me venient vastatores eius dicit dominus Vox clamoris de babilone
et contricio magna de babilone et contricio magna de terra Caldeorum
Quoniam vastavit dominus babilonem et perdidit ex ea vocem magnam
Et sonabunt fluctus eorum quasi aque multe dedit sonitum
vox eorum quia venit super eam id est super babilonem predo Et
inebriabo apprehensi sunt fortes eius et emarcuit arcus
eorum quia fortis ultor dominus reddens retribuet Et inebriabo
principes eius et sapientes eius et duces eius et magistratus eius
et fortes et dormient somnum sempiternum Et non consurgent
ait rex dominus exercituum nomen eius Hec dicit dominus deus exercituum
Murus babilonis ille latissimus suffossione suffodietur
et porte eius excelse igne comburentur et laborabunt populi
in nihilum et gentes in ignem erunt et disperibunt Verbum
quod precepit Jeremias propheta Saraye filio Nerie filii Maa-
sie Cum pergeret cum Sedechia rege in babilonem anno
quarto regni eius Sarayas autem erat princeps prophetie Et scrip-
sit Jeremias omne malum quod venturum erat super babilonem
in libro uno omnia verba hec que scripta sunt contra babilonem
Et dixit Jeremias ad Sarayam Cum veneris ad babilonem
et videris et legeris omnia verba hec dices Domine tu locutus
es contra locum istum ut disperderes eum ne sit qui in eo ha-
bitet ab homine usque ad pecus et sit perpetua solitudo Cumque
compleveris legere librum istum ligabis ad eum lapidem
et proicies illum in medio Eufraten et dices Sic submergetur
babilon et non consurget a facie afflictionis quam
ego adduco super eam et dissolvetur Hucusque ver-
ba Jeremie Sequitur capitulum quinquagesimum secundum

L.II. Filius xx et vnius anni erat sedechias cum regnare cepisset
et xi annis regnauit in ierusalem et nomen matris eius
Amichal filia ieremie de lobna Et fecit in oculis domini
mala iuxta omnia que fecerat ioachim / quoniam furor domini erat
in ierusalem et in iuda usque proiceret eos a facie sua et recessit
sedechias a rege babilonis Factum est autem in anno ix regni
eius in mense x decima die mensis venit nabuchodonosor rex babilonis
ipse et omnis exercitus eius aduersus ierusalem / et obsederunt eam
Et edificauerunt contra eam munitiones in circuitu et fuit ciui-
tas obsessa usque ad vndecimum annum regni sedechie Men-
se autem quarto nona die mensis obtinuit fames ciuitatem
et non erat alimenta populo terre Et dirupta est ciuitas et
omnes viri bellatores eius fugerunt exieruntque de ciuitate
nocte per viam porte que est inter duos muros et ducit
ad ortum regis / Caldeis obsidentibus vrbem in gyro et abie-
runt per viam que ducit in heremum Persecutus est autem caldeorum
exercitus regem Et apprehenderunt sedechiam in deserto quod
est iuxta iericho Et omnis comitatus eius diffugit ab eo Cumque
comprehendissent regem adduxerunt eum ad regem babilonis
in reblatha que est in terra emath Et locutus est ad
Iugulauit eum iudicia Et iugulauit rex babilonis filios sedechie
in oculis eius Sed et omnes principes iuda occidit
in reblatha Et oculos sedechie eruit et vinxit eum
in compedibus et adduxit eum rex babilonis in babilonem
Et posuit eum in domo carceris / usque ad diem mortis
eius In mense autem v decima die mensis ipse est
annus nonus decimus nabuchodonosor regis babilonis venit Na-
buzardan princeps milicie qui stabat coram rege babilonis
in ierusalem / et incendit domum domini et domum regis et
omnes domus ierusalem et omnem domum magnam igne com-
bussit Et totum murum ierusalem per circuitum destruxit / cunctus
exercitus caldeorum / qui erant cum magistro milicie / De paupe-
ribus autem populi et de reliquo vulgo quod remanserat in ciuitate
et de profugis qui profugerant ad regem babilonis / et ce-
teros de multitudine transtulit nabuzardan princeps milicie
De pauperibus vero terre reliquit Nabuzardan princeps mi-
licie in vinitores et in agricolas Columnas quoque eneas
que erant in domo domini et bases et mare eneum quod

erat in domo domini confregerunt Caldei et tulerunt omne es
eorum in Babilonem et lebetes et creagras et psalteria et
phialas et mortariola et omnia vasa erea que in ministerio
fuerant tulerunt et ydrias et thymiamatha et urceos et
pelues et candelabra et ciatos quotquot aurea aurea et
quotquot argentea argentea tulit magister milicie Columpnas
duas et mare unum vitulos xii ereos qui erant sub basibus
quas fecerat rex Salomon in domo domini Non erat pondus
eris omnium vasorum horum De columpnis autem x et viii cubiti
altitudinis erant in columpna una Et funiculus xii cubitorum
circuibat eam porro grossitudo quattuor digitorum Et inte-
rius caua erat et capitella super utramque erea Et altitudo
capitelli unius v cubitorum Super capitellum in circuitu omnia
erea Similiter columpne alterius Et fuerunt retiacula et ma-
logranata lxxxxvi dependencia et omnia malogranata
c retiaculis circumdabantur Et tulit magister milicie Saraiam
sacerdotem primum et Sophoniam sacerdotem secundum et tres
custodes vestibuli Et de ciuitate tulit Eunuchum unum qui
erat prepositus super viros bellatores et vii viros de hiis qui
videbant faciem regis qui inventi sunt in ciuitate Et scribam
principem militum qui probabat tyrones et lx viros de populo
terre qui inventi sunt in medio ciuitatis Tulit autem eos
Nabusardan magister milicie Et duxit eos ad regem Ba-
bilonis in Reblatha Et percussit eos rex babilonis in
Reblata que est in terra Emath Et translatus est Juda de terra
sua Iste est populus quem transtulit Nabuch in anno septimo
Judeos tria milia et xxiii In anno xviii Nabuch transtulit
de Jherusalem animas xxxii In anno xxiii Nabuch transtulit Nabu-
sardan magister milicie judeorum animas dccxlv Omnes ergo
anime quattuor milia dc Et factum est in tricesimo vii anno
transmigrationis Joachim regis Jude xii mense xxv mensis
eleuauit Evilmoradach rex babilonis ipso anno regni
sui caput Joachim regis Jude et eduxit eum de domo
carceris Et locutus est cum eo bona Et posuit thronum eius
super tronum regum qui erant in babilone Et mutauit vestimenta
carceris Et comedebat panem coram eo cunctis diebus vite
sue Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei a rege
Babilonis statuta per singulos dies usque ad diem mortis

Incipiunt lamentationes ieremie

sue cunctis diebus vite sue
Et factum est postquam in captivitatem ductus
est israhel et ierusalem deserta est sedit
ieremias flens et lamentatus lamen-
I tum istud et dixit Aleph Quomodo
sedet sola civitas plena populo facta est quasi
vidua domina gentium princeps provinciarum
facta est sub tributo Beth Plorans ploravit
in nocte et lacrime eius in maxillis eius Non est qui conso-
letur eam ex omnibus caris eius Omnes amici eius spreverunt
eam et facti sunt ei inimici Gymel Migravit iudas propter
afflictionem et multitudinem servitutis Habitavit inter gentes nec
invenit requiem Omnes persecutores eius apprehenderunt eam
inter angustias Deleth Vie syon lugent eo quod non sint
qui veniant ad sollempnitatem Omnes porte eius destructe
sacerdotes eius gementes Virgines eius squalide Et ipsa
oppressa est amaritudine He Facti sunt hostes eius in ca-
pite inimici eius locupletati sunt quia dominus locutus est
super eam propter multitudinem iniquitatum eius Parvuli eius
ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis Vau Et
egressus est a filia syon omnis decor eius facti sunt principes
eius velut arietes non invenientes pascua Et abierunt
absque fortitudine ante faciem subsequentis Zai Et recordata
est ierusalem dierum afflictionis sue et prevaricationis et
omnium desiderabilium suorum que habuerat a diebus antiquis
Cum caderet populus eius in manu hostili et non esset auxiliator
Viderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius Heth
Peccatum peccavit ierusalem propterea instabilis facta est Omnes
qui glorificabant eam spreverunt eam quia viderunt ignominiam
eius Ipsa autem gemens et conversa est retrorsum Teth Sor-
des eius in pedibus eius Nec recordata est finis sui Depo-
sita est vehementer non habens consolatorem Vide domine afflictionem
meam quoniam erectus est inimicus Ioth Manum suam misit
hostis ad omnia desiderabilia eius Quia vidit gentes
ingressas sanctuarium suum de quibus preceperas ne intrarent
ecclesiam tuam Caph Omnis populus eius gemens et querens

panem dederunt queque preciosa pro cibo ad refocillandam animam
Vide domine et considera quoniam facta sum vilis Lameth O
vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est
dolor sicut dolor meus. Quoniam vindemiavit me ut
locutus est dominus in die ire furoris sui Mem De excelso misit
ignem in ossibus meis et erudivit me Expandit rethe
pedibus meis convertit me retrorsum posuit me desolatam
tota die merore confectam Nun Vigilavit iugum iniquitatum
mearum in manu eius convolute sunt et imposite collo meo
infirmata est virtus mea dedit me dominus in manu de qua
non potero surgere Samech Abstulit omnes magnificos meos
dominus de medio mei vocavit adversum me tempus ut contereret
electos meos Torcular calcavit dominus virgini filie Juda
Ayn Ideo ego plorans et oculus meus deducens aquam
quia longe factus est a me consolator convertens animam meam
facti sunt filii mei perditi quoniam invaluit inimicus Phe
Expandit Syon manus suas non est qui consoletur eam
Mandavit dominus adversum Jacob in circuitu eius hostes eius
facta est Jerusalem quasi polluta menstruis inter eos Sade Ju
stus est dominus quia os eius ad iracundiam provocavi
Audite obsecro universi populi et videte dolorem meum Vir
gines mee et iuvenes mei abierunt in captivitatem Coph
Vocavi amicos meos et ipsi deceperunt me sacerdotes mei
et senes in urbe consumpti sunt quia quesierunt cibum sibi
ut refocillarent animas suas Res Vide domine quoniam tribulor
conturbatus est venter meus subversum est cor meum in memetipso
quoniam amaritudine plena sum Foris interficit gladius et
domi mors similis est Syn Audierunt quia ingemisco ego
et non est qui consoletur me Omnes inimici mei audierunt
malum meum letati sunt quoniam tu fecisti adduxisti diem
consolationis et fient similes mei Thau Ingrediatur omne
malum eorum coram te et vindemia eos sicut vindemiasti
me propter iniquitates meas multi enim gemitus mei
Quomodo obtexit et cor meum merens Aleph
caligine in furore suo dominus filiam Syon Pro
iecit de celo terram inclitam Israhel Et non
est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris II
Beth Precipitavit dominus nec pepercit omnia speciosa

Jacob destruxit in furore suo municiones virginis Juda
deiecit in terram polluit regnum et principes eius. Gymel.
Confregit in ira furoris omne cornu israel avertit retrorsum
dexteram suam a facie inimici et succendit in Jacob quasi
ignem flamme devorantis in giro. Deleth. Tetendit
arcum suum quasi inimicus firmavit dexteram suam quasi
hostis et occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo
filie syon effudit quasi ignem indignationem suam. He.
Factus est dominus velut inimicus precipitavit israel precipitavit
omnia menia eius dissipavit municiones eius et reple-
vit in filia Juda humiliatum et humiliatam. Vau. Et dissipavit
quasi ortum tentorium suum demolitus est tabernaculum suum ob-
livioni tradidit dominus in syon festivitatem et sabbatum
et in opprobrium et in indignationem furoris sui reges et sacer-
dotem. Zay. Repulit dominus altare suum maledixit sanctifi-
cationi sue tradidit in manu inimici muros turrium eius
vocem dederunt in domo dei sicut in die solempni. Heth.
Cogitavit dominus dissipare murum filie syon tetendit
funiculum suum et non avertit manum suam a perditione
luxitque antemurale et murus pariter dissipatus est.
Teth. Defixe sunt in terra porte eius perdidit et contrivit
vectes eius reges eius et principes eius in gentibus
non est lex et prophete eius non invenerunt visionem a do-
mino. Ioth. Sederunt in terra conticuerunt senes filie syon
consperserunt cinere capita sua virgines iherusalem accincti
sunt ciliciis. Abiecerunt in terram capi-
ta sua virgines Juda. Caph. Defecerunt pre lacrimis ocu-
li mei conturbata sunt omnia viscera mea effusum est in
terra iecur meum super contricione filie populi mei cum deficeret
parvulus et lactens in plateis oppidi. Lamed. Matribus
suis dixerunt ubi est triticum et vinum cum deficerent
quasi vulnerati in plateis civitatis cum exalarent animas suas
in sinum matrum suarum. Men. Cui comparabo te et con-
solabor te vel cui assimilabo te filia iherusalem cui ad-
equabo te et consolabor te virgo filie syon magna
est enim velut mare contricio tua quis medebitur tui.
Nun. Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta nec aperiebant

iniquitatem tuam ut te ad penitentiam provocarent Viderunt autem
tibi assumptiones falsas et eiectiones Samech Plause-
runt super te manibus omnes transeuntes per viam sibilaverunt
et moverunt capita sua super filiam Jerusalem Haeccine est
urbs dicentes perfecti decoris gaudium universe terre Ayn
Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui sibilaverunt
et fremuerunt dentibus et dixerunt devorabimus eum ista
est dies quam expectabamus invenimus vidimus Phe Fecit
dominus que cogitavit complevit sermonem suum quem preceperat
a diebus antiquis Destruxit et non pepercit Et letificavit
super te inimicum Exaltavit cornu hostium tuorum Sade Cla-
mavit cor eorum ad dominum super muros filie Syon deduc
quasi torrentem lacrimas per diem et noctem non des requiem tibi
neque taceat pupilla oculi tui Koph Consurge lauda in
nocte in principio vigiliarum effunde sicut aquam cor tuum ante
conspectum domini Leva ad eum manus tuas pro anima
parvulorum tuorum qui fame perierunt in capite omnium
compitorum Vide domine et considera quem vindemiaveris ita
ergo ne comedant mulieres fructum suum et parvulos
ad mensuram palme Si occiditur in sanctuario domini sacerdos
et propheta Syn Iacuerunt in terra foris puer et senex
et virgines mee et iuvenes mei Et ceciderunt in gla-
dio interfecisti in die furoris tui Percussisti nec misertus es
Thau Vocasti ad diem solemnem qui terrerent
me de circuitu et non fuit qui effugeret in die furoris
domini et relinqueretur quos educavi et enutrivi ini-
micus meus consumpsit eos gladio Aleph
Ego vir videns paupertatem meam in virga indi- III
gnationis mee Me minavit et adduxit in
tenebras et non in lucem Aleph Tantum in me
vertit et convertit manum suam tota die contrivit ossa
~~mea Beth pellem meam et carnem meam~~ Vetustam
fecit pellem meam et carnem meam contrivit ossa mea Beth
Edificavit in giro meo et circumdedit me felle et labore
Gymel In tenebrosis collocavit me quasi mortuos
sempiternos Gymel Circumedificavit adversum me ut non
egrediar ~~aggrave~~ aggravavit compedem meum ~~Sed et~~ Sed
et cum clamavero exclusit orationem meam Deleth Conclusit
vias meas lapidibus quadris semitas meas subvertit

Res. Ursus insidians factus est m(ich)i ut leo i(n) absconditis. Semi-
tas meas subvertit et confregit me posuit me desolatam. Tetendit
arcum suum. Et posuit me quasi signum ad sagittam. Vau. Misit in
renibus meis filias pharetre sue. Et factus sum in derisum
omni populo. Canticum eorum tota die. Vau. Replevit me ama-
ritudinibus inebriavit me absinthio. Confregit ad numerum
dentes meos cibavit me cinere et repulsa est a pace anima
mea oblitus sum bonorum. Zay. Et dixi periit finis meus et spes
mea a domino. Recordare paupertatis et transgressionis mee et
absinthii et fellis. Heth. Memoria illius memor ero et tha-
bescet in me anima mea. Hec recolens in corde meo in deo
sperabo. Teth. Misericordie domini quia non sumus consumpti
quia non defecerunt miserationes eius. Novi diluculo multa
est fides tua. Pars mea dominus dixit anima mea propterea expecta-
bo eum. Bonus est dominus sperantibus in eum anime querenti illum.
Bonum est prestolari cum silentio salutare domini. Joth. Bonum
est viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solita-
rius et tacebit quia levavit se super se. Ponet in pulvere
os suum si forte sit spes. Dabit percutienti se maxillam satu-
rabitur opprobriis. Quia non repellet in sempiternum dominus.
Caph. Quia si abiecit et miserebitur secundum multitudinem
miserationum suarum. Non enim humiliavit ex corde suo et abiecit
filios hominum. Lamech. Ut contereret al(ia)s conteret sub pedibus
suis omnes vinctos terre. Et declinaret iudicium viri in
conspectu altissimi. Ut perverteret hominem in iudicio suo dominus
ignoravit. Mem. Quis est iste qui dixit ut fieret domino non
iubente. Ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala.
Quid murmurat homo vivens vir pro peccatis suis. Nun.
Scrutemur vias nostras et queramus et revertamur ad dominum.
Levemus corda nostra cum manibus ad dominum in celo. Nos
inique egimus ad iracundiam provocavimus. Ideo tu inex-
orabilis es. Operuisti in furore et percussisti. Occidisti nec pepercisti.
Samech. Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio. Eradi-
cationem et indignationem posuisti me in medio populorum. Ayn.
Oculus meus afflictus est nec tacuit eo quod non esset requies
donec respiceret et videret dominus de celis. Oculus meus depredatus
est animam meam in cunctis filiabus urbis mee. Aperuerunt
super nos os suum omnes inimici. Formido et laque-
us facta est nobis vaticinatio et contritio. Phe. Divisiones

Quia quod dicit [illegible] sine [illegible] non solo tactu
et affectu sed affectu quoque appetitur
et appetit [illegible]
[illegible] oculos
[illegible] oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius et cum se invicem [illegible] est
lingua conspectu mutuo corda nunciant impudica et [illegible] presentia carnis alterutro delectantur ardore, etiam intacta
ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus etc.

aquam deduxerunt oculi mei in contritione filie populi mei
Sade venatione ceperunt me quasi avem inimici mei
gratis Lapsa est in lacum vita mea Et posuerunt
lapidem super me Inundaverunt aque super caput
meum dixi perii Coph Invocavi nomen tuum domine
de lacu novissimo Vocem meam audisti Ne aver-
tas aurem tuam a singultu meo et clamoribus Appro-
pinquasti in die quando invocavi te dixisti ne
timeas Iudicasti domine causam anime mee re-
demptor vite mee Res Vidisti domine iniquitatem illorum
adversum me iudica iudicium meum Vidisti omnem
furorem universas cogitationes adversum me Syn
Audisti opprobria eorum domine omnes cogitationes
eorum adversum me Labia insurgentium domine
et meditationes eorum adversum me tota die
sessionem eorum et resurrectionem vide Ego sum
psalmus eorum Thau Reddes eis vicem domine
iuxta opera manuum suarum Dabis eis scutum cordis
laborem tuum persequeris in furore tuo et con-
teres eos sub celis domine Aleph

Quomodo obscuratum est aurum mutatus
est color optimus Dispersi sunt lapides IIII
sanctuarii in capite omnium platearum
Beth Filii Syon inclyti Et amicti
auro primo quomodo reputati sunt in vasa
testea opus manuum figuli Gymel Sed et
lamie nudaverunt mammas lactaverunt
catulos suos Filia populi mei crudelis quasi
strutio in deserto Deleth Adhesit lingua
lactentis ad palatum eius in siti Parvuli
petierunt panem et non erat qui frangeret eis
He Qui vescebantur voluptuose interierunt
in viis Qui nutriebantur in croceis amplexati

sūt stora Vau Et maior effecta ē iniquitas
filie ppl'i mei pctō ſodomorū que ſubuerſa
ē in momēto. et nō ceperūt ī ea manus Zay.
Candidiores Nazarei eius nive nitidiores
latte. rubicūdiores ebore antiq° zaphio
pulcriores Denigrata ē sup carbones fa
cies eorū et nō sūt cogniti in platheis Ad
heſit cutis oſſibus eorū et fcā eſt q̄ſi lignū
Melius fuit occiſ gladio quā interfectis fame
qm extabuerūt conſūpti ab ſterilitate terre
Joth Manus mulierū miſericordiū coxerūt filios
ſuos facti sūt cibi eaꝝ in contricione filie ppl'i
mei Chaph Complevit dn̄s furorē ſuum
effudit irā īdignacionis ſue et ſuccēdit dn̄s
ignē in ſyon et devoravit fundamēta eius
Lameth Non crediderūt reges terre et univerſi
habitatores orbis q̄ ingrederetur hoſtis et inimicus
per portas Iherlm Men ꝓpter pctā ꝓphetaꝝ
eius et iniquitates ſacdotū eius qui effu
derūt in medio eius ſanguinē iuſtoꝝ Nun Er
raverūt ceci in platheis Polluti ſūt in ſan
guine Cumq nō poſſent intre tenuerūt la
ciniās lacinias ſuas Samech Recedite pollu
ti clamaverūt eis Recedite abite Nolite tan
gē iurgati quippe ſūt / commoti ſūt dixerūt in
gentes Non addet ultra ut inhabitet in eis
Ayn / Facies dn̄i diviſit eos Non addet ut
reſpiciat ult' eos Facies ſacdotū nō erubuerūt
Nec ſenū miſerti ſūt Phe Cum adhuc ſubſi
ſteremꝰ defecerūt oculi nr̄i ad auxiliū nr̄m
vanum Cum reſpiceremꝰ attenti ad gentem
que ſaluare nos nō poterat Sade Lubri
cauerūt veſtigia nr̄a in itinere plathearū
nr̄arum appropinquavit finis nr̄ Coph velociores

fuerant persecutores nři aquilis celi super
mōtes psecuti sūt nos in deserto insidiati sūt
nobis Res spiritus oris nři christus dnūs ca
ptus est in peccatis nřis Cui diximus i vmbra
tua vivemus in gentibus Gaude et letare fi
lia edom que habitas in terra hus adte qz
pveniet calix / inebriaberis atqz nudaberis
Thav Completa est iniquitas tua filia sy
on Non addet ultra ut transmigret te visita
bit iniqtatez tuā filia edom discooperiet
pcta tua Recordare dne quid acciderit
nobis intuere et respice opprobrium nřm
hereditas nřa vsa est ad alienos domus
nře ad extraneos Pupilli facti sumus absqz
patre Matres nře quasi vidue Aquam
nřam pecunia bibimus ligna nřa precio
comparavimus Cervicibus nřis minabantur
et lassis nō dabatur requies Egypto dedi
mus manus et assiriis ut saturemur pane
Patres nři peccaverunt et nō sunt Et nos
iniquitates eorū portavimus Servi dnati
sūt nři Non fuit qui redimeret nos de ma
nu eorum In aīabus nřis afferebamus panē
nobis a facie gladii in deserto Pellis nřa
quasi clibanus exusta est a facie tempe
statum famis Mulieres in syon humiliaverunt
et virgines civitatibus iuda Principes ma
nu suspensi sūt / facies senum nō erubu
erunt Adolescentibus impudice abusi sunt
et pueri de choro in ligno corruerunt Se
nes defecerunt de portis iuvenes de choro
psallentium Defecit gaudium cordis nostri
versus ē in luctū chorus nr̄ Cecidit corona

capitis nr̄i ve nobis quia peccauimus Propter
factum est mestū cor nr̄m, ideo cōtenebrati sunt
oculi nr̄i, ꝓpter montem Syon quia disperiit, vulpes
ambulauerunt in eo Tu aūt dn̄e in eternū ꝑmanes
nes Et ſoliū tuū in generatione et generatione
Quare inꝑpetuū obliuisceris nr̄i derelinques
nos in longitudine dierū Conuerte nos dn̄e ad
te, et cōuertemur innoua dies nr̄os sicut a
principio Sed proiciens expulisti nos iratus
es cōtra nos vehementer **Incipit liber Baruch**

Liber iſte qui Baruch prenotatur noīe
in hebreo canone nō habetur sed tm̄
in vulgata editione Similiter et epistole
Jeremie ꝓphete ꝓpter noticiam aūt legē
tium hec scripta sūt quia multa de christo
et de nouissimis tēporibꝫ indicat **Incipit prologus prophete Baruch**

Et ſunt verba libri que scripſit
Baruch filius Nerie filii Maa-
sie filii Sedechie filii Sedei
filii Helchie in Babilonia in
anno .v. in vii die mensis in
tempore quo ceperunt Caldei
Jerlm et incenderunt eā igni
Et legit Baruch verba libri huius ad aures Je-
conie filii Joachim regis Juda et ad aures
vniuersi ꝑpli venientis ad librum et ad aures
potentium filiorū regum Et ad aures presbite-
rorū, et ad aures ꝑpli a minimo vsque ad ma-
ximum eorū omnium habitantium in Babilonia ad
flumen Sudi Qui audientes plorabant
et ieiunabant et orabant in cōspectu domini
Et collegerunt pecuniam secundum quod potuit vniuscuius-
que manus Et miserunt in Jerlm ad Jo-
achim filiū Helchie filii Salom sacerdotē et
ad omnem ꝑplm qui inuenti sūt cū eo in
Jerlm Cum acciperet vasa templi domini que

ablata fuerant de templo revocare in terram Juda de
cima die mensis Synay vasa argentea que
fecit Sedechias filius Josie rex Juda Postquam
cepisset Nabuch rex Babilonis Jeconiam et
principes et vinctos et potentes et populum terre
ab Jherusalem Et duxit eos in babiloniam et dixerunt
Ecce missimus ad vos pecunias de quibus emite
holocaustomata et thus Et facite manaha et offerte
pro peccato ad aram domini dei nostri et orate pro vita
Nabuch regis Babilonis et pro vita Balthaza
zar filii eius ut sint dies ipsorum sicut dies ce
li super terram Et det dominus virtutem nobis Et il
luminet oculos nostros ut vivamus sub umbra Na
buch regis Babilonis et sub umbra Balthazar
filii eius et serviamus eis multis diebus et inve
niamus graciam in conspectu eorum Et pro nobis
ipsis orate ad dominum deum nostrum / quia peccavi
mus domino deo nostro Et non est aversus furor eius
a nobis in hunc diem Et legite librum istum quem
misimus ad vos recitari in templo domini in die
solenni et in die opportuno Et dicetis domino
deo nostro iusticia nobis autem confusio faciei nostre
sicut dies hec omni Juda et habitantibus in Jheru
salem regibus nostris et principibus nostris et sacerdoti
bus nostris / et prophetis nostris et patribus nostris Pec
cavimus ante deum nostrum Et non credidimus
diffidentes in eum Et fuimus subiectibiles illi
Et non obaudivimus vocem domini dei nostri ut
ambularemus in mandatis eius que dedit nobis
a die qua eduxit patres nostros de terra egypti
usque in hunc diem Eramus incredibiles ad
dominum deum nostrum et dissipati recessimus ne audire
mus vocem ipsius Et adheserunt nobis mala mul
ta et maledictiones que constituit dominus moysi
servo suo / qui eduxit patres nostros de terra Egypti

Dare nobis terrã fluentem lac et mel sicut hodierna
die et nõ audiuimus vocem dñi dei nr̃i / sc̃dm oĩa
v̓ba hec p̃phetarũ quos misit ad nos Et iuimus
vnusquisque in sensũ cordis nr̃i maligni operari dijs
alienis facientes mala in oculis dei nostri

II Propter quod statuit dominus deus noster
v̓bũ suũ quod locutus est ad nos et ad
iudices nr̃os qui iudicauerũt isrl̃ Et ad
reges nr̃os et ad principes nr̃os et ad omnẽ
ysrahel et iuda ut adduceret dominus super
nos mala magna que nõ sũt facta sub celo q̃
admodũ facta sũt in ih̃rlm̃ · scdm q̃ scripta sũt in
lege moysi vt manducaret homo carnes filij
sui et carnes filie sue Et dedit illos sub manu
regum omnĩ qui sũt in circuitu nr̃o in improperium
et in desolacõm Et in oĩbus p̃plis quo nos dispersit
dñs Et facti sumus subtus et nõ supra / quia pec-
cauimus dño deo nr̃o Et nõ obaudiendo vocem
ipsius dño deo nr̃o iusticia Nobis autẽ et patribus
nr̃is confusio faciei sicut est dies hec Quia
locutus est dñs super nos omnia mala hec / que
euenerũt super nos et nõ sumus deprecati fa-
ciem domini dei nr̃i vt reuerteremur vnusquisque
nr̃m a vijs suis pessimis Et vigilauit dominus
in malis et adduxit ea sup̃ nos / quia iustus
est dñs sup̃ nos in omnibus operibus suis q̃ mandauit
nobis et non audiuimus vocem ipsius ut iremus
in preceptis domini que dedit ante faciẽ nr̃am Et
nunc dñe deus ysrahel qui eduxisti p̃plm tuũ
de terra Egypti in manu valida et in signis et
in prodigijs Et in virtute tua magna et in
brachio excelso / et fecisti tibi nomen sicut dies
iste Peccauimus impie egimus / inique gessimus
dñe deus nr̃ in oĩbus iusticijs tuis Auertatur
ira tua a nobis / quia derelicti sumus pauci inter
gentes / vbi dispersisti nos Exaudi dñe preces
nr̃as Et educ nos p̃pt te Et da nobis inuenire
graciam ante faciem illorum qui nos abduxerũt

ut sciat omnis quia tu es dominus deus noster Et quia no-
men tuum invocatum est super israel Et super genus
ipsius Respice domine de domo sancta tua in nos Et
inclina aurem tuam et audi aperi oculos tuos et
vide quia non mortui qui sunt in inferno quorum
spiritus acceptus est a visceribus suis Dabunt hono-
rem et iustificationem domino sed anima que tri-
stis est super magnitudine malicie sue et incedit
curva et in infirmis et oculi deficientes et anima
esuriens dat tibi gloriam et iusticiam domino Quia non
secundum iusticias patrum nostrorum nos fundimus preces
ante conspectum tuum domine deus noster Sed quia misi-
sti iram tuam et furorem tuum super nos sicut lo-
cutus es in manu puerorum tuorum prophetarum dicens
Sic dicit dominus Inclinate humerum vestrum et cervi-
cem vestram et opera facite regi babilonis defectio-
nem faciam et sedebitis in terra quam dedi patribus
vestris Quod si autem non audieritis vocem domini dei
vestri operari regi babilonie defectionem vestram fa-
ciam de civitatibus iuda et a foris ierusalem et auferam
a nobis vocem iocunditatis et voce gaudiorum et
vocem sponsi et vocem sponse Et erit omnis terra
sine vestigio de inhabitantibus eam Et non audie-
runt vocem tuam ut operarentur regi babilonis
Et statuisti verba tua que locutus es in manibus
puerorum tuorum prophetarum ut transferrentur ossa
regum nostrorum et ossa patrum nostrorum de loco suo
Et ecce sunt proiecta in calore solis et in gelu no-
ctis et mortui sunt in doloribus pessimis in fame
et in gladio et in emissione Et posuisti templum
in quo invocatum est nomen tuum in ipso sicut est
dies hec propter iniquitatem domus israel et domus
iuda Et fecisti in nobis domine deus noster secundum
omnem miserationem tuam illam magnam sicut locu-
tus es in manu pueri tui moysi in die qua pre-
cepisti ei scribere legem tuam coram filiis israel dicens
Si non audieritis vocem meam ambitio hec magna

et multa convertetur in minimam aliquam in numero inter
gentes quo ego dispersi illos, quia scio quod me
non audiet populus est enim dura cervice
et convertetur ad cor suum in terra captivitatis sue Et
scient quoniam ego sum dominus deus eorum. Et dabo
eis cor et intelligent aures et audient et lauda
bunt me in terra captivitatis sue Et memores erunt
nominis mei et avertent se a dorso suo duro et a
malignitatibus suis quia reminiscentur viam patrum
suorum qui peccaverunt in me Et revocabo illos in
terram quam iuravi patribus eorum Abraham et
Isaac et Iacob Et dominabuntur eis Et multiplicabo
eos et non minorabuntur Et statuam illos testamentum
sempiternum alterum ut sim illis in deum et ipsi erunt
mihi in populum Et non movebo amplius populum
meum filios Israhel a terra quam dedi illis. iij
III Et nunc domine omnipotens deus Israhel anima
in angustiis et spiritus anxius clamat ad
te Audi domine et miserere quia deus
es misericors Et miserere nostri quia peccavimus ante
te Quia tu sedes in sempiternum et non peribimus
in evum Domine omnipotens deus Israhel Audi
nunc orationem mortuorum Israhel et filiorum ipsorum
qui peccaverunt ante te et non audierunt vocem domini
dei sui et agglutinata sunt nobis mala Noli
meminisse iniquitates patrum nostrorum sed memento
manus tue et nominis tui in tempore isto quia tu
es domine deus noster Et laudamus te domine quia propter
hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris ut invoce-
mus nomen tuum et laudemus te in captivitate
nostra quia convertimur ab iniquitate patrum nostrorum
qui peccaverunt ante te Et ecce nos in captivitate
nostra sumus quo nos dispersisti in improperium
et in maledictum et in peccatum secundum omnes iniqui
tates patrum nostrorum qui discesserunt a te domine
deus noster Audi Israhel mandata vite auribus
percipe ut scias prudentiam Quid est quod in terra

inimicorum es inveterasti in terra aliena coinquina-
tus es cum mortuis · deputatus es cum descendentibus
in infernum dereliquisti fontem sapientie Nam si
in via dei ambulasses habitasses utique in pace sem-
piterna Disce ubi sit sapientia · ubi sit prudentia
ubi sit virtus ubi sit intellectus, ut scias simul
ubi sit longiturnitas vite et victus ubi sit lumen
oculorum et pax Quis invenit locum eius et quis
intrabit in thezauros eius ubi sunt principes gen-
tium Et qui dominantur super bestias que sunt super
terram in avibus celi ludunt qui argentum thesau-
rizant et aurum in quo confidunt homines et non est
finis acquisitionis eorum Qui argentum fabricant
et soliciti sunt nec est inventio operum illorum Exter-
minati sunt et ad inferos descenderunt Et alii in loco
eorum surrexerunt Iuvenes viderunt lumen et habita-
verunt super terram viam autem disciplinae nescierunt
neque intellexerunt semitas eius neque filii eorum
susceperunt eam a facie eorum longe facta est Non
est audita in terra Chanaan Neque visa est in
theman Et fabulatores exquisitores prudentie
et intelligentie viam autem sapientie nescierunt
Neque memineruit semitas eius O Israhel quam
magna est domus dei Et ingens locus possessionis
eius Magnus et non habet finem Excelsus et immensus
Ibi fuerunt gygantes nominati illi qui ab initio
fuerunt statura magna, scientes bellum Non hos
elegit dominus Neque viam disciplinae dedit illis propterea
perierunt Et quia non habuerunt sapientiam interierunt propter
suam insipientiam Quis ascendit in celum et accepit
eam et eduxit eam de nubibus Quis transfretavit
mare et invenit eam et attulit eam super aurum
electum Non est qui possit scire vias eius Neque
qui exquirat semitas eius Sed qui scit universa
novit eam Et invenit eam prudentia sua / que

preparavit eam in sempiterno tempore Et replevit eam
pecudibus et quadrupedibus qui emittit lucem et va
dit et vocavit illam et obedivit illi in tremore Stelle
autem lumen dederunt in custodiis suis et letate sunt
vocate sunt et dixerunt assumus et luxerunt ei cum
iocunditate qui fecit illas

Hic deus noster non estimabitur alius adversus
illum hic adinvenit omnem viam disci
pline et tradidit illam Iacob puero suo
et Israhel electo suo post hec in terris visus est et
cum hominibus conversatus est alii hic capitulum faciunt

Hic liber mandatorum dei et lex que est in eternum
omnibus qui tenent eam ad vitam qui autem
dereliquerunt eam in mortem Convertere Iacob
et apprehende eam ambula per viam ad
splendorem eius et contra lumen eius Ne tradas alteri
gloriam tuam et dignitatem tuam genti aliene Beati
sumus Israhel quia que deo placent nobis mani
festa sunt Animequior esto populus dei memorabi
lis Israhel Venundati estis gentibus non in perditionem
sed propter quod ad iracundiam provocastis deum traditi
estis adversariis Exacerbastis enim eum qui fecit
vos deum eternum immolantes demoniis et non
deo Obliti autem estis deum qui nutrivit vos et
contristastis nutricem vestram Ierusalem Vidit enim iracun
diam a deo venientem vobis et dixit Audite con
fines Syon Adduxit enim mihi deus luctum
magnum Vidi enim captivitatem populi mei filiorum
meorum et filiarum quam superduxit illis eternus
Nutrivi enim illos cum iocunditate Dimisi autem illos
cum fletu et luctu Nemo gaudeat super me vi
duam et desolatam a multis derelicta sum propter
peccata filiorum meorum quia declinaverunt a lege dei
Iustitias autem ipsius nescierunt Nec ambulaverunt
per vias mandatorum dei Neque per semitas veritatis
eius cum iustitia ingressi sunt Veniant confi
nes Syon et memorentur captivitatem filiorum

et filiarum mearum quam superduxit illis eternus Adduxit
enim super illos gentem de longinquo gentem
improbam et alterius lingue / qui non sunt re
veriti senem neque puerorum misti sunt et abdu
xerunt dilectos vidue a filiis unicam desolaverunt
Ego autem quid possum adiuvare vos Qui enim
adduxit super vos mala ipse vos eripiet de manibus
inimicorum vestrorum Ambulate filii Ambulate Ego
enim derelicta sum sola Exui me stola pacis
indui me sacco obsecrationis et clamabo ad alti
ssimum in diebus meis Animequiores estote filii
clamate ad dominum et eripiet vos de manu principum
inimicorum Ego enim speravi in eternum salutem vestram et venit
mihi gaudium a sancto super misericordia que veniet vobis
ab eterno salutari vestro Emisit enim vos cum luctu et
ploratu / reducet autem vos dominus cum gaudio et
iocunditate in sempiternum Sicut enim viderunt vicine
Syon captivitatem vestram a deo sic videbunt et in celeritate
salutem vestram a deo que superveniet vobis cum ho
nore magno et splendore eterno Filii pati
enter sustinete iram que supervenit vobis Perse
cutus est enim te inimicus tuus / sed cito videbis per
ditionem ipsius et super cervices ipsius ascendes De
licati mei ambulaverunt vias asperas ducti sunt
enim ut grex direptus ab inimicis Animequiores
enim estote filii et proclamate ad deum Erit enim
memoria vestra ab eo qui ducit vos Sicut enim fuit
sensus vester ut erraretis a deo decies tantum iterum
convertentes requiretis eum Qui enim induxit super
vos mala ipse rursum adducet vos sempiternam
iocunditatem cum salute vestra Animequior esto
Ierusalem Hortatur enim te qui te nominavit Nocentes
peribunt qui te vexaverunt et qui gratulati sunt in tua
ruina punientur Civitates quibus servierunt filii tui

punientur que accepit filios tuos Sicut gavisa
est in tua ruina et letata est in tuo casu sic con
tristabitur in sua desolatione Et amputabitur deso
lacio multitudinis eius Et gaudimonium eius erit
in luctum ignis enim superveniet ei ab eterno in lon
ginturnis diebus et habitabitur a demoniis in multitudine
Circumspice iherusalem ad orientem Epis v
V et inde iocunditatem a deo tibi venientem
Ecce enim veniunt filii tui quos dimisisti
dispersos veniunt autem collecti ab oriente usque ad occi
dentem verbo sancti gaudentes in honore dei Exu
ue te iherusalem stola luctus et vexationis tue et
indue te decore et honore eo qui a deo datus tibi
est in sempiterna gloria Circumdabit te deyployde dei
iusticie et imponet mitram capiti tuo honoris eter
ni Deus enim ostendet splendorem suum in te qui sub
celo est Nominabitur enim tibi nomen tuum a deo in se
mpiternum Pax iusticie et honor pietatis Exurge
iherusalem et sta in excelso et circumspice ad orientem
et vide collectos filios tuos ab oriente sole usque
ad occidentem in verbo sancti gaudentes in dei memoria Ex
ierunt abs te pedibus ducti ab inimicis adducet
autem eos dominus ad te portatos in honore sicut filios
regni Constituit enim dominus humiliare omnem montem
excelsum et rupes perhennes et convalles reple
re in equalitatem terre ut ambulet israel diligenter
in honorem dei Obumbraverunt autem et silue et omne
lignum suavitatis israhel ex mandato dei Adducet
enim israel deus cum iocunditate in lumine ma
iestatis sue cum misericordia et iusticia que est ab ipso vi
VI Exemplar epistole quam misit Iheremias ad
abductos captivos in Babiloniam a rege
Caldeorum ut nunciaret illis secundum quod
preceptum est illi a deo Propter peccata que peccastis ante
deum abducemini in Babiloniam captivi a Nabuch

Regi babilonie Ingressi itaque in babiloniam eritis
illic annis plurimis et tribus longis usque ad genera
tiones septem Post hoc autem tempus educam vos
inde cum pace Nunc autem videbitis in babilonia deos
aureos et argenteos et lapideos et ligneos portari
in humeris ostentantes metum gentibus Videte er
go ne et vos similes efficiamini factis alienis
et metuatis et metus vos capiat in ipsis Visa
itaque turba de retro et ab ante adorantes dicite
in cordibus vestris Te oportet adorari domine Angelus
enim meus vobiscum est ipse autem exquiram animas
vestras Nam ligna ipsorum polita a fabro ipsa
etiam inaurata et inargentata falsa sunt et non
possunt loqui Et sicut virgini amanti ornamenta ita
accepto auro fabricati sunt coronas certe habent
aureas super capita sua dii illorum Unde subtrahunt
sacerdotes ab eis aurum et argentum et erogant illud
in semetipsos Dant autem et ex ipso prostitutis
et meretrices ornant Et iterum cum receperit illud a mere
tricibus ornant deos alienos Hii autem non liberantur
ab erugine et tinea Opertis autem illis veste pur
purea extergent faciem ipsorum propter pulverem domus
qui est plurimus inter eos Sceptrum habet ut homo / sicut
iudex regionis, qui in se peccantem non interficit Habet
etiam gladium in manu et securim / se autem de bello et
a latronibus non liberat Unde vobis notum sit, quia
non sunt dii illorum Ne ergo timueritis eos Sicut enim
vas hominis confractum inutile efficitur tales sunt et dii
illorum Constitutis illis in domo oculi eorum pleni sunt
pulvere a pedibus introeuntium Et sicut alicui qui re
gem offendit circumsepte sunt ianue / aut sicut ad se
pulcrum adductum mortuum ita tutantur sacerdotes hosti
a clausuris et seris ne a latronibus expolientur Lucer
nas accendunt illis et quidem multas ex quibus nullam

videre possunt Sunt autem sicut trabes in domo Corda vero
eorum dicuntur elingere serpentes qui de terra sunt dum come-
dunt eos et vestimentum eorum et non sentiunt Nigre
fiunt facies eorum a fumo qui in domo fit Supra ca-
put eorum et supra corpus volant noctue et hyrun-
dines et aves etiam similiter et cate Unde scietis
quia non sunt dii Ne ergo timueritis eos Aurum
etiam quod habent ad speciem eius Nisi aliquis exter-
serit eruginem non fulgebunt Neque enim dum confla-
rentur sentiebant Ex omni precio empta sunt in qui-
bus non est spiritus sicut in ipsis Sine pedibus sunt
in humeris portantur ostentantes ignobilitatem
suam hominibus Confundantur etiam qui colunt ea
Propterea si ceciderit in terram a semetipsis non surget
Neque si quis eum statuerit recte per semetipsum stabit
Sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur
Hostias illorum sacerdotes ipsorum vendunt et abutuntur
Similiter et mulieres ipsorum decerpentes Neque infir-
mo neque mendicanti aliquid impertiunt De sacri-
ficiis eorum fete et menstruate contingunt Scientes
itaque ex hiis quia non sunt dii ne timeatis eos Unde
enim vocantur dii Quia mulieres apponunt diis argen-
teis et aureis et ligneis Et in domibus eorum sacer-
dotes sedent habentes tunicas scissas et capita et bar-
bas rasas quorum capita nuda sunt Rugiunt autem
clamantes contra deos suos sicut in cena mortui Et
vestimenta eorum auferunt sacerdotes et vestiunt uxores
suas et filios suos Neque si quid mali paciantur
ab aliquo Neque si quid boni poterunt retribuere
Neque regem constituere possunt Neque auferre Similiter
neque divicias dare possunt Neque malum retribuere Si quis
illis votum voverit et non reddiderit neque hoc requi-
rent Hominem a morte non liberant Neque infirmum
a potenciore eripiunt Hominem cecum ad visum non
restituent De necessitate hominem non liberabunt Vidue

nō miserebūtur neqȝ orphanis bn̄facient lapidib9 de
mōte siles sūt dy eorū lignei et lapidei aurei et
argentei qui aūt colūt illa ɔfundentur Quō ergo
estimandū ē aut dicendū illos esse deos Adhuc eñ
ipsis caldeis non honorantibȝ ea qui cū audierint
mutū nō posse loqui offerūt illū ad Bel postula
tes ab eo loqui quasi possint sentire qui nō hn̄t
motū Et ipsi cū intellexerint relinquēt ea Sensum
eñ non hn̄t ipsi dy illorū Mulieres aūt circūdate
funibus in vys sedent succendentes ossa libarū Cū
aūt aliqua ex ipsis attracta ab aliquo trāseunte dor
mierit proxime sue exprobrat q̄ ea nō sit digna
hita sicut ipsa neqȝ funis eius diruptus sit Oia
aūt que illis fiunt falsa st̄ Quō ḡo estimandū
aut dicendū est esse illos deos A fabris aūt et ab
aurificib9 facta sūt Nichil aliud erūt nisi illud qd̄
duo volūt esse sacerdotes Ipsi etiā q̄ ea
faciūt nō st̄ multi tp̄is Nunquid ḡo pn̄t que ab ipsis
fabricata sūt ipsi esse dy Reliquerūt aūt falsa et
opprobriū post futuris Nam cū supuenit illis pre
lium et mala Cogitant ygr̄ sacerdotes vbi se abscon
dant cū illis Quomō ḡo sentiri debeant quoniā
dy sūt qui nec de bello se liberant Neqȝ de ma
lis se eripiūt Nam cū sint lignea et inaurata et
inargentata scietur p̄ea quia falsa sūt gentibus
vniūs et regibȝ que manifesta sūt quia nō sūt dy
Sȝ opa manuū hoīm et nullū opus dei in illis Vnd
ḡo notū est quia non sūt dy sȝ opa manuū hoīm
et nullū opus dei in ipsis est Regem regioni non
suscitant et pluuiā hoibus nō dabūt Iudiciū quoqȝ
nō discernēt neqȝ regiones liberabūt ab iniuria
quia nichil pn̄t Sicut corniculē int̄ mediū celi
et t̄re Et eñ cum inciderit ignis in domū deorū
ligneorū aureorū et argenteorū sacerdotes ipsorū q̄dē

fugient et liberabuntur ipsi non sicut trabes comburentur
Regi autem et bello non resistent Quomodo ergo estima
ndum est aut dicendum quia dii sunt Non a furibus
neque a latronibus se liberabunt dii lignei et la
pidei et inaurati et inargentati / quibus hii for
tiores sunt Aurum et argentum et vestimentum quo
operti sunt auferent illis et abibunt Nec sibi au
xilium ferunt Itaque melius est esse regem osten
tantem virtutem suam aut vas in domo utile in
quo gloriabitur qui possidet illud vel hostium in do
mo quod custodit ea que in domo sunt quam falsi
dii Sol quidem et luna et sidera cum sint sple
dida et emissa ad utilitates obaudiunt Similiter
Et fulgur cum apparuerit perspicuum est Idipsum
aut et spiritus in omni regione spirat Et nubes qui
bus cum imperatum fuerit a deo perambulare univer
sum orbem perficiunt quod imperatum est eis Ignis
etiam missus desuper ut consumat homines montes
et silvas facit quod preceptum est ei Hec autem
neque speciebus neque virtutibus uni eorum similia sunt
Unde neque estimandum neque dicendum esse illos
deos Quando non possunt neque iudicium iudicare
neque facere hominibus Scientes itaque quia non sunt
dii Ne ergo timueritis eos Neque enim regibus male
dicent neque benedicent Signa etiam in celo gentibus
non ostendent neque ut sol lucebunt neque illuminabunt
ut luna Bestie meliores sunt illis que possunt fugere
sub tectum ac prodesse sibi Nullo itaque modo nobis est
manifestum / quia sunt dii propter quod ne timueritis
eos Nam sicut in cucumerario formido nichil cu
stodit Ita sunt dii illorum lignei et argentei et in
aurati Eodem modo et in orto spina alba supra quam
omnis avis sedet Similiter et mortuo proiecto
in tenebris similes sunt dii illorum lignei et inaurati

et margaritarum a purpura quoque et marmore que
supra illud teneatur Scietis itaque quia non sunt
dy ipsi etiam postremo comeduntur et erit opprobri
um in regione Melior est homo iustus qui non
habet simulachra Nam erit longe ab opprobriis

Incipit prologus Ezechielis prophete

Ezechiel propheta cum joachim rege iu
da captiuus ductus est in babilonem
ibique hys qui cum illo captiui ducti fue
rant prophetauit penitentibus quod ad jere
mie vaticinium se ultro aduersariis tradidissent et
viderent adhuc urbem jerusalem stare quam ille ca
suram esse predixerat Tricesimo autem etatis sue
anno et captiuitatis quinto exorsus est ad concapti
uos id loqui et eodem tempore licet posterior hic in cal
dea Jeremias autem in iudea prophetauerunt Sermo eius
nec satis disertus nec admodum rusticus est sed ex
utroque medie temperatus Caldeos et ipse sicut et Jere
mias principia voluminis et finem magnis habens obscu
ritatibus obvoluta Sed et vulgata eius editio non mul
tum distat ab hebraico Unde satis miror quid cause
extiterit ut si eosdem in omnibus libris habemus inter
pretes in alys eadem in alys diuersa transtulerint
Legite igitur et hunc iuxta translationem nostram quia
per cola scriptus et commata manifestiorem sensum
legentibus tribuit Si autem et amici vestri et huic sub
sannauerint dicite eis quod nemo illos compellat ut
sorbeant Sed vereor ne illud eis eueniat quod grece
significantius dicitur ut vocentur φ·α·γο·λ·ο·ι·δοροι
hoc est manducantes se vestras alias manducantes
se vestras dato a.ya Incipit liber Ezechielis prophete

I Et factum est in tricesimo anno in quarto
mense in quinta mensis Cum essem
in medio captiuorum iuxta flumine Chobar
aperti sunt celi et vidi visiones dei
In quinta mensis ipse est annus

anni tranſmigrationis ioachim regis iuda factum eſt
verbum domini ad ezechielem filium Buzi ſacerdotem
in terra caldeorum ſecus flumen chobar et facta eſt
ſuper eum ibi manus domini Et vidi et ecce ventus
turbinis veniebat ab aquilone et nubes magna et
ignis involvens et ſplendor in circuitu eius et de medio
eius quaſi ſpecies electri id eſt de medio ignis Et ex
medio eorum ſimilitudo quattuor animalium Et hic aſpec-
tus eorum ſimilitudo hominis in eis Et quattuor facies
uni Et quattuor penne uni Et pedes eorum pedes recti
Et planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli et
ſcintille quaſi aſpectus eris candentis Et manus ho-
minis ſub pennis eorum in quattuor partibus Et facies
et pennas per quattuor partes habebant iuncteque erant
penne eorum alterius ad alterum Non revertebantur cum
incederent ſed unumquodque ante faciem ſuam gradiebatur Simili-
tudo autem vultus eorum facies hominis et facies leonis
a dextris ipſorum quattuor facies autem bovis a ſiniſtris
ipſorum quattuor et facies aquile deſuper ipſorum quattuor
Et facies eorum et penne eorum ſingulorum iungebantur et
due tegebant corpora eorum Et unumquodque eorum coram facie
ſua ambulabat ubi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur
nec revertebantur cum ambularent Et ſimilitudo animalium
et aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium et quaſi
aſpectus lampadarum Hec erat viſio diſcurrens in medio
animalium ſplendor ignis et de igne fulgur egrediens
Et animalia ibant et revertebantur in ſimilitudinem fulguris
in ſimilitudinem choruſcantis Cumque aſpicerem animalia
apparuit rota una ſuper terram iuxta animalia habens quattuor
facies Et aſpectus rotarum et opus earum quaſi maris
viſio Et ſimilitudo una ipſarum quattuor Et aſpectus earum
et opera quaſi ſit rota in medio rote Per quattuor
partes earum euntes ibant et non revertebantur cum
ambularent Statura quoque erat in rotis et altitudo et

horribilis aspectus et totum corpus plenum oculis in cir
cuitu ipsarum quatuor Cumque ambularent animalia
ambulabant pariter et rote iuxta ea Et cum elevarentur
animalia de terra elevabantur simul et rote Quo
cumque ibat spiritus illuc euntes spiritu et rote pariter levaba
ntur sequentes ea spiritus enim vite erat in rotis Cum
euntibus ibant et cum stantibus stabant Et cum elevatis
a terra pariter elevabantur et rote sequentes ea quia
spiritus vite erat in rotis Et similitudo super caput
animalium firmamenti et quasi aspectus cristalli horribilis
et extenti super capita eorum desuper Sub firmamento
autem penne eorum recte alterius ad alterum Unumquodque
duabus alis velabat corpus suum et alterum similiter
velabatur Et audiebam sonum alarum quasi sonum
aquarum multarum quasi sonum sublimis dei Cum
ambularent quasi sonus erat multitudinis ut sonus
castrorum Cumque starent dimittebantur penne eorum
Nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super
caput eorum stabant et submittebant alas suas Super
autem firmamentum quod erat imminens capiti eorum
quasi aspectus lapidis saphiri Et similitudo throni Et
super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis
desuper Et vidi quasi speciem electri velut aspectum
ignis intrinsecus per circuitum eius a lumbis eius desuper
et a lumbis eius usque deorsum vidi quasi speciem ignis
splendentis in circuitu velut aspectum arcus cum fuerit
in nube in die pluvie Sic erat aspectus splendoris per girum

Hec visio similitudinis glorie domini Et vidi et
cecidi in faciem meam et audivi vocem lo
quentis Et dixit ad me Fili hominis sta
super pedes tuos et loquar tecum Et ingressus est
in me spiritus postquam locutus est mihi Et statuit me supra
pedes meos Et audivi loquentem ad me et dicentem
Fili hominis mitto te ad filios Israel ad gentes aposta
tices que recesserunt a me patres eorum prevaricati

II

sunt pactum meum usque ad diem hanc Et filii dura facie
et indomabili corde sunt ad quos ego te mitto Et
dices ad eos Hec dicit dominus deus Si forte vel ipsi au-
diant Et si forte quiescant quoniam domus exasperans est Et
sciant quia propheta fuit in medio eorum Tu ergo fili
hominis ne timeas eos sermones eorum ne metuas
Quoniam increduli et subversores sunt tecum Et cum
scorpionibus habitas verba eorum ne timeas Et vultus
eorum ne formides quia domus eorum domus exaspe-
rans est Loqueris ergo verba mea ad eos si forte au-
diant et quiescant quoniam irritatores sunt Tu autem fili
hominis audi quecumque loquar ad te Et noli esse ex-
asperans sicut domus israel exasperatrix est Aperi
os tuum et comede quecumque ego do tibi Et vidi Et
ecce manus missa ad me in qua erat involutus liber
Et expandit illum coram me qui erat scriptus intus

Capitulum tercium secundum alios / III

Et scripte erant in eo lamentationes Et fore
et carmen Et dixit ad me fili hominis quod- iii
cumque inveneris comede Comede volumen istud Et
vadens loquere ad filios israel Et aperui os meum
Et cibavit me volumine illo Et dixit ad me Fili
hominis Venter tuus comedet et viscera tua
complebuntur volumine isto quod ego do tibi et come-
di illud Et factum est in ore meo sicut mel dulce Et
dixit ad me Fili hominis Vade ad domum israel Et lo-
queris verba mea ad illos Non enim ad populum pro-
fundi sermonis et ignote lingue mitteris ad domum
israel Neque ad populos multos profundi sermonis et
ignote lingue quorum non possis audire sermones
Et si ad illos mittereris ipsi audirent te Domus
autem israel nolunt audire me Omnis quippe fili
domus attrita fronte est et duro corde Ecce dedi fa-
ciem tuam valentiorem faciebus eorum et frontem
tuam duriorem frontibus eorum ut adamantem et ut
silicem dedi faciem tuam Ne timeas eos neque
metuas a facie eorum quia domus exasperans est

Et dixit ad me ffili hominis omnes sermones meos quos
ego loquor ad te assume in corde tuo et auribus
tuis audi Et vade ingredere ad transmigrationem ad fili-
os populi tui et loqueris ad eos et dices eis Hec
dicit dominus deus Si forte audiant et quiescant Et
assumpsit me spiritus et audivi post me vocem com-
motionis magne Benedicta gloria domini de loco suo
Et vocem alarum animalium percucientium alteram ad al-
teram Et vocem rotarum sequentium animalia Et
vocem commotionis magne Spiritus quoque levavit
me et assumpsit me et abii amarus in indigna-
tione spiritus mei Manus enim domini erat mecum
confortans me Et veni ad transmigrationem ad acervum
novarum frugum ad eos qui habitabant iuxta flumen Cho-
bar Et sedi ubi sedebant illi Et mansi ibi septem
diebus merens in medio eorum Cum autem pertransissent
septem dies ffactum est verbum domini ad me dicens
ffili hominis speculatorem dedi te domui Israel Et
audies de ore meo verbum et annunciabis eis ex me
Si dicente me ad impium morte morieris non annuncia-
veris ei neque locutus fueris ut avertatur a via sua im-
pia et vivat Ipse impius in iniquitate sua morietur
Sanguinem autem eius de manu tua requiram
Si autem tu annunciaveris impio Et ille non fuerit conversus
ab impietate sua et a via sua impia Ipse quidem
in iniquitate sua morietur tu autem animam tuam
liberasti Sed et si conversus iustus a iustitia sua fu-
erit et fecerit iniquitatem ponam offendiculum coram
eo Ipse morietur quia non annunciasti ei In peccato
suo morietur Et non erunt in memoria iustitie eius
quas fecit Sanguinem vero eius de manu tua requi-
ram Si autem tu annunciaveris iusto ut non peccet iustus
et ille non peccaverit vivens vivet quia annunciasti ei
Et tu animam tuam liberasti Et facta est super me manus
domini Et dixit ad me Surgens egredere in campum
et ibi loquar tecum Et surgens egressus sum in

campū et ecce ibi gl'ia dnī stabat / q̄si gl'ia quā vidi
iux° fluuium chobar et cecidi in faciē meā et ingressus
est in me spūs / et statuit me sup pedes meos
et locutus est michi et dixit ad me ingredē et inclu-
dere in medio domꝰ tue et tu fili hominis ecce data
sunt sup te vincula et ligna ligabunt te in eis et
non egredieris in medio eorū et linguā tuam ad
herere faciam palato tuo et eris mutus nec quasi
vir obiurgans quia domus exasperans est Cū autē
locutus fuero tibi aperiam os tuū et dices ad eos hec
dicit dominꝰ deus Qui audit audiat et qui quiescit
quia domus exasperans est
E t tu fili hoīs sume tibi laterem et pones
eum coram te et describes in eo ciuitatē Iherlm
IIII et ordinabis aduersus eam obsidionem
et edificabis munitiones et comportabis aggerem
et dabis contra eam castra et pones arietes in giro
Et tu sume tibi sarthaginem ferream et pones eā
in murū ferreum inter te et ciuitatē et obfirmabis
faciem tuā ad eam et erit in obsidionē et circumdabis
eam signum est domui Israhel et tu dormies super
latus tuū sinistrū et pones iniquitates domꝰ Israhel
sup eo numero quibus dormies sup illud et assu-
mes iniquitates eorū Ego autē dedi tibi annos ini-
quitatis eorū nūo dierū ccc^os et nonaginta dies et
portabis iniquitatē domus Israel et cū impleueris
hec dormies sup latus tuū dextrū secūdo et
assumes iniquitatem domus Iuda xl diebus diem
p anno diem inquam pro anno dedi tibi et ad ob-
sidionem Ierusalem conuertes faciem tuā et brachi-
um tuū erit extentum et prophetabis aduersus eā
Ecce circumdedi te vinculis et nō te conuertes alatē
tuo in latus aliud donec compleas dies obsidionis
tue et tu sume tibi frumentū et ordeū et fabam
et lentem et milium et viciam et mittes ea ī vas
vnū et facies tibi panes nūo dierū qbus dormies
sup latus tuū ccc^os et nonaginta diebꝰ comedes

illud donec compleas dies dies obsidionis tue
Cibus autem tuus quo vesceris erit in pondere xx
stateres in die a tempore usque ad tempus comedes illud
Et aquam in mensura bibes sextam partem
hin a tempore usque ad tempus bibes illud Et
quasi subcinericium alias succinericium ordeaceum come-
des illud et stercore quod egreditur de homine
operies illud in oculis eorum Et dixit Dominus Sic co-
medent filii tui Israhel panem suum pollutum inter
gentes ad quas eiciam eos Et dixi ha ha ha
Domine Deus anima mea non polluta et morticini-
num et laceratum a bestiis non comedi ab infantia
mea usque nunc Et non est ingressa os meum omnis
caro immunda Et dixit ad me Ecce dedi tibi fimum
boum pro stercoribus humanis et facies panem
tuum in eo Et dixit ad me Fili hominis ecce conte-
ram baculum panis in Hierusalem Et comedent pa-
nem suum in pondere et in sollicitudine et aquam
in mensura et in angustia bibent Et deficientibus
pane et aqua corruet unusquisque ad fratrem suum et
contabescent in iniquitatibus suis. v.

V

Et tu fili hominis sume tibi gladium
acutum radentem pilos Et assumens
duces per caput tuum et per barbam tuam
Et assumes tibi stateram ponderis et divides
eos et tertiam partem igni combures in medio ci-
vitatis iuxta completionem dierum obsidionis Et assu-
mens tertiam partem concides gladio in circuitu eius
Tertiam vero in ventum disperges et gladium nuda-
bis post eos Et sumes inde parvum numerum et ligabis
eos in summitate pallii tui Et ex eis rursum tolles
et proicies in medio ignis et combures eos igni
Et ex eo egredietur ignis in omnem domum Israhel
Hec dicit Dominus Deus Ista est Hierusalem in medio gen-
tium posui eam et in circuitu eius terras et contempsit

iudicia mea ut plus esset impia quam gentes et
precepta mea ultra quam terre que in circuitu eius sunt
iudicia enim mea proiecerunt Et in preceptis non am-
bulaverunt Ideo hec dicit dominus deus Quia superastis gentes
que in circuitu vestro sunt in preceptis meis non ambulastis
et iudicia mea non fecistis Et iuxta iudicia gentium
que in circuitu vestro sunt vos estis operati Ideo hec dicit
dominus deus Ecce ego ad te Et ipse ego faciam in medio
tui iudicia in oculis gentium et faciam in te que non
feci Et quibus similia ultra non faciam propter omnes
abhominationes tuas Ideo patres comedent filios in
medio tui et filii tui comedent patres suos Et faci-
am in te iudicia Et ventilabo universas reliquias
tuas in omnem ventum Idcirco vivo ego dicit dominus
deus Nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offen-
sionibus abhominationibus tuis Ego quoque confringam
et non parcet oculus meus et non miserebor Tercia
pars tui peste morietur et fame consumetur in
medio tui et tercia pars tui gladio cadet in circuitu
tuo Terciam vero partem tuam in medio tui in omnem
ventum dispergam Et gladium evaginabo post eos
Et complebo furorem meum et requiescere faciam
indignationem meam ~~Et dabo te desertum~~ in eis
Et consolabor Et scient quia ego dominus locutus sum
in zelo meo cum compleuero omnem indignationem
meam Et dabo te in desertum et in opprobrium in gen-
tibus que in circuitu tuo sunt in conspectu omnis
pretereuntis Et eris opprobrium et blasphemia ex-
emplum et stupor in gentibus que in circuitu tuo sunt
Cum fecero in te iudicia in furore et indignatione
et in increpationibus ire Ego dominus locutus sum Quando
misero sagittas famis pessimas in eos que erunt
mortifere Et quas mittam ut disperdam vos Et fa-
mem congregabo super vos Et conteram in vobis baculum

paris et immittam in vos famem et bestias
pessimas usque ad internitionem et pestilencia
et sanguis transibunt per te et gladium inducam
super te Ego dominus locutus sum
Et factus est sermo domini ad me dicens
Fili hominis pone faciem tuam ad mon-
tes ysrahel et prophetabis ad eos et di-
ces Montes ysrael audite verbum domini dei Hec ·VI·
dicit dominus deus montibus et collibus rupibus et
vallibus Ecce ego adducam super vos gladium et
disperdam excelsa vestra et demoliar aras vestras
et confringentur simulacra vestra Et deiciam interfectos
vestros ante ydola vestra Et dabo cadavera filiorum
ysrael ante faciem simulacrorum vestrorum Et disper-
gam ossa vestra circum aras vestras In omnibus habi-
tationibus vestris urbes deserte erunt et excelsa
demolientur et dissipabuntur Et interibunt are vestre
et confringentur et cessabunt ydola vestra et conterentur
delubra vestra et delebuntur opera vestra Et cadet inter-
fectus in medio vestri Et scietis quia ego sum dominus
Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium
in gentibus cum dispersero vos in terras Et recor-
dabuntur mei liberati vestri in gentibus ad quas
captivi ducti sunt Quia contrivi cor eorum for-
nicans et recedens a me et oculos eorum fornican-
tes post ydola sua et displicebunt sibimet super
malis que fecerant universis abhominationibus suis
Et scient quia ego dominus non frustra locutus sum
Ut facerem eis malum hoc Hec dicit dominus deus Per-
cutte manum tuam et allide pedem tuum et dic heu
ad omnes abhominationes malorum domus ysrahel
Qui in gladio fame et peste ruituri sunt Qui lon-
ge est peste morietur qui autem prope gladio corruet
et qui relictus fuerit et obsessus fame morietur

Et complebo indignationem meam in eis Et scie
tis quia ego dominus. Cum fuerint interfecti viri
in medio ydolorum vestrorum / in circuitu ararum
vestrarum in omni colle excelso Et in cunctis summita
tibus moncium Et subtus omne lignum nemorosum
Et subtus vniuersam quercum frondosam id est locum
vbi accenderunt thura redolencia vniuersis ydolis suis
Et extendam manum meam super eos Et faciam terram
desolatam et destitutam a deserto deblata et destitu
tam in omnibus habitacionibus eorum Et scient quia vij

C. VII Et factus est sermo domini Ego dominus
ad me dicens Et tu fili hominis Hec dicit
dominus deus terre ysrahel finis venit
venit finis super quatuor plagas terre Nunc finis super
te Et immittam furorem meum in te Et iudicabo
te super vias tuas Et ponam contra te omnes abho
minaciones tuas Et non parcet oculus meus super te
Et non miserebor. sed vias tuas ponam super te
Et abhominaciones tue in medio tui erunt Et scietis
quia ego dominus Hec dicit dominus deus Afflictio vna
afflictio ecce venit finis venit venit finis Evi
gilabit aduersum te Ecce venit venit contricio super
te qui habitas in terra Venit tempus prope est dies
occisionis et non glorie montium Nunc de propinquo
effundam iram meam super te Et complebo furorem
meum in te iudicabo te iuxta vias tuas Et impo
nam tibi omnia scelera tua et non parcet oculus
meus neque miserebor Sed iuxta vias tuas in
ponam tibi Et abhominaciones tue in medio tui erunt
Et scietis quia ego sum dominus percuciens Ecce dies
ecce venit Egressa est contricio. Floruit virga Ger
minauit superbia. iniquitas surrexit in virga impietatis
Non ex eis et non ex populo Neque ex sonitu eorum Et
non erit requies in eis Venit tempus appropinquat

dies Qui emit non letetur et qui vendit non
lugeat / quia ira super omnem populum eius /
Quia qui vendit ad id quod vendidit non re
vertetur Et adhuc in viventibus vita eorum
Visio enim ad omnem multitudinem eius non regre
dietur Et vir in iniquitate vite sue non confor
tabitur Canite tuba preparentur omnes et non est
qui vadat ad prelium ira enim mea super univer
sum populum eius Gladius foris / pestis et fa
mes intrinsecus Qui in agro est gladio mori
etur Et qui in civitate pestilentia et fame de
vorabitur Et salvabuntur qui fugerint ex eis
Et erunt in montibus quasi columbe convallium
omnes trepidi unusquisque in iniquitate sua mori
etur Omnes manus dissolventur / et omnia genua
fluent aquis / et accingent se ciliciis Et operi
et eos formido et in omni facie confusio Et in
universis capitibus eorum calvicium Argentum eorum
foris proycietur Et aurum eorum in sterquilinium
erit Argentum eorum et aurum non valebit libe
rare eos in die furoris domini Animam suam
non saturabunt Et ventres eorum non replebuntur
Quia scandalum iniquitatis eorum factum est Et or
namentum monilium suorum in superbiam posuerunt
Et ymagines abhominacionum suarum et simula
crorum fecerunt ex eo Propter hoc dedi illud in
immundiciam Et dabunt illud in manus alienorum
ad diripiendum et impiis terre in predam et conta
minabunt illud Et avertam faciem meam ab eis
Et violabunt archanum meum et introibunt in id
emissarii et contaminabunt illud Fac conclusionem
Quoniam terra plena est iudicio sanguinum Et ci
vitas plena iniquitate Et adducam pessimos de

gentibus et possidebunt domos eorum Et quiescere faciam
superbiam potentium Et possidebunt sanctuaria eorum
angustia superveniente requirent pacem et non erit
Conturbatio super conturbationem veniet et auditus
super auditum Et querent visionem de propheta et no-
cit. et lex peribit a sacerdote et consilium a senioribus
Rex lugebit et princeps induetur merore et ma-
nus populi terre conturbabuntur Secundum viam eorum
faciam eis Et secundum iudicium eorum iudicabo eos Et
scient quia ego dominus. viii

VIII
Et factum est in anno sexto in septimo
mense in quinta mensis Ego sedebam in
domo mea et senes iuda sedebant
coram me Et cecidit ibi super me manus domini dei
et vidi Et ecce similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu
lumborum eius Et deorsum ignis Et a lumbis eius et
sursum quasi aspectus splendoris et visio electri
Et emissa similitudo manus apprehendit me in cin-
cinno capitis mei Et elevavit me spiritus inter
terram et celum Et adduxit me in ierusalem in vi-
sione dei iuxta hostium interius quod respiciebat ad
aquilonem ubi erat statutum ydolum zeli ad provo-
candam emulationem Et ecce ibi gloria dei israel
secundum visionem quam vidi in campo Et dixit ad me
Fili hominis leva oculos tuos ad viam aquilonis Et
ecce ab aquilone porte altaris ydolum zeli in ipso
introitu Et dixit ad me Fili hominis putasne vides
tu quid isti faciunt abhominationes magnas quas
domus israel facit hic ut procul recedam a sanctua-
rio meo Et adhuc conversus videbis abhominationes
maiores Et introduxit me ad hostium atrii Et vi-
di Et ecce foramen unum in pariete Et dixit ad me
Fili hominis fode parietem istum Et cum perfodissem
parietem apparuit hostium unum Et dixit ad me

ingredere et vide abhominationes pessimas quas isti fa-
ciunt hic Et ingressus vidi Et ecce omnis similitudo
reptilium et animalium abhominatio Et universa y-
dola domus israel depicta in circuitu erat in pariete
per totum Et septuaginta viri de senioribus domus israel
Et iezonias filius saphan stabat in medio eorum
stantium ante picturas Et unusquisque habebat thuri-
bulum in manu sua et vapor nebule de thure con-
surgebat Et dixit ad me Certe vidisti fili hominis
que seniores domus israel faciunt in tenebris unus-
quisque in abscondito cubilis sui Dicunt enim Non
videt dominus nos Dereliquit dominus terram Et dixit dominus
ad me Adhuc conversus videbis abhominationes ma-
iores quas isti faciunt Et introduxit me per osti-
um porte domus domini quod respiciebat ad aquilonem
Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adoni-
dem Et dixit ad me Certe vidisti fili hominis
Adhuc conversus videbis abhominationes maiores
his Et introduxit me in atrium domus domini interius
Et ecce in hostio templi inter vestibulum et altare
quasi xxv viri dorsa habentes contra templum domini
et facies ad orientem et adorabant ad ortum solis
Et dixit ad me Certe vidisti fili hominis Numquid
leve est hoc domui iuda ut facerent abhominatio-
nes istas quas fecerunt hic Quia replentes terram
iniquitate conversi sunt ad irritandum me Et ecce appli-
cant ramum ad nares suas Ergo et ego faciam
in furore Non parcet oculus meus nec miserebor
Cum clamaverint ad aures meas voce magna non
Et clamavit in auribus exaudiam eos IX
meis voce magna dicens Appropinqua-
verunt visitationes urbis et unusquisque
vas interfectionis habet in manu sua Et ecce sex vi-
ri veniebant de via porte superioris que respicit ad

Aquilonem Et uniuscuiusque vas interitus in manu
eius Vir quoque unus in medio eorum vestitus lineis
et attramentum scriptoris ad renes eius Et ingressi
sunt et steterunt iuxta altare ereum Et gloria domini
Israel assumpta est de Cherub que erat super eum
ad limen domus Et vocavit virum qui indutus
erat lineis et attramentarium scriptoris habebat
in lumbis suis Et dixit dominus ad eum Transi per
mediam civitatem in medio Jerusalem et signa thau
super frontes virorum gementium et dolentium
super cunctis abhominationibus que fiunt in me-
dio eius Et illis dixit audiente me Transite per civitatem
sequentes eum et percutite Non parcat oculus noster
Neque misereamini Senem adolescentulum et
virginem parvulum et mulieres interficite usque ad in-
ternecionem Omnem autem super quem videritis thau ne
occidatis Et a sanctuario meo incipite Ceperunt ergo
a viris senioribus qui erant ante faciem domus
Et dixit ad eos Contaminate domum et implete
atria interfectis Egredimini Et egressi sunt et per-
cutiebant eos qui erant in civitate Remansi ego
et ruique super faciem meam Et clamans aio Heu
heu heu domine deus Ergo ne perdes omnes re-
liquias Israel effundens furorem tuum super
Jerusalem Et dixit ad me Iniquitas domus Israel
et Juda magna est nimis valde Et repleta est
terra sanguinibus et civitas repleta est aversione
Dixerunt enim Dereliquit dominus terram et dominus non
videt Igitur et meus non parcet oculus Neque misere-
bor viam eorum super caput eorum reddam Et
ecce vir qui erat indutus lineis qui habebat attra-
mentarium in dorso suo Respondit verbum dicens Feci
Sicut precepisti michi

X

ET vidi et ecce
in firmamento quod erat super caput

Ro xxiiii q nt transfferunt Usque go remanent Elegantem lectionem omnibus locis po neris scandalum d pe. d j. Johannis Crisostomus alii videt clerum esto penitentia agentes deprehensus humiliavit se. Non ideo dolet quia peccavit sed confundit quia perdidit gloriam suam

Cherubin quasi lapis zaphirus et quasi species simi-
litudinis solii apparuit super eam Et dixit ad virum
qui indutus erat lineis et ait Ingredere in medio
rotarum que sunt subtus cherubin et imple manum
tuam prunis ignis que sunt inter cherubin et effun-
de super civitatem Ingressusque est in conspectu meo
Cherubin autem stabant a dextris domus cum ingrederetur
vir et nubes implevit atrium interius Et elevata est gloria
domini desuper cherub ad limen domus et repleta est do-
mus nube et atrium repletum est splendore glorie domini
Et sonitus alarum cherubin audiebatur usque ad atrium
exterius quasi vox loquentis dei omnipotentis Cumque prece-
pisset viro qui indutus erat lineis dicens Sume ignem
de medio rotarum que sunt inter cherubin Ingressus
ille stetit iuxta rotam Et extendit cherub manum
de medio ~~rotarum~~ cherubin ad ignem qui erat inter
cherubin Et sumpsit et dedit in manum eius qui
indutus erat lineis qui accipiens egressus est Et appa-
ruit in cherubin similitudo manus hominis subter
pennas eorum Et vidi et ecce quattuor rothe iuxta
cherubin rota una iuxta cherub unum et rota alia
iuxta cherub unum Species autem rotharum erat quasi
visio lapidis crisoliti Et aspectus earum similitudo
una quattuor quasi si sit rotha in medio rothe
Cumque ambularent in quattuor partes gradiebantur
et non revertebantur ambulantes sed ad locum
ad quem ire declinabat que prima erat sequebantur
et cetere nec convertebantur Et omne corpus
earum et colla et manus et penne et circuli plena
erant oculis in circuitu quattuor rotarum Et rothas
istas vocavit volubiles audiente me Quattuor
autem facies habebat unum facies una facies cherub
vituli Et facies secunda facies hominis Et in tercio

facies leonis et in quarto facies aquile et eleua
ta sunt cherubim ipsum est animal quod videram
iuxta fluuium chobar Cumque ambularent iuxta
cherubim ibant pariter et rote iuxta ea et cum
eleuarent cherubim alas suas ut exaltarentur
de terra non residebant rote sed et ipse iuxta erant
Stantibus illis stabant et cum eleuatis eleuaban
tur spiritus enim vite erat in eis Et egressa est
gloria domini a limine templi et stetit super che
rubim Et eleuantia cherubim alas suas exalta
ta sunt a terra coram me et illis egredientibus
rote quoque subsecute sunt Et stetit in introitu por
te domus domini orientalis et gloria dei israel
erat super ea Ipsum est animal quod vidi subter
deum israel iuxta fluuium chobar Et intellexi
quia cherubim essent quattuor vultus uni et
quattuor ale uni et similitudo manus hominis
sub alis eorum Et similitudo vultuum eorum ipsi vultus
quos videram iuxta fluuium chobar et intuitus
eorum et impetus singulorum ante faciem suam ingredi

XI

Et eleuauit me spiritus et introduxit
me ad portam domus domini orien
talem que respicit solis ortum Et ecce
in introitu porte xxv. viri et vidi in medio eorum
Jeconiam filium athir alias azur Et pheltiam
filium banaie principes populi Dixitque ad me fi
li hominis hy viri sunt qui cogitant iniquitatem et
tractant consilium pessimum in urbe ista dicentes
Nonne dudum edificate sunt domus hec est lebes
nos autem carnes Ideo vaticinare de eis vaticina
re fili hominis Et irruit in me spiritus domini et
dixit ad me loquere Hec dicit dominus deus Sic locu
ti estis domus israel et cogitationes cordis

vestri ego novi plurimos occidistis in urbe hac et
implestis vias eius interfectis propterea hec dicit dominus
deus israel interfecti vestri quos posuistis in medio eius
hy sunt carnes Et hec est lebes vt educam vos de
medio eius Gladium metuistis et gladium in-
ducam super vos ait dominus deus Et eyciam vos de medio
eius daboque vos in manu hostium et faciam in vobis
iudicia Gladio cadetis in finibus israel iudicabo
Et scietis quia ego dominus hec non erit vobis in lebetem
Et vos non eritis in medio eius carnes in finibus
israel iudicabo vos Et scietis quia ego dominus quia
in preceptis meis non ambulastis et iudicia mea
non fecistis sed iudicia gentium que in circuitu
vestro sunt estis operati Et factum est ad prophetarem
feltias filius banaie mortuus est Et cecidi in
faciem meam clamans voce magna et dixi heu
heu heu domine deus consummationem tu facis reli-
quiarum israel Et factum est verbum domini ad me di-
cens Fili hominis ffratres tui viri propinqui tui
et omnis domus israel vniuersi quibus dixerunt ha-
bitatores iherusalem longe recedite a domino nobis data
est terra in possessionem propterea hec dicit dominus deus
Quia longe feci eos in gentibus et quia di-
spersi eos in terris ero eis in sanctificationem modi-
cam in terris ad quas venerunt propterea loquere
hec dicit dominus Congregabo vos de populis et aduna-
bo de terris in quibus dispersi estis Daboque
vobis humum israel et ingredientur illuc Et
auferent omnes offensiones cunctasque abhomina-
tiones eius de illa in die illa Et dabo eis cor
nouum et spiritum nouum tribuam in visceribus
eorum Et auferam cor lapideum de carne eorum

Et dabo eis cor carneū ut in preceptis meis am
bulent et iudicia mea cuſtodiant faciantq̄ ea et
ſint mihi in populum Et ego ſim eis in deū Quorum
autem cor poſt offendicula et abhominationes ſu=
as ambulat horū viam in capite ſuo ponā
dicit dn̄s deus Et eleuauerunt cherubim alas
ſuas et rote cū eis et gloria dei iſrl' erat ſuper
ea Et aſcendit gloria dn̄i de medio ciuitatis ſtetitq̄
ſuper montem qui eſt ad orientem vrbis Et
ſpiritus leuauit me adduxitq̄ me Caldeam
ad tranſmigrationem in viſione in ſpiritu dei Et ſub
lata eſt a me viſio quam videram Et locutus
ſum ad tranſmigrationem omnia verba dn̄i que oſtenderat mihi

XII Et factus eſt ſermo dn̄i ad me dicens Fili
hominis in medio domus exaſperantis tu
habitas qui oculos habent ad videndū et nō
vident et aures ad audiendū et nō audiunt quia
domus exaſperantis eſt Tu ergo fili hominis fac tibi
vaſa tranſmigrationis et tranſmigrabis per diem coram
eis Tranſmigrabis autem de loco tuo ad locum al=
terū in conſpectu eorū Si forte aſpiciant quia
domus exaſperantis eſt Et efferes vaſa tua quaſi
tranſmigrantis per diem in conſpectu eorum Tu autem
egredieris veſpere coram eis ſicut egreditur mi=
grans ante oculos eorum Perfode tibi parietem et
egredieris per eum in conſpectu eorum In humeris
portaberis in caligine efferēris faciem tuam
velabis et nō videbis terram quia portentū
dedi te domui iſrl' Feci ergo ſicut preceperat
mihi dn̄s Vaſa mea protuli quaſi vaſa tranſmigrantis
per diem et veſpere perfodi parietem manu et in ca
ligine egreſſus ſum et in humeris portatus in con=
ſpectu eorum Et factus eſt ſermo domini ad me dicens
Fili hominis Nunquid nō dixerunt ad te domus iſrl'
domus exaſperans que tu facis Dic ad eos Hec

dicit dominus deus Super ducem onus istud qui est in Ierusalem
Et super omnem domum Israel que est in medio eorum
Dic ego portentum vestrum Quomodo feci sic fiet illis In
transmigrationem et in captivitatem ibunt Et dux qui
est in medio eorum in humeris portabitur in caligine
efferetur parietem effodiet ut educat eum facies eius
operietur ut non videat oculo terram Et extendam rethe
meum super illum et capietur in sagena mea et ad
ducam eum in Babilonem et in terram Caldeorum
et ipsam non videbit ibique morietur Et omnes qui
circa eum sunt presidium eius et agmina eius disper
gam in omnem ventum Et gladium evaginabo
post eos Et sciet quia ego dominus quando dispersero
illos in gentibus et disseminavero eos in terris
et relinquam ex eis viros paucos a gladio et fame
et pestilencia ut enarrent omnia scelera eorum in gen
tibus ad quas ingredientur Et scient quia ego dominus
Et factus est sermo domini ad me dicens Fili hominis
Panem tuum in conturbatione comede Sed et aquam
tuam in festinatione in festinacione et merore bibe
Et dices ad populum terre hec dicit dominus deus ad eos
qui habitant Ierusalem in terra Israel panem suum in
solicitudine comedent et aquam suam in de
solacione bibent ut desoletur terra a multitu
dine sua propter iniquitatem omnium qui habitant in ea
Et civitates que nunc habitantur desolate erunt
terraque deserta Et scietis quia ego dominus Et factus
est sermo domini ad me dicens Fili hominis
quod est proverbium istud vobis in terra Israel
dicentium In longum differentur dies et peribit
omnis visio Ideo dic ad eos Hec dicit dominus
deus Quiescere faciam proverbium istud neque vul
go dicetur ultra in Israel Et loquere ad eos Quod

quod appropinquauerunt dies / et sermo omnis visionis
Non enim erit ultra omnis visio cassa neque diuinacio
ambigua in medio filiorum israel Quia ego dominus
loquar, quodcunque locutus fuero verbum et fiet non pro
longabitur amplius Sed in diebus vestris domus
exasperans loquar verbum et faciam istud illud dicit
dominus deus Et factus est sermo domini ad me dicens fi
li hominis Ecce domus israel dicentium Visio quam
hic videt in dies multos. et in tempora longa iste
prophetat Propterea dic ad eos Hec dicit dominus deus Non
prolongabitur ultra omnis sermo meus Verbum quod locu
XIII Et factus est sermo tus fuero complebitur dicit dominus
domini ad me dicens Fili hominis Vaticinare
ad prophetas israel qui prophetant Et dices prophe
tantibus de corde suo Audite verbum domini Hec dicit dominus
deus Ve prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum
suum / et nichil vident / quasi vulpes in desertis prophete
tui israel erant Non ascendistis ex adverso neque
opposuistis murum pro domo israel ut staretis in pre
lio in die domini Vident vana et diuinant menda
cium dicentes / ait dominus, cum dominus non miserit eos Et per
seueraverunt confirmare sermonem Numquid non
visionem cassam vidistis / et diuinacionem mendacem
locuti estis dicentes / ait dominus Cum ego non sum
locutus Propterea hec dicit dominus Quia locuti estis va
na et vidistis mendacium Ideo ecce ego ad vos
ait dominus deus Et erit manus mea super prophetas qui
vident vana et diuinant mendacium In concilio
populi mei non erunt et in scriptura domus israel non
scribentur nec in terram israel ingredientur Et scietis quia
ego dominus deus Eo quod deceperint populum meum di
centes Pax pax et non est pax Et ipse edificabat
parietem, illi autem liniebant eum luto absque pale
is Dic ad eos qui liniunt absque temperatura
quod casurus sit Erit enim ymber inundans

Et dabo lapides pregrandes desuper irruentes et
uentum procelle dissipantem. Siquidem ecce cecidit pa-
ries. Numquid non dicetur vobis. Ubi est litura quam
liuistis. Propterea hec dicit dominus deus. Et erumpere faciam spi-
ritum tempestatum in indignatione mea et ymber
inundans in furore meo erit et lapides grandes
in ira in consummationem. Et destruam parietem quem lini-
stis absque temperamento et adequabo eum terre. Et reue-
labitur fundamentum eius et cadet et consumetur in
medio eius. Et scietis quia ego sum dominus. Et com-
plebo indignationem meam in pariete et in hiis qui li-
niunt eum absque temperamento. Dicamque vobis. Non est paries
et non sunt qui liniunt eum prophete israel qui prophetant
ad ierusalem. Et vident ei visionem pacis et non est
pax ait dominus deus. Et tu fili hominis. Pone faciem tuam
contra filias populi tui que prophetant de corde suo et
vaticinare super eas. Et dic. Hec dicit dominus deus. Ve que
consuunt puluillos sub omni cubito manus et faciunt
ceruicalia sub capite vniuerse etatis ad capiendas
animas. Cum caperent animas populi mei viuificabant
animas eorum. Et violabant me ad populum meum propter
pugillum ordei et fragmen panis ut interfice-
rent animas que non moriuntur et viuificarent animas
que non viuunt mentientes populo meo credenti men-
dacijs. Propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego ad puluillos
vestros quibus vos capitis animas volantes. Et dirum-
pam eos de brachijs vestris et dimittam animas quas
vos capitis animas ad volandum. Et dirumpam ceruica-
lia vestra et liberabo populum meum de manu vestra
Nec erunt ultra in manibus vestris ad predandum. Et
scietis quia ego dominus. Pro eo quod merere fecistis cor
iusti mendaciter quem ego non contristaui. Et con-
fortastis manus impij ut non reuerteretur a via sua

mala et vivet propterea vana non videbitis Et divi
nationes non divinabitis amplius Et eruam
populum meum de manu vestra Et scietis quia ego dominus

XIIII

Et venerunt ad me viri seniorum israel
et sederunt coram me Et factus est sermo domini
ad me dicens fili hominis viri isti posuerunt
immunditias in cordibus suis et scandalum iniquitatis
sue statuerunt contra faciem suam Numquid inter
rogatus respondebo tibi propter hoc loquere eis et dices
ad eos Hec dicit dominus deus homo homo de domo
israel qui posuit immunditias suas in corde suo
et scandalum iniquitatis sue statuit contra faciem suam
et venerit ad prophetam interrogans per eum me Ego
dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum
ut capiatur domus israel in corde suo in quo recesserunt
a me in cunctis ydolis suis Propterea dic ad domum
israel Hec dicit dominus deus Convertimini et recedite ab
ydolis vestris Et ab universis contaminationibus vestris
avertite facies vestras quia homo homo de domo israel
et de proselitis quicumque advena fuerit in israel Si
alienatus fuerit a me et posuerit ydola sua in corde
suo Et scandalum iniquitatis sue statuit contra faciem
suam et venerit ad prophetam ut interroget per eum me
ego ei respondebo per me Et ponam faciem meam super
hominem illum Et faciam eum in exemplum et in pro
verbium Et disperdam eum de medio populi mei
Et scietis quia ego dominus deus Et propheta cum erraverit
Et locutus fuerit verbum Ego dominus decepi prophetam illum
et extendam manum meam super eum Et delebo eum de medio
populi mei israel et portabunt iniquitatem suam iuxta
iniquitatem interrogantis Sic iniquitas prophete erit ut non
erret ultra domus israel a me neque polluatur in
universis prevaricationibus suis Sed sit mihi in populum
Et ego sim eis in deum ait dominus exercituum Et factus

est sermo domini ad me dicens fili hominis terra cum
peccaverit mi ut prevaricetur prevaricans extendam
manum meam super eam et conteram virgam panis eius
et immittam in eam famem et interficiam de ea hominem
et iumentum et si fuerint tres viri isti in medio eius
Noe daniel et iob ipsi iustitia sua liberabunt animas
suas ait dominus exercituum Quod si et bestias pessimas
induxero super terram ut vastent eam et sit invia eo
quod non sit pertransiens propter bestias tres viri isti si
fuerint in ea vivo ego dicit dominus deus quia nec filios
nec filias liberabunt sed ipsi liberabuntur terra autem
desolabitur vel si gladium induxero super terram illam
et dixero gladio transi per terram et interfecero hominem et
iumentum de ea et tres viri fuerint in medio eius
vivo ego dicit dominus deus Non liberabunt filios neque fi
lias sed ipsi soli liberabuntur Si autem et pestilentiam
immisero super terram illam et effudero indignationem
meam super eam in sanguine ut auferam ex ea hominem
et iumentum et si fuerint in ea Noe daniel et iob
in medio eius vivo ego dicit dominus deus quia filium et
filiam non liberabunt sed ipsi iustitia sua liberabunt
animas suas Quoniam haec dicit dominus deus quod et si quatuor
iudicia mea pessima gladium et famem ac besti
as malas ac pestilentias immisero in iherusalem
ut interficiam de ea hominem et pecus et relinquetur
in ea salvatio educentium filios et filias Ecce ipsi
egredientur ad vos et videbitis viam eorum et ad
inventiones eorum et consolamini super malo quod
induxi in iherusalem in omnibus que importavi super
eam et consolabuntur vos cum videritis viam eorum
et ad inventiones eorum et cognoscetis quod non frustra
fecerim omnia quecumque feci in ea ait dominus deus

XV Et factus est sermo domini ad me dicens XV
Fili hominis quid fiet ligno vitis ex

omnibus lignis nemorum que sunt inter ligna silvarum
Numquid tolletur de ea lignum ut fiet opus aut fabricabitur
de ea paxillus ut dependeat in eo quodcumque vas Ecce
igni datum est in escam utramque partem eius consumpsit
ignis et medietas eius redacta est in favillam Numquid
utile erit ad opus Etiam cum esset integrum Non erat
aptum ad opus quanto magis cum ipsum ignis devoraverit et com-
busserit Nichil ex eo fiet operis Propterea hec dicit dominus deus
Quomodo lignum vitis inter ligna silvarum quod dedi igni
ad devorandum sic tradidi habitatores Ierusalem Et ponam
faciem meam in eis de igne egredientur Et ignis
consumet eos Et scietis quia ego dominus Cum posuero
faciem meam in eos Et dedero terram inviam et desola-
tam / eo quod prevaricatores extiterint dicit dominus deus
Et factus est sermo domini ad me dicens Fili
XVI. hominis Notas fac Ierusalem abhominationes
suas Et dices hec dicit dominus deus Ierusalem Ra-
dix tua et generatio tua de terra Chananea Pater tuus
Amoreus et mater tua Cethea Et quando nata es in
die ortus tui non est precisus umbilicus tuus Et in
aqua non es lota in salutem Nec sale salita Nec in
involuta pannis Non pepercit super te oculus meus ut
faceret unum de hijs misertus tui Sed proiecta es
super faciem terre in abiectione anime tue in die
qua nata es Transiens autem per te vidi te conculcari
in sanguine tuo Et dixi tibi cum esses in sanguine
tuo vive Dixi inquam tibi In sanguine tuo vive
Multiplicatam quasi germen agri dedi te et multiplicata
es et grandis effecta Et ingressa es et pervenisti
ad mundum muliebrem ubera tua intumuerunt et pi-
lus tuus germinavit Et eras nuda et confusione
plena . Et transivi per te Et vidi te Et ecce tempus
tuum tempus amantium Et expandi amictum meum
super te / et operui ignominiam tuam Et iuravi tibi et
ingressus sum pactum tecum ait dominus deus Et facta

es michi Et lavi te aqua Et emundavi sanguinem
tuum ex te et unxi te oleo et vestivi te discoloribus
et calceavi te iacincto et ~~cinx~~ cinxi te bysso et in-
dui te subtilibus et ornavi te ornamento Et dedi armil-
las in manibus tuis et torques circa collum tuum Et dedi
inaurem super os tuum et circulos in auribus tuis Et
coronam decoris in capite tuo Et ornata es auro et ar-
gento Et vestita es bysso et polimito et multis co-
loribus Similam et mel et oleum comedisti Et de-
cora facta es vehementer nimis Et profecisti in regnum
Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam
quia perfecta eras in decore meo quem posueram super te
dicit dominus Et habens fiduciam in pulchritudine tua forni-
cata es in nomine tuo Et exposuisti fornicationem
tuam omni transeunti ut eius fieres Et sumens de
vestimentis meis fecisti tibi excelsa hinc inde
consita Et fornicata es super eis sicut non est
factum neque futurum est Et tulisti vasa decoris tui
de auro meo et argento meo que dedi tibi Et fe-
cisti ymagines tibi masculinas et fornicata es
in eis et sumpsisti vestimenta tua multicoloria
et vestita es eis Et oleum meum et thimiama me-
um posuisti in conspectu eorum Et panem meum
quem dedi tibi similam et oleum et mel quibus
enutrivi te posuisti in conspectu eorum in odorem
suavitatis Et factum est ait dominus deus Et tulisti fi-
lios tuos et filias tuas quas generasti michi et ym-
molasti eos ad devorandum Numquid parva est
fornicatio tua Immolasti filios meos et dedisti
illos consecrans eis Et post omnes abhominationes
et fornicationes tuas non es recordata dierum adole-
scentie tue quando eras nuda et confusione plena
conculcata in sanguine tuo Et accidit post omnem
maliciam tuam Ve. ve. ve. tibi ait dominus deus tuus

Et edificaſti tibi lupanar / et feciſti tibi proſtibulum in
cunctis platheis / ad omne caput vie edificaſti ſignum
proſtitucionis tue / et abhominabilem feciſti decorem
tuum Et diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti / et multi-
plicaſti omnes fornicaciones tuas Et fornicata es cum
filiis egypti vicinis tuis magnarum carnium Et multi-
plicaſti fornicacionem tuam ad irritandum me Ecce ego ex-
tendi manum meam ſuper te Et auferam ius tuum
Et dabo te in animas odiencium te filiarum paleſtinorum
que erubeſcunt in via tua ſcelerata Et fornicata
es in filiis Aſſyriorum Eo quod necdum fuiſſes expleta Et
poſtquam fornicata es Nec ſic es ſaciata aliis ſedata Et
multiplicaſti fornicacionem tuam in terra Chanaan cum Cal-
deis Et nec ſic ſaciata es In quo mundabo cor tuum ait
dominus deus Cum facias omnia hec opera mulieris mere-
tricis et procacis Quia fabricaſti lupanar tuum
in capite omnis vie et excelſum tuum feciſti in omni
platea Nec facta es quaſi meretrix faſtidioſa augens
precium . ſed quaſi mulier adultera que ſuper virum ſuum
inducit alienos Omnibus meretricibus dantur merce-
des Tu autem dediſti mercedes amatoribus tuis vt
intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum Factumque eſt
in te contra conſuetudinem mulierum in fornicacionibus tuis
Et poſt te non erit fornicacio In eo enim quod dediſti
mercedes et mercedes non accepiſti factum eſt in te
contrarium Propterea meretrix audi verbum domini Hec dicit
dominus deus Quia effuſum eſt es tuum et reuelata
eſt ignominia tua in fornicacionibus tuis ſuper amatores
tuos et ſuper ydola abhominacionum tuarum in ſan-
guine filiorum tuorum quos dediſti eis Ecce ego con-
gregabo omnes amatores tuos quibus commixta es
Et omnes quos dilexiſti cum vniuerſis quos oderas
Congregabo eos ſuper te vndique et mundabo igno-
miniam tuam coram eis Et videbunt omnem

turpitudinem tuam Et iudicabo te iudiciis adulterarum
et effundentium sanguinem Et dabo te in sanguinem furoris
et zeli Et dabo te in manus eorum Et destruent lupa
nar tuum . demolientur prostibulum tuum Et denudabunt
te vestimentis tuis Et auferent vasa decoris tui Et de
relinquent te nudam plenamque ignominia Et adducent
super te multitudinem Et lapidabunt te lapidibus et tru
cidabunt te gladiis suis Et comburent domos tuas
igne et facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum
Desines fornicari et mercedes ultra non dabis Et re
quiescet indignatio mea in te Et auferetur zelus meus
a te Et quiescam nec irascar amplius Eo quod non fueris
recordata dierum adolescentie tue et provocasti me
in omnibus his Quapropter et ego vias tuas in capite tuo
dedi ait dominus deus et non feci iuxta scelera tua in omnibus abhominationibus
tuis Ecce omnis qui dicit vulgo proverbium
in te assumet illud dicens Sicut mater tua ita et
filia eius Filia matris tue es tu que proiecit virum
suum et filios suos Et soror sororum tuarum que proie
cerunt viros suos et filios suos Mater vestra Cethea
et pater vester Amorreus Et soror tua maior Samaria
ipsa et filie eius que habitant ad sinistram tuam Sor
or autem tua minor que habitat a dextris tuis Sodo
ma et filie eius Sed nec in viis earum ambulasti
Neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus
pene sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis
Vivo ego dicit dominus deus Quia non fecit Sodoma soror
tua ipsa et filie eius sicut fecisti tu et filie tue
Ecce hec fuit iniquitas Sodome sororis tue Su
perbia Saturitas panis et abundantia et ocium ipsius
et filiarum eius Et manum egeno et pauperi non por
rigebant Et elevate sunt et fecerunt abhominationes
coram me Et abstuli eas sicut vidisti Et Samaria

dimidium peccatorum tuorum non peccavit sed vicisti eas
sceleribus tuis et iustificasti sorores tuas per omnes abhominationes tuas
scelleratius agens ab eis Iustificate sunt enim a te Er-
go et tu confundere et porta ignominiam tuam que iusti-
ficasti sorores tuas Et convertam restituens eas conversione
conversione sodomorum cum filiabus suis Et conversione
Samarie et filiarum eius Et convertam reversionem tuam
in medio earum ut portes ignominiam tuam et confun-
daris in omnibus que fecisti consolans eas Et soror
tua Sodoma et filie eius revertentur ad antiquitatem suam
Et Samaria et filie eius revertentur ad antiquitatem
suam et tu et filie tue revertemini ad antiquitatem vestram
Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo
in die superbie tue antequam revelaretur malicia tua
sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syrie et
cunctarum in circuitu filiarum palestinarum que ambiunt
te per gyrum Scelus tuum et ignominiam tuam tu por-
tasti ait dominus deus Quia hec dicit dominus deus Et faciam
tibi sicut despexisti iuramentum ut irritum faceres
pactum meum Et recordabor ego pacti mei tecum
in diebus adolescentie tue Et suscitabo tibi pactum
sempiternum Et recordaberis viarum tuarum Et confun-
deris cum receperis sorores tuas te maiores cum mino-
ribus tuis Et dabo eas tibi in filias sed non ex
pacto tuo Et suscitabo ego pactum meum tecum Et
scies quia ego dominus Et recorderis et confundaris
et non sit tibi ultra aperire os pre confusione tua cum
placatus fuero tibi in omnibus que fecisti ait dominus deus

XVII Et factum est verbum domini ad me dicens Fi-
li hominis propone enigma et narra
parabolam ad domum israel Et dices Hec
dicit dominus deus Aquila grandis magnarum
alarum longo membrorum ductu plena plumis
et varietate venit ad libanum et tulit medullam

cedri et summitatem frondium eius avulsit et transporta-
vit eam in terram Chanaan in urbe negociatorum posuit
illam et tulit de semine terre et posuit illud in terra
pro semine ut firmaret radicem super aquas multas in su-
perficie posuit illud. Cumque germinasset crevit in vineam lacio-
rem humili statura respicientibus ramis eius
ad eam et radices eius sub ea erant. Facta est ergo
vinea et fructificavit in palmites et emisit propagi-
nes. Et facta est aquila altera grandis magnis
alis multisque plumis et ecce vinea ista quasi mittens
radices suas ad eam palmites suos extendit ad eam
ut irrigaret eam de areolis germinis sui. In terra
bona super aquas multas plantata est ut faciat frondes
et portet fructum et sit in vineam grandem. Dic: Hec
dicit dominus deus: Ergo ne prosperabitur? Nonne radices eius
evellet et fructum eius distringet et siccabit omnes
palmites germinis eius et arescet et non in brachio
grandi neque in multo populo ut evelleret eam radi-
citus. Ecce plantata est: ergo ne prosperabitur? Nonne
cum tetigerit eam ventus urens siccabitur et in areis
germinis sui arescet? Et factum est verbum domini ad me
dicens: Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista
significent? Dic: Ecce venit rex Babilonis Iherusalem et
assumet regem et principes eius et adducet eos
ad semetipsum in Babilonem et tollet de semine regni
ferietque cum eo fedus et accipiet ab eo iusiurandum.
Sed et fortes terre tollet ut sit regnum humile et non
elevetur sed custodiat pactum eius et servet illud. Qui
recedens ab eo misit nuncios ad Egyptum ut daret sibi
equos et populum multum. Numquid prosperabitur vel con-
sequetur salutem qui fecit hec? Et qui dissolvit pa-
ctum numquid effugiet? Vivo ego dicit dominus deus
quoniam in loco regis qui constituit eum regem cuius fecit

irritum iuramentum et solvit pactum quod habebat cum eo in
medio Babilonis morietur et non in exercitu grandi neque
in populo multo faciet contra eum pharao bellum in iactu
aggeris et in extructione vallorum ut interficiat animas
multas. Spreverat enim iuramentum ut solveret fedus. Et
ecce dedit manum suam et cum omnia hec fecit non effu-
giet. Propterea hec dicit dominus deus. Vivo ego quoniam iuramentum
quod sprevit et fedus quod prevaricatus est ponam in capite
eius. Et expandam super eum rethe meum et compre-
hendetur in sagena mea. Et adducam eum in babilonem
et iudicabo eum in prevaricatione qua despexit me. Et
omnes profugi eius cum universo agmine gladio cadent.
Residui autem in omnem ventum dispergentur et scietis
quia ego dominus locutus sum. Hec dicit dominus deus. Et sumam
ego de medulla cedri sublimis et ponam de vertice
ramorum eius tenerum distingam et plantabo super
montem excelsum et eminentem in monte sublimi
israel plantabo illud et erumpet in germine et faciet
fructum et erit in cedrum magnam et habitabunt sub ea
omnes volucres universum volatile sub umbra fron-
dium eius nidificabit. Et scient omnia ligna regionis
quia ego dominus humiliavi lignum viride et frondere
feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum et feci.
XVIII Et factus est sermo domini ad me dicens xviii
Quid est quod inter vos parabolam vertitis
in proverbium istud in terra israel dicentes
Patres comederunt uvam acerbam et dentes fili-
orum obstupuerunt. Vivo ego dicit dominus deus. Si erit
vobis parabola hec in proverbium in israel. Ecce omnes
anime mee sunt ut anima patris ita anima filii mea est.
Anima que peccaverit ipsa morietur. Et vir si fuerit
iustus et fecerit iudicium et iusticiam in montibus non co-
mederit et ad mulierem menstruatam non accesserit

Ex principali vide sermonem Crisostomi de reparatione lapsi

et hominem non contristavit / pignus debitori reddiderit
Et nudum operuerit vestimento ad usuram non commo
davit et amplius non accepit ab iniquitate avertit ma
num suam iudicium verum fecerit inter virum et virum in preceptis
meis ambulavit et iudicia mea custodivit et fecit
veritatem hic iustus est vita vivet et non morietur / Quod
si genuerit filium latronem effundentem sanguinem
et fecit unum de istis et hec quidem omnia non facientem
sed in montibus comedentem et uxorem proximi sui pol
luentem egenum et pauperem contristantem rapien
tem rapinas pignus non reddentem et ad ydola levan
tem oculos suos abhominationem facientem et ad usuram
dantem amplius accipientem Nunquid vivet Non
vivet Cum universa detestanda hec fecit morte
morietur Sanguis eius in ipso erit Quod si genuerit
filium qui videns omnia peccata patris sui que fecit
timuerit et non fecerit simile eis Super montem non co
mederit Et oculos suos non levavit ad ydola domus
israel et uxorem proximi sui non violavit et virum
non contristavit Pignus non retinuit et rapinam
non rapuit Panem suum esurienti dedit et nudum
operuit vestito / a pauperis iniuria avertit manum
suam Usuram et superhabundantiam non accepit iudicia
mea fecit et in preceptis meis ambulavit hic
non morietur in iniquitate patris sui sed vita vivet Pater
eius quia calumniatus est et vim fecit fratri et malum
operatus est in medio populi sui ecce mortuus est in iniquitate
sua Et dicitis Quare non portabit filius iniquitatem
patris Videlicet quia filius iudicium et iusticiam operatus
est Omnia precepta mea custodivit et fecit illa
vita vivet Anima que peccavit ipsa morietur Filius
non portabit iniquitatem patris et pater non portabit

iniquitatem filii. Iusticia iusti super eum erit Et impietas
impii erit super eum Si autem impius egerit penitenciam
ab omnibus peccatis suis que operatus est et custodierit
universa precepta mea et fecerit iudicium et iusticiam
vita vivet et non morietur Omnium iniquitatum eius quas
operatus est non recordabor Et in iusticia sua quam
operatus est vivet Numquid voluntatis mee est
mors impii dicit dominus deus et non ut convertatur a viis
suis et vivat Si autem averterit se iustus a iusticia
sua et fecerit iniquitatem secundum omnes abhominaciones
suas quas operari solet impius Numquid vivet
Omnes iusticie eius quas fecerat non recordabuntur
In prevaricacione sua qua prevaricatus est et in peccato
suo quo peccavit in ipsis morietur Et dixistis Non
est equa via domini Audite ergo domus Israel
Numquid via mea non est equa et non magis
vie vestre prave sunt Cum enim averterit se iustus a iu-
sticia sua et fecerit iniquitatem morietur in eis Iniu-
sticia quam operatus est morietur Et cum averterit se im-
pius ab impietate sua quam operatus est et fecerit iudicium
et iusticiam Ipse animam suam vivificabit Considerans
enim et avertens se ab omnibus iniquitatibus suis
quas operatus est vita vivet et non morietur Et dicunt
filii Israel Non est equa via domini Numquid vie
mee non sunt eque domus Israel Et non magis vie
vestre prave Idcirco unumquemque iuxta vias suas iu-
dicabo domus Israel ait dominus deus Convertimini et
agite penitenciam ab omnibus iniquitatibus vestris Et non erit
vobis in ruinam iniquitas Proicite a vobis omnes
prevaricaciones vestras in quibus prevaricati estis Et fa-
cite vobis cor novum et spiritum novum Et quare mori-
emini domus Israel Quia nolo mortem morien-
tis dicit dominus deus Revertimini ad
me et vivite Sequitur Capitulum decimum nonum

Sed contra canones de penitencia capitulo i q. iiii
[illegible] ... i. q. iiii ... littera ... [illegible]

Cum enim averterit se iustus
[illegible] ... remissa ... [illegible]

... [illegible] ... i. q. iiii iam [illegible]

Et tu fili hominis assume planctum super XIX
principes israel et dices Quare mater tua
leena inter leones cubauit in medio le
unculorum enutriuit catulos suos et eduxit vnum
de leonculis suis · Leo factus est et didicit capere
predam hominesque comedere Et audierunt de eo gen
tes et non absque vulneribus suis ceperunt eum et ad
duxerunt eum in cathenis in terram egypti Que cum
vidisset quoniam infirmata est et periit expectatio eius
tulit vnum de leunculis suis et leonem constituit
eum Qui incedebat inter leones et factus est leo Et di
dicit predam capere et homines deuorare Didicit viduas
facere et ciuitates eorum in desertum adducere Et desola
ta est terra et plenitudo eius a voce rugitus illius
Et conuenerunt aduersus eum gentes vndique de pro
uinciis et expanderunt super eum rethe suum et in vul
neribus earum captus est et miserunt eum in cathenis in ca
ueam Et adduxerunt eum ad regem babilonis miseruntque
eum in carcerem ne audiretur vox eius super mon
tes israel Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super
aquam plantata est fructus eius et frondes eius
creuerunt ex aquis multis Et facte sunt ei virge floride in
sceptra dominantium Et exaltata est statura eius inter
frondes Et vidit altitudinem suam in multitudine
palmitum suorum Et euulsa est in ira in terram
que proiecta Et ventus vrens siccauit fructum eius
marcuerunt et arefacte sunt virge roboris eius ignis
comedit eam Et nunc transplantata est in desertum
in via sitienti Et egressus est ignis de virga ra
morum eius qui fructum eius comedit Et non fuit in ea
virga fortis · Sceptrum dominantium planctus est et erit in planctum

Et factum est in anno XX
septimo in quinto mense in decima mensis vene
runt viri de senioribus israel vt interrogarent

Domu et sederunt coram me Et factus est sermo domini
ad me dicens fili hominis loquere senioribus
israel et dices ad eos Hec dicit dominus deus Numquid ad in-
terrogandum me venistis vivo ego quia non re-
spondebo vobis ait dominus deus Si iudicas eos
Si iudicas fili hominis abhominationes patrum eorum
ostende eis Et dices ad eos Hec dicit dominus deus
In die qua elegi israel et levavi manum meam
pro stirpe domus iacob Et apparui eis in terra
egypti et levavi manum meam pro eis dicens
Ego dominus deus vester In die illa levavi manum meam
pro eis ut educerem eos de terra egypti in terram quam
provideram eis fluentem lacte et melle que est egregia
inter omnes terras Et dixi ad eos Unusquisque offensi-
ones oculorum suorum abiciat Et in ydolis egypti no-
lite pollui Ego dominus deus vester Et irritaverunt
me noluerunt que me audire unusquisque abhomina-
tiones oculorum suorum non proiecit nec ydola egypti
reliquerunt Et dixi ut effunderem indignationem meam
super eos et implerem iram meam in eis in medio
terre egypti Et feci propter nomen meum ut non vio-
laretur coram gentibus in quarum medio erant
Et inter quos apparui eis ut educerem eos de terra
egypti Eieci ergo eos de terra egypti Et eduxi
in desertum Et dedi eis precepta mea et iudicia
mea ostendi eis que faciat homo et vivat in eis
Insuper et sabbata mea dedi eis ut esset signum
inter me et eos Et irritaverunt me domus
israel in deserto In preceptis meis non ambulaverunt
et iudicia mea proiecerunt que faciens homo
vivet in eis Et sabbata mea violaverunt vehe-
menter Dixi ergo ut effunderem furorem meum
super eos in deserto Et consumerem eos Et feci
propter nomen meum ne violarentur coram gen-
tibus de quibus eieci eos in conspectu eorum

Ego igitur levavi manum meam super eos in deser-
to ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluen-
tem lacte et melle precipuam terrarum omnium quia
iudicia mea proiecerunt et in preceptis meis non
ambulaverunt et sabbata mea violaverunt post
ydola enim cor eorum gradiebatur Et pepercit oculus
meus super eos ut non interficerem eos nec consumpsi
eos in deserto Dixi autem ad filios eorum in solitudine
In preceptis patrum vestrorum nolite incedere nec iudicia
eorum custodiatis nec in ydolis illorum polluamini
Ego dominus deus vester in preceptis meis ambulate
et iudicia mea custodite et facite ea et sabbata
sanctificate ut sit signum inter me et vos Et sciatis
quia ego dominus deus vester Et exacerbaverunt me filii in
preceptis meis non ambulaverunt et iudicia mea
non custodierunt ut facerent ea ut que cum fecerit homo
vivat in eis et sabbata mea violaverunt Et com-
minatus sum ut effunderem furorem meum super eos
et implerem iram meam in eis in deserto Averti autem
manum meam in eis Et feci propter nomen meum ut
non violaretur coram gentibus de quibus eieci eos in
oculis eorum Iterum levavi manum meam in eos
in solitudine ut dispergerem illos in nationes et
ventilarem eos in terram eo quod iudicia mea non
fecissent et precepta mea reprobassent et sabbata mea
violassent Et post ydola patrum suorum fuissent oculi
eorum Ergo et ego dedi eis precepta non bona et iu-
dicia in quibus non vivent et pollui eos in mune-
ribus suis Cum offerrent omne quod aperit vulvam
propter delicta sua Et scient quia ego dominus Quamobrem
loquere ad domum israhel fili hominis Et dices ad
eos Hec dicit dominus deus Adhuc et in hoc blasphe-
maverunt me patres vestri cum sprevissent me con-

terminentes et induxissem eos in terram super quam levaui
manum meam ut darem illam eis viderunt omnem
collem excelsum et omne lignum nemorosum et im-
molauerunt ibi victimas suas et dederunt ibi in
irritationem oblationes suas et posuerunt ibi odorem
suauitatis sue et libauerunt libationes suas Et
dixi ad eos Quid est excelsum ad quod vos ingredimini
Et vocatum est nomen eius excelsum usque
adhuc diem Propterea dic ad domum israel Hec dicit
dominus deus Certe in via patrum vestrorum vos pollui-
mini et post offendicula eorum vos fornicamini Et
in oblatione donorum vestrorum cum transducitis filios
vestros per ignem vos polluimini in omnibus ydolis vestris
usque hodie Et ego respondebo domus israel Viuo ego
dicit dominus deus quia non respondebo vobis Neque cogitatio mentis
vestre fiet dicentium Erimus sicut gentes et sicut
cognationes terre ut colamus ligna et lapides Viuo
ego dicit dominus deus quoniam in manu forti et brachio
extento et in furore effuso regnabo super vos et
educam vos in desertum de populis et congregabo
vos de terris in quibus dispersi estis Et sanctificabor in
vobis in oculis nationum et scietis quia ego dominus Cum
induxero vos et congregabo vos de terris in quibus
dispersi estis in manu valida et brachio extento
et in furore effuso regnabo super vos Et addu-
cam vos in desertum populorum et iudicabor vobis-
cum ibi facie ad faciem sicut iudicio contendi
aduersus patres vestros in deserto terre egypti Sic
iudicabo vos dicit dominus Et subiciam vos sceptro
meo Et adducam vos in vinculis federis et eli-
gam de vobis transgressores et impios et de terra
incolatus eorum educam eos et terram israel non
ingredientur Et scietis quia ego dominus Et vos domus

Isrl Hec dicit dns Singuli post ydola vra am
bulate et servite eis Quod si et in hoc no audieritis
me et nome meu scm pollueritis ultra i mune-
ribus vris et in ydolis vris i mote scto meo / in
mote excelso ysrael ait dns ds ibi serviet mi ois
domus israel Omnis inqua i tra i qua placebunt m
Et ibi queram primicias vras et inicium decimaru
vrarum in oibus sctificationibus vris In odore suaui
tatis suscipiam vos Cum eduxero vos de pplis et co
gregabo vos de terris in quas dispsi estis et sanctifica
bor in vob in oculis natiom Et scietis qr ego dns
Cu induxero vos i tra isrl pro qua leuaui manu
mea ut darem eam patribus vris Et recordabimini
ibi viaru vrarum et omn scelerum vrorum quibus polluti
estis in eis et displicebitis vob in conspectu vestro
i oibus maliciis vris quas fecistis Et scietis qr ego
dns Cu benefecero vob ppt nome meu Non scdm
vias vras malas Neque scdm scelera vra pessima
domus ysrahel ait dominus deus

Et factus est sermo dni ad me dicens fili
hois Pone faciem tua contra viam
austri et stilla ad affricum et pphta ad
saltum agri meridiam et dices saltui meridiano
Audi vbu dni Hec dicit dns deus Ecce ego succe
dam i te ignem et comburam in te ome lignum
viride et ome lignum aridu Non extinguetur
flamma succensionis Et comburentur in ea omes
facies ab austro usque ad aquilonem Et videbit ois
caro Quia ego dns succendi eam nec extinguetur
Et dixi A a a dne ds ipsi dicunt de me Nu
quid no parabolas loqr iste Et factus est sermo
dni ad me dicens fili hois Pone faciem tuam

XXI

ad Jerusalem et stilla ad sanctuaria et propheta contra humum
israel Et dices terre israel Hec dicit dominus Ecce ego ad te
et eiciam gladium meum de vagina sua et occidam
in te iustum et impium Pro eo autem quod occidi in te
iustum et impium idcirco egredietur gladius meus de vagi-
na sua ad omnem carnem ab austro usque ad aquilonem ut sciat
omnis caro quia ego eduxi gladium meum de va-
gina sua irrevocabilem Et tu fili hominis ingemisce
in contritione lumborum et in amaritudinibus ingemisce
coram eis Cumque dixerint ad te Quare tu gemis
dices pro auditu quia venit et tabescet omne cor
et dissolventur universe manus et infirmabitur spiritus
omnis et per cuncta genua aque fluent Ecce venit
et fiet ait dominus deus Et factus est sermo domini ad me
dicens Fili hominis propheta et dices Hec dicit dominus
deus Loquere Gladius gladius exacutus est
et limatus ut cedat victimas exacutus est ut splen-
deat limatus est Qui moves sceptrum filii mei
succidisti omne lignum Et dedi eum ad levigandum
ut teneatur manu Iste exacutus est gladius et iste
limatus ut sit in manu interficientis Clama et ulu-
la fili hominis Quia hic facta est in populo meo hic
in cunctis ducibus israel Qui fugerant gladio
traditi sunt cum populo meo Idcirco plaude super
femur quia probatus est Et hoc cum sceptrum sub-
verterit non erit dicit dominus deus Tu ergo fili hominis
propheta et percute manum ad manum ut duplicetur
gladius ac triplicetur gladius interfectorum hic est
gladius occisionis magne qui obstupescere
eos facit et corde tabescere et multiplicat ru-
inas In omnibus portis eorum dedi conturbationem
gladii acuti et limati ad fulgendum amicti ad
cedem Exacuere vade ad dexteram
sive ad sinistram quocumque faciei tue est appetitus

Quin et ego plaudam manu ad manum et implebo
indignationem meam ego dominus locutus sum Et factus
est sermo domini ad me dicens Et tu fili hominis pone tibi
duas vias ut veniat gladius regis babilonis de
terra una egredientur ambo et manu capiet conie-
cturam et in capite vie civitatis coniciet Viam
pones / ut veniat gladius ad Rabath filiorum
Amon et ad iudam in iherusalem munitissimam Ste-
tit enim rex babilonis in bivio in capite duarum
viarum divinationem querens Commiscens sagittas in-
terrogavit ydola Exta consuluit Ad dexteram eius facta
est divinatio super iherusalem ut ponat arietes / ut
aperiat os in cede ut elevet vocem in ululatu / ut
ponat arietes contra portas / ut comportet aggerem
ut edificet munitiones Eritque quasi consulens fru-
stra oraculum in oculis eorum et sabbatorum ocium
imitans ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum
Iccirco hec dicit dominus deus Pro eo quod recordati estis
iniquitatis vestre et revelastis prevaricationes vestras et
apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris Pro
eo inquam quod recordati estis manu capiemini Tu
autem prophane dux israel cuius venit dies in tempore iniquitatis
prefinita Hec dicit dominus deus Aufer cydarim
tolle coronam Nonne hec est que humilem subleva-
vit et sublimem humiliavit Iniquitatem iniquita-
tem iniquitatem ponam eam et hoc non fiet donec
veniat cuius est iudicium et tradam ei Et tu fili
hominis propheta et dic / hec dicit dominus deus ad filios
Amon et ad opprobrium eorum Et dices mucro
mucro evaginate ad occidendum Elimate ut
interficias et fulgeas cum tibi viderentur vana et divi-
narentur mendacia ut dareris super colla vulnera-
torum impiorum quorum venit dies in tempore iniquitatis
prefinita Revertere ad vaginam tuam in loco in quo

creatus es in terra nativitatis tue iudicabo te Et effundam
super te indignationem meam In igne furoris mei suf
flabo in te dabo que te in manus hominum insipientium
et fabricantium interitum Igni eris cibus Et sanguis
tuus erit in medio terre Oblivioni traderis quia ego dominus locutus sum
XXII Et factum est verbum domini ad / locutus sum
me dicens Et tu fili hominis Numquid iudi
cas civitatem sanguinum Et ostendens ei
omnes abhominationes suas et dices Hec dicit dominus deus
Civitas effundens sanguinem in medio sui ut veniat
tempus eius et que fecit ydola contra semetipsam ut pol
lueretur In sanguine tuo qui a te effusus est deliqui
sti / et in ydolis tuis que fecisti polluta es Et appro
pinquare fecisti dies tuos et adduxisti tempus annorum
tuorum Propterea dedi te opprobrium gentibus et irrisionem
universis terris que iuxta sunt et que procul a te tri
umphabunt de te / sordida nobilis grandis interitu Ecce
principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te
ad effundendum sanguinem Patrem et matrem contume
liis affecerunt in te Advenam calumniati sunt in
medio tui Pupillum et viduam contristaverunt apud te
Sanctuaria mea sprevistis et sabbata mea polluistis
Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem
Et super montes comederunt in te Scelera operati sunt
in medio tui verecundiora patris discooperuerunt
in te inmunditiam menstruate humiliaverunt in te Et
unusquisque in uxorem proximi sui operatus est abho
minationem Et socer nurum suam polluit nefarie Et
sororem suam filiam patris sui oppressit in te Mune
ra acceperunt apud te ad effundendum sanguinem Usuram
et superhabundantiam accepisti Et avare proximos tuos
calumniabaris Meique oblita es ait dominus deus Ecce
complosi manus meas super avaritiam tuam quam fecisti
Et super sanguinem qui effusus est in medio tui Numquid

sustinebit cor tuum ait dominus aut prevalebunt manus tue
in diebus quos ego faciam tibi Ego dominus locutus sum
et faciam et dispergam te in nationes et ventilabo
te in terras et deficere faciam immundiciam tuam a te Et
possidebo te in conspectu gentium Et scies quia ego dominus
Et factus est sermo domini ad me dicens Fili hominis versa
est mihi domus israel in scoriam Omnes isti es et stan-
num et ferrum et plumbum in medio fornacis scoria ar-
genti facti sunt Propterea hec dicit dominus deus Eo quod ver-
si estis omnes in scoriam propterea ecce ego congregabo
vos in medio iherusalem congregatione argenti et eris
et ferri et stanni et plumbi in medio fornacis et suc-
cendam in ea ignem ad conflandum Sic congregabo
in furore meo et in ira mea et requiescam Et con-
flabo vos et congregabo vos et succendam vos in igne
furoris mei et conflabimini in medio eius ut con-
flatur argentum in medio fornacis sic eritis in medio
eius Et scietis quia ego dominus cum effuderim indignationem
meam super vos Et factum est verbum domini ad me dicens
Fili hominis dic ei Tu es terra immunda et non com-
pluta in die furoris Coniuratio prophetarum in medio
eius sicut leo rugiens capiensque predam animas
devoraverunt opes et precium acceperunt viduas eius
multiplicaverunt in medio eius Sacerdotes eius legem
meam contempserunt et polluerunt sanctuaria mea inter
sanctum et prophanum non habuerunt distanciam inter pollu-
tum et mundum non intellexerunt et a sabbatis meis
averterunt oculos suos et coinquinabar in medio eorum
Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes predam
ad effundendum sanguinem et ad perdendas animas et
avare sectando lucra Prophete autem eius liniebant eos
absque temperamento videntes vana et divinantes eis men-
dacium dicentes Hec dicit dominus deus cum dominus non sit locutus

populi terre calumniabantur calumniam et rapiebant violenter
egenum et pauperem affligebant et advenam opprime-
bant calumnia absque iudicio Et quesivi de eis virum
qui interponeret sepem et staret oppositus contra me pro terra
ne dissiparem eam et non inveni Et effudi super eos
indignationem meam in igne ire mee consumpsi eos viam eorum
in caput eorum reddidi dicit dominus deus. xxiii

XXIII

[illegible marginal gloss]

Et factum est verbum domini ad me dicens Fili hominis
Due mulieres filie matris unius fuerunt
et fornicate sunt in egypto in adolescentia
sua fornicate sunt ibi subacta sunt ubera earum et fracte
sunt mamme pubertatis earum Nomina autem earum
Oolla maior et Ooliba soror eius minor Et habui
eas et pepererunt filios et filias Porro nomina earum
Samaria Oolla et Jerusalem Ooliba Fornicata est igitur
Oolla super me et insanivit in amatores suos in
Assyrios propinquantes vestitos iacincto princip-
es et magistratus iuvenes cupidinis universos equites
et ascensores equorum Et dedit fornicationes suas super
eos electos filios Assyriorum universos et in omnibus
insanivit et in immunditiis eorum polluta est Insuper
et fornicationes suas quas habuerat in egypto non
reliquit Nam et illi dormierunt cum ea in adolescentia
sua Et illi confregerunt ubera pubertatis eius et
effuderunt fornicationem suam super eam Propterea tra-
didi eam in manus amatorum suorum In manus filiorum
Assur super quorum insanivit libidine Ipsi discooperue-
runt ignominiam eius filios et filias illius tulerunt
et ipsam occiderunt gladio Et facte sunt famose mulieres
et iudicia perpetraverunt in eam Quod cum vidisset
soror eius Ooliba plus quam illa insanivit libidine
et fornicationem suam super fornicationem sororis sue ad
filios Assyriorum prebuit impudenter Ducibus et
magistratibus ad se venientibus indutis veste varia
equitibus qui vectabantur equis et adolescentibus

forma tinctis egiptia Et vidi quod polluta esset via una
ambarum et auxit fornicationes suas Cumque vidisset
viros depictos in pariete ymagines caldeorum expressas
coloribus et accinctos baltheis renes et tiaras tin-
ctas in capitibus eorum formam ducum omnium similitudinem
filiorum Babilonis terreque caldeorum in qua orti sunt
Et insanivit super eos concupiscentia oculorum suorum Et
misit nuncios ad eos in Caldeam Cumque venisset ad
eam filii babilonis ad cubile mamarum polluerunt
eam stupris suis et polluta est ab eis et saturata
anima eius ab illis Denudavit quoque fornicationes suas
Discooperuit ignominiam suam et recessit anima mea ab ea
Sicut recesserat anima mea a sorore eius / enim multipli-
cavit fornicationes suas recordans dies adolescentie
sue quibus fornicata est in terra Egypti Et insanivit
libidine super concubitum eorum / quorum carnes sunt
ut carnes asinorum Et sicut fluxus equorum fluxus
eorum Et visitasti scelus adolescentie tue / quando subacta
sunt in egypto ubera tua et confracte sunt mamme pubertatis
tue Propterea ooliba / hec dicit deus Ecce ego su-
scitabo omnes amatores tuos contra te Dequibus
saciata est anima tua Et congregabo eos adversum te in cir-
cuitu filios babilonis tyrannosque et principes omnes
filios Assyriorum iuvenes forma egregia Duces et
magistratus universos principes principum et nominatos ascen-
sores equorum Et venient super te instructi curru et
tota multitudo populorum / lorica et clipeo et galea
armabuntur contra te undique Et dabo coram eis iudi-
cium et iudicabunt te iudiciis suis Et ponam zela-
men in te quem exercent tecum in furore Nasum tuum
et aures tuas precident Et que remanserunt gladio
concident Ipsi filios tuos et filias tuas capient
et novissimum tuum devorabitur igni Et denu-
dabunt vestimentis tuis et tollent vasa glorie tue

et requiescere faciet scelus tuum de te et fornicationem
tuam de terra egypti. Nec levabis oculos tuos ad eos
et egypti non recordaberis amplius. Quia hec dicit
dominus deus. Ecce ego tradam te in manus eorum quos odi-
sti. In manus de quibus saciata est anima tua. Et agent
tecum in odio. et tollent omnes labores tuos et dimittent
te nudam et ignominia plenam. Et revelabitur igno-
minia tua fornicationum tuarum. Scelus tuum et forni-
cationes tue fecerunt hec tibi. Quia fornicata es
post gentes inter quas polluta es in ydolis earum. In via
sororis tue ambulasti et dabo calicem eius in manu
tua. Hec dicit dominus deus. Calicem sororis tue bibes
profundum et latum et eris in derisum et in subsan-
nationem que est capacissima. Ebrietate et dolore
replebearis. calice meroris et tristicie. calice sororis
tue Samarie. Et bibes illum et potabis usque ad
feces et fragmenta eius devorabis. et ubera tua
lacerabis. Quia ego locutus sum ait dominus deus. Propterea
hec dicit dominus deus. Quia oblita es mei et proiecisti me
post corpus tuum. Tu quoque porta scelus tuum et forni-
cationes tuas. Et ait dominus ad me dicens. Fili
hominis. Numquid iudicas Oollam et Oolibam
et annuncias eis scelera earum. Quia adultere sunt
et sanguis in manibus earum. Et cum ydolis suis fornica-
te sunt. Insuper et filios suos quos genuerunt mihi ob-
tulerunt eis ad devorandum. Sed et hoc fecerunt mihi.
Polluerunt sanctuarium meum in die illa et sab-
bata mea prophanaverunt. Cumque immolarent filios
suos ydolis suis et ingrediebantur in sanctuarium
meum in die illa ut pollurent illud. Et hec fecerunt
in medio domus mee. Miserunt ad viros venientes
de longe ad quos nuncios miserant. Itaque ecce ve-
nerunt quibus te lavisti et circumlinisti stibio oculos
tuos et ornata es mundo muliebri. Sedisti in
lecto pulcherrimo et mensa ornata est ante te

thimiama meum et unguentum meum posuisti super
eam et vox multitudinis exultantis erat in ea et in viris
qui de multitudine hominum adducebantur et veniebant
de deserto Posuerunt armillas in manibus eorum et coro-
nas speciosas in capitibus eorum Et dixi ei que attrita
est in adulteriis Nunc fornicabitur in fornicatione sua
etiam hec Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem
meretricem sicut ingrediebantur ad Oollam et Ooli-
bam mulieres nephandas Viri ergo iusti sunt hii
iudicabunt eas iudicio adulterarum et iudicio
effundentium sanguinem quia adultere sunt et sanguis
in manibus earum Hec enim dicit dominus deus Adduc ad eas
multitudinem et trade eas in tumultum et in rapinam
et lapidibus populorum lapidentur et confodiantur gladi-
is eorum filios et filias interficient et domos earum
igne succendent Et auferam scelus de terra et discent
omnes mulieres ne faciant secundum scelus earum Et da-
bunt scelus vestrum super vos et peccata ydolorum vestro-
rum portabitis Et scietis quia ego dominus deus [illegible]

Et factum est verbum domini ad me in anno
nono in decimo mense decima mensis dicens XXIIII
fili hominis scribe tibi nomen diei hu-
ius in quo confirmatus est rex babilonis adversum Je-
rusalem hodie Et dices per proverbium ad domum irri-
tatricem parabolam et loqueris ad eos Hec dicit
dominus deus Pone ollam pone inquam
et mitte in eam aquam Congere frusta eius in ea
omnem partem bonam femur et armum electa et
ossibus plenam pinguissimum pecus assume Com-
pone quoque struem ossium sub ea efferbuit coctio
eius Et dissoluta sunt ossa illius in medio eius Propterea
hec dicit dominus deus Ve civitati sanguinum olle
cuius rubigo in ea est Et rubigo eius non exivit
de ea per partes et per partes suas eice eam

Non cecidit sup̄ eā vōs Sanguis eni eciā i medio eius
est · sup limpidissimā petrā effudit illud Non
effudit illū sup̄ terrā ut possit illud operire pul
uere vt sup inducēz indignacōz meā et vindictā
vlciscerer Dedi sanguinē eius sup̄ petrā limpidi
ssimā ne operiret̄ Propterea hec dicit dn̄s deus Ve ciui
tati sanguinum cuius ego grandē faciā pirā
Congere ossa que igne succēdāz et cōsument̄ car
nes / et coquet̄ vniuersa cōposicio · et ossa tabescēt
Pone quoque eam eciam sup̄ prunas vaciā / ut
incalescat et liquefiet es eius / et cōflet̄ i medio
eius inquinamentū eius et cōsumat̄ rubigo eius
Multo labore sudatū est / et nō exiuit de ea
rubigo nimia eius Neque per ignē / Inmundicia
tua execrabilis Quia mundare te volui et nō es
mundata a sordibus tuis Sed nec mundaberis prius donec
quiescē faciā indignacioz meā inte Ego dn̄s locutus
sum / veniet // et faciā // nō transeā nec parcam
nec placabor / iuxta vias tuas · et iuxta ad inuenciones
tuas iudicabo te dicit dn̄s / Et factū est vbū dn̄i ad
me dicens Fili hominis Ecce ego tollo a te desidera
bile oculorū tuorū i plaga Et nō plangeres neque
plorabis Neque fluent lacrime tue Ingemiscē
tacens mortuorū luctū nō facies Corona tua cir
cumligata sit tibi et calciamenta tua erunt i pedibz
tuis / et amictu ora velabis Nec cibos lugēn
cium comedes Locutus sum ergo ad populum mane
Et mortua est vxor mea vespere · feciqz mane sicut
preceperat mihi dn̄s Et dixit ad me populus Quare nō indi
cas nobis quid ita significent que tu facis Et dixi ad eos
Sermo dn̄i factus est ad me dicens Loquere domui
Israel Hec dicit dn̄s deus Ecce ego polluā sanctua
rium meū superbiā imperii vestri et desiderabile oculorū

vestrorum super quo pavet anima vestra et filii vestri et
filie quas reliquistis gladio cadent et facietis sicut
feci ora amictu non velabitis et cibos lugentium non
comedetis coronas habebitis in capitibus vestris et cal
ciamenta in pedibus non plangetis neque flebitis
sed tabescetis in iniquitatibus vestris et unusquisque ge
met ad fratrem suum eritque ezechiel vobis in por
tentum iuxta omnia que fecit facietis cum venerit
illud et scietis quia ego dominus deus Et tu fili hominis
ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum
et gaudium dignitatis et desiderium oculorum eorum
super quo requiescunt anime eorum et filios et filias eorum
In die illa cum venerit fugiens ad te ut annunciet
tibi In die inquam illa aperietur os tuum cum eo qui fu
git et loqueris et non silebis ultra eritque eis in
portentum et scietis quia ego dominus deus

XXV

Et factus est sermo domini ad me dicens fili
hominis pone faciem tuam contra filios
Amon et prophetabis de eis et dices
filiis amon Audite verbum domini dei hec dicit dominus
deus Pro eo quod dixisti euge euge super sanctuarium
meum quia pollutum est et super terram israel quia de
solata est et super domum Iuda quoniam ducti sunt in
captivitatem Ideo ecce ego tradam te filiis ori
entalibus in hereditatem et collocabunt caulas suas
in te et ponent in te tentoria sua ipsi comedent fruges
tuas et ipsi bibent lac tuum Daboque Rabath in
habitaculum camelorum et filios amon in cubile
pecorum et scietis quia ego dominus Quia hec dicit dominus deus
Pro eo quod plausisti manibus et percussisti pe
de et gavisa es ex toto affectu super terram israel Ideo
ecce ego extendam manum meam super te et tradam
te in direptionem gentium et interficiam te de populis et
perdam te de terris et conteram et scietis quia ego dominus deus

Hec dicit dns ds pro eo quod dixerit moab et seyr Ecce
sicut omnes gentes domus iuda Ideo ecce ego
apiam humerum moab de ciuitatibus de ciuitatibus
inquam eius et de finibus eius inclitas terre Bethese-
moth et Beelmoth alias Bethiesimoth et Beel-
moth meon et Cariathiarim filiis orientis cum
filiis amon Et dabo eam in hereditatem ut non sit
memoria filiorum amon in gentibus et in moab faciam
iudicia Et scient quia ego dns Hec dicit dns deus
Pro eo quod fecit ydumea ultionem ut se vindicaret
de filiis iuda peccauitque delinquens et vindictam
expetiuit de eis Ideo hec dicit dominus deus Extendam
manum meam sup ydumeam et auferam de ea hominem
et iumentum et faciam eam desertam ab austro
et qui sunt in dedan gladio cadent Et dabo ultionem
meam sup ydumeam per manum populi mei israel et fa-
ciant in edom iuxta iram meam et furorem meum
Et scient vindictam meam dicit dominus deus Hec dicit
dns deus Pro eo quod fecerunt philistim vindictam et
ulti sunt toto animo interficientes et implentes ini-
micicias veteres Propterea hec dicit dominus deus Ecce ego
extendam manum meam sup palestinos et interficiam
interfectores et perdam reliquias maritime regi-
onis Faciamque in eis ulciones magnas arguens
in furore Et scient quia ego dns cum dedero vindictam

XXVI Et factum est in undecimo anno prima mensis factus est sermo dni
ad me dicens Fili hominis Pro eo quod
dixit tyrus de ierusalem Euge confracte sunt por-
te populorum conuersa est ad me implebo deserta est
Propterea hec dicit dominus deus Ecce ego sup te tyre
Et ascendere faciam sup te gentes multas sicut
ascendit mare fluctuans Et dissipabunt muros

thyri et destruent turres eius et radam pulverem de
ea / et dabo eam in limpidissimam petram Siccatio sa-
genarum erit in medio maris quia ego locutus sum ait
dominus Et erit in direptionem gentibus Filie quoque eius que
sunt in agro gladio interficientur Et scient quia ego dominus
Quia hec dicit dominus deus Ecce ego adducam ad tyrum
Nabuchodonosor regem babilonis ab aquilone regem re-
gum cum equis et curribus et equitibus et cetu populo-
que magno Filias tuas que sunt in agro gladio
interficiet et circumdabit te munitionibus et comporta-
bit aggerem in gyro et elevabit contra te clipeum
et vineas et arietes temperabit in muros tuos /
et turres tuas destruet in armatura sua Inun-
datione equorum eius operiet te pulvis eorum a sonitu
equitum et rotarum et curruum movebuntur muri
tui Cum ingressus fuerit portas tuas quasi per
introitum urbis dissipate Ungulis equorum suorum
conculcabit omnes plateas tuas populum tuum gla-
dio cedet Et statue tue nobiles in terram corruent
vastabunt opes tuas diripient negociationes tuas
destruent muros tuos et domos tuas preclaras
subvertent et lapides tuos et ligna tua et pulverem
tuum in medio aquarum ponent Et cessare faciam multi-
tudinem cantorum tuorum et sonitus citharum tuarum
non audietur amplius Et dabo te in limpidissimam
petram Siccatio sagenarum eris Nec edificaberis
ultra quia ego locutus sum dicit dominus deus Hec dicit
dominus deus Thyro Numquid non a sonitu ruine
tue et gemitu interfectorum tuorum cum occisi fuerint
in medio tui commovebuntur insule / et descendent
de sedibus suis omnes principes maris et auferent
exuvias suas et vestimenta sua varia abjicient

Et induentur stupore in terra sedebunt et attoniti super
repentino casu tuo admirabuntur Et assumentes super
te lamentum dicent tibi Quomodo peristi que habitas in mari
urbs inclita que fuisti fortis in mari cum habitatoribus
tuis quos formidabant universi Nunc stupebunt
naves in die pavoris tui et turbabuntur insule in mari
eo quod nullus egrediatur ex te Quia hec dicit dominus deus
Cum dedero te urbem desolatam sicut civitates que non
habitantur et adduxero super te abyssum et operuerint
te aque multe et detraxero te cum hiis qui descendunt
in lacum ad populum sempiternum et collocavero te in terra no
vissima sicut solitudines veteres cum hiis qui deducuntur
in lacum ut non habiteris Porro cum dedero gloriam in terra
viventium in nichilum redigam te et non eris et requisita
non invenieris ultra in sempiternum dicit dominus deus / xxvii
XXVII Et factus est sermo domini ad me dicens Tu ergo
fili hominis Assume super Tyrum lamentum
Et dices Tyro que habitat in introitu ma
ris negociationi populorum ad insulas multas Hec dicit
dominus deus O Tyre tu dixisti Perfecti decoris ego sum
Et in corde maris sita Finitimi tui qui te edificaverunt
impleverunt decorem tuum abietibus Et de Sanir ex
struxerunt cum te omnibus thabulatis maris Cedrum
de Libano tulerunt Ut facerent tibi malum Quercus
de basan dolaverunt in Remos tuos Transtra tua
fecerunt hec tibi ex ebore indico et pretoriola de
insulis ytalie Byssus varia de egypto texta est
tibi in velum ut poneretur in malo Iacinctus
et purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum
tuum habitatores Sydonis et Arady fuerunt remiges
tui Sapientes tui tyre facti sunt gubernatores tui
Senes bibly et prudentes eius habuerunt nautas
ad ministerium varie supellectilis tue Omnes naves
maris et naute earum fuerunt in populo negociationis
tue Perse et Lydy et libies in exercitu tuo erant

vi bellatores tui clipeum et galeam suspenderunt in te
pro ornatu tuo filii arady cum exercitu tuo super muros
tuos in circuitu tuo sed et pigmei qui erant in
turribus tuis pharetras suas suspenderunt in muris
tuis per gyrum ipsi compleverunt pulcritudinem tuam
Carthaginenses negociatores tui a multitudine
cunctarum diviciarum argento · ferro · stanno · plumbo
que repleverunt nundinas tuas Grecia et Tubal
et mosoch ipsi institores tui mancipia et vasa enea
adduxerunt populo tuo · de domo Thogorma equos et
equites et mulos adduxerunt ad forum tuum filii dedan
negociatores tui insule multe negociacio manus tue
dentes eburneos et hebeninos commutaverunt
in precio tuo Syrus negociator tuus propter multitudinem
operum tuorum gemmam purpuram et scutulata et byssum
et sericum et cocum alias chodcod vel chochod
proposuerunt in mercatu tuo Iuda et terra israel ipsi
institores tui in frumento primo et balsamum et
mel et oleum et resinam proposuerunt in nundinis
tuis Damascenus negociator tuus in multitudine operum
tuorum in multitudine diversarum ~~opum~~ in vino pin-
gui in lanis coloris optimi Dan et grecia et
mozel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabre-
factum Stacten et calamus in negociacione tua de
dan institores tui in tapetibus ad sedendum Arabia
et universi principes Cedar ipsi negociatores manus
tue Cum agnis et arietibus et hedis venerunt ad
te negociatores tui venditores Saba et reema ipsi
negociatores tui cum universis aromatibus primis et la
pide precioso et auro quod proposuerunt in mercatu tuo
Caran alias arari et chenne et eden negociato-
res tui Sabba alias saba assur chelmath vendi
tores tui ipsi negociatores tui multifariam in

involucris iacincti et polimitorum gazarum que preciosarum
que obvolute et astricte erant funibus cedros quoque
habebant in negotiacionibus tuis naves maris prin
cipes tui in negotiacione tua Et repleta es et glo
rificata es nimis in corde maris In aquis multis
adduxerunt te remiges tui ventus auster contri
vit te in corde maris divicie tue et thesauri tui et
multiplex instrumentum tuum Naute tui et gubernatores
tui qui tenebant supellectilem tuam et populo tuo pre
erant viri quoque bellatores tui qui erant in te cum
universa multitudine tua que est in medio tui cadent in
corde maris in die ruine tue A sonitu clamoris
gubernatorum tuorum conturbabuntur classes et descendent
de navibus suis omnes qui tenebant remum naute et
universi gubernatores in terra stabunt Et eiulabunt
super te voce magna et clamabunt amare et
superiacient pulverem capitibus suis et cinere
conspergentur et radent super te calvicium et accin
gentur ciliciis Et plorabunt te in amaritudine
anime ploratu amarissimo Et assument super te
carmen lugubre et plangent te Que est ut tyrus
que obmutuit in medio maris Que in exitu nego
ciacionum tuarum de mari implesti populos multos In multi
tudine diviciarum tuarum et populorum tuorum ditasti
reges terre Nunc contrita es a mari in profundis
aquarum opes tue Et omnis multitudo tua que erat
in medio tui ceciderunt universi habitatores insularum
obstupuerunt super te et reges earum omnes tempe
state perculsi mutaverunt vultus Negotiatores populorum
sibilaverunt super te ad nichilum deducta es et non
eris usque in perpetuum

XXVIII Et factus est sermo domini ad me dicens fili hominis dic
principi tyri hec dicit dominus deus eo quod
elevatum est cor tuum et dixisti deus ego sum
et in kathedra dei sedi in corde maris cum sis

homo et non deus / et dedisti cor tuum quasi cor dei Ecce sa-
pientior es tu daniele omne secretum non est absconditum
a te In sapientia et prudentia tua fecisti tibi fortitudinem
et acquisisti aurum et argentum in thezauris tuis In mul-
titudine sapientie tue et in negotiatione tua multiplica-
sti fortitudinem et elevatum est cor tuum in robore tuo
Propterea hec dicit dominus deus eo quod elevatum est cor tuum quasi cor dei
Iccirco ego adducam super te alienos robustissimos
gentium et nudabunt gladios suos super pulchritudinem
sapientie tue et polluent decorem tuum interficient et
detrahent te et morieris in interitu occisorum in corde
maris Numquid dicens loqueris deus ego sum coram
interficientibus te Cum sis homo et non deus In manu
occidentium te morte morieris incircumcisorum in manu
alienorum quia ego locutus sum ait dominus deus Et factus
est sermo domini ad me dicens fili hominis Leva plan-
ctum super regem Tyri et dices ei hec dicit dominus deus
Tu signaculum similitudinis plenus sapientia perfectus
decore in deliciis paradisi dei fuisti Omnis lapis
preciosus operimentum tuum Sardius Thopasius et
Iaspis Crisolitus et onix et berillus Saphirus
et Carbunculus et Smaragdus Aurum opus decoris
tui et foramina tua in die qua conditus es preparata
sunt Tu cherub extentus et protegens et posui te in
monte sancto dei In medio lapidum ignitorum ambulasti
perfectus in viis tuis a die conditionis tue donec inventa
est iniquitas in te In multitudine negotiationis tue
repleta sunt interiora tua iniquitate et peccasti et eieci te
de monte dei et perdidi te O cherub protegens de medio
lapidum ignitorum et elevatum est cor tuum in decore tuo
perdidisti sapientiam tuam in decore tuo in terram proieci te
Ante faciem regum dedi te ut cernerent te In multitudine
iniquitatum tuarum et in iniquitate negotiationis tue po-
lluisti sanctificationem tuam Producam ergo ignem de medio

tui qui comedat te et dabo te i cinerem super terram in
conspectu omnium videntium te Omnes qui viderint te
in gentibus obstupescent super te Nichili facta es
et non eris in perpetuum Et factus est sermo domini
ad me dicens Fili hominis Pone faciem tuam contra
Sydonem et prophetabis de ea et dices Hec dicit dominus deus
Ecce ego ad te Sydon et glorificabor in medio tui Et
scient quia ego dominus Cum fecero i ea iudicia et
sanctificatus fuero in ea et inmittam i eam pestilenciam
et sanguinem i plateis eius Et corruent interfecti i medio
eius gladio per circuitum Et scient quia ego dominus et erit
vltra domui israel offendiculum amaritudinis et
spina dolorem inferens vndique per circuitum eorum qui
adversantur eis Et scient quia ego dominus deus Hec dicit dominus deus
Quando congregavero domum israel de populis in quibus
dispersi sunt sanctificabor in eis coram gentibus et habitabunt
in terra sua quam dedi servo meo Iacob et habitabunt in
ea securi et edificabunt domos et plantabunt
vineas et habitabunt confidenter Cum fecero iudicia in
omnibus qui adversantur eis per circuitum Et scient quia ego dominus
XXIX In anno decimo i duodecimo mense vna die [illegible]
mensis factum est verbum domini ad me dicens Fili hominis xxix
pone faciem tuam contra pharaonem regem egypti
et prophetabis de eo et de egypto vniversa loquere
et dices Hec dicit dominus deus Ecce ego ad te pharao
rex Egypti draco magne qui cubas in medio
fluminum tuorum et dicis meus est fluuius et ego
feci me metipsum Et ponam frenum i maxillis
tuis et agglutinabo pisces fluminum tuorum Et
squamis tuis et extraham te de medio fluminum
tuorum et vniversi pisces tui squamis tuis adherebunt
Et proiciam te i desertum et omnes pisces fluminis tui
super faciem terre cadet Non colligeris neque congregaberis

bestijs terre cadent et volatilibus celi dedi te ad de-
vorandum Et scient omnes habitatores Egypti quia ego
dominus pro eo quod fuisti baculus arundineus domui israel
quando apprehenderunt te manu et confractus es et lacera-
sti omnem humerum eorum et dissolvisti omnes renes eorum
Et innitentibus eis super te comminutus es Propterea
hec dicit dominus deus Ecce ego adducam super te gladium
et interficiam de te hominem et iumentum et erit terra Egy-
pti in desertum et in solitudinem Et scient quia ego dominus
Eo quod dixit flumen meum est Et ego feci eum Id-
circo ecce ego ad te et ad flumina tua dabo que terram
Egypti in solitudines gladio dissipatam a turre sie-
nes usque ad terram Ethiopie Non pertransibit eam
pes hominis neque pes iumenti gradietur in ea et non
habitabitur quadraginta annis Dabo que terram Egypti de-
sertam in medio terrarum desertarum Et civitates eius
in medio urbium subversarum et erunt desolate xl
annis Et dispergam Egyptios in nationes et venti-
labo eos in terras Quia hec dicit dominus deus post finem
xl annorum Congregabo Egyptum de populis in quibus
dispersi erant Et reducam captivitatem Egypti Et co-
llocabo eos in terram phatures in terram nativitatis
sue Et erunt ibi in regnum humile / et inter regna
cetera erit humillima et non elevabitur ultra super
nationes et imminuam eos ne imperent gentibus
Neque erunt ultra domui israel in confidentiam, docentes
iniquitatem ut fugiant et sequantur eos Et scient quia
ego dominus deus Et factum est in xxvij anno in
primo mense in xx die mensis factum est verbum
domini ad me dicens Fili hominis Nabuchodonosor rex
babilonis servire fecit exercitum suum servitute magna
adversum Tyrum omne caput decalvatum et omnis
et omnis humerus depilatus est et merces non est
reddita ei neque exercitui eius de tyro pro servitute
qua servivit in adversus eam Propterea hec dicit dominus

Deus. Ecce ego dabo Nabucho. regem babilonis in terra
Egypti et accipiet multitudinem eius et depredabitur manu-
bias eius / et diripiet spolia eius Et erit merces exer-
citui eius et operi pro quo servivit adversum eam. dedi ei
terram Egypti / pro eo quod laboraverit michi / ait dominus deus
In die illo pullulabit cornu domus Israel et tibi dabo
apertum os in medio eorum Et scient quia ego dominus deus
XXX Et factum est verbum domini ad me dicens Fili
hominis. propheta et dic Hec dicit dominus deus
Ululate ve. ve. diei quia iuxta est dies
et appropinquat dies domini Dies nubis tempus gencium
erit Et veniet gladius in Egyptum et erit pavor in Ethy-
opia cum ceciderint vulnerati in Egypto Et ablata
fuerit multitudo illius et destructa fundamenta eius Ethi-
opia et Libia et Lidi et omne reliquum vulgus
et Chub et filii terre federis cum eis gladio cadent
Hec dicit dominus deus Et corruent fulcientes Egyptum
Et destruetur superbia imperii eius A turre Syenes
gladio cadent in ea ait dominus deus exercituum Et dissipa-
buntur in medio terrarum desolatarum Et urbes eius in medio
civitatum desolatarum alias desertarum erunt Et scient quod ego
dominus Cum dedero ignem in Egypto et attriti fue-
rint omnes auxiliatores eius In die illa egredientur
nuncii a facie mea in trieribus ad conterendam Ethi-
opie confidentiam et erit pavor in eis in die Egipti
Quia absque dubio veniet Hec dicit dominus deus Et ces-
sare faciam multitudinem Egypti in manu Nabuch-
regis Babilonis Ipse et populus eius cum eo fortissimi
gencium adducentur ad disperdendam terram Et eva-
ginabunt gladios suos super Egyptum et implebunt
terram interfectis Et faciam alveos fluminum aridos et
tradam terram in manus pessimorum et dissipabo terram
et plenitudinem eius in manu alienorum Ego dominus
locutus sum Hec dicit dominus deus Et disperdam
simulachra et cessare faciam ydola de memphis

et dux de terra egypti non erit amplius et dabo terrorem
in terram egypti et disperdam terram phatures et da-
bo ignem in taphnis et faciam iudicia in alexandriam
et effundam indignationem meam super pelusium robur
egypti et interficiam multitudinem alexandrie et dabo
ignem in egypto quasi parturiens dolebit pelu-
sium et alexandria erit dissipata et in memphis
angustie quottidiane iuuenes eliopoleos et bu-
basti gladio cadent et ipse captiue ducentur et in tha-
phnis nigrescet dies cum contriuero ibi sceptra
egypti et defecerit in ea superbia potencie eius ipsam nu-
bes operiet filie autem eius in captiuitatem ducentur et
faciam iudicia in egypto et scient quia ego dominus

Et factum est in decimo anno in primo mense
in septima mensis factum est verbum domini ad me XXXI
dicens fili hominis brachium pharaonis re-
gis egypti confregi et ecce non est obuolutum ut re-
stitueretur ei sanitas et ligaretur pannis et fasciaretur
linteolis et recepto robore posset tenere gladium
Propterea hec dicit dominus deus ecce ego ad pharaonem
regem egypti et comminuam brachium eius forte sed
confractum et eiciam gladium de manu eius et dispergam
egyptum in gentibus et ventilabo eos in terris et confor-
mabo brachia regis babilonis dabo que gladium
meum in manu eius et confringam brachia pharaonis
cadent et gemet gemitibus interfecti coram facie
eius et confortabo brachia regis babilonis et bra-
chia pharaonis concident et scient quia ego dominus cum
dedero gladium meum in manu regis babilonis et extenderit
eum super terram egypti et dispergam egyptum in
nationes et ventilabo eos in terris et scient quia ego dominus

Et factum est in undecimo anno tercio mense una Capitulum secundum alios 31
mensis factum est verbum domini ad me dicens
fili hominis dic pharaoni regi egypti
et populo eius cui similis factus es

in magnitudine tua. Ecce assur quasi cedrus in libano
pulcher ramis et frondibus nemorosus excelsusque al-
titudine et inter condensas frondes eleuatum est caca-
men eius. Aque nutrierunt illum abyssus exaltauit
flumina eius manabat in circuitu radicum eius et riuos
suos misit ad uniuersa ligna regionis. Propterea ele-
uata est altitudo eius super omnia ligna regionis et
multiplicata sunt arbusta eius et eleuati sunt rami
eius pre aquis multis. Cumque extendisset umbram suam
in ramis eius fecerunt nidos omnia uolatilia celi et
sub frondibus eius genuerunt omnes bestie saltuum
et sub umbraculo eius habitabat cetus gentium plurimarum.
Eratque pulcherrimus in magnitudine sua et in dilatatione — [illegible]
arbustorum suorum. Erat enim radix illius iuxta aquas — [illegible]
multas. Cedri non fuerunt in paradiso dei altiores — [illegible]
illo abietes non adequauerunt summitatem eius — [illegible]
et platani non fuerunt eque frondibus eius. Omne — [illegible]
lignum paradisi dei non est assimilatum illi et pul-
critudini eius. Quoniam speciosum feci illum et mul-
tis condensisque frondibus et emulata sunt eum omnia
ligna voluptatis que erant in paradiso dei. Pro-
pterea hec dicit dominus deus. Pro eo quod sublimatus est in
altitudine et dedit summitatem suam uirentem atque
densam et eleuatum est cor eius in altitudine sua
tradidi eum in manu fortissimi gentium faciens faciet
ei iuxta impietatem eius eieci eum et succident illum alieni
et crudelissimi nationum et proicient eum super montes
et in cunctis conuallibus corruent rami eius et confringentur
arbusta eius in uniuersis rupibus terre et recedent
de umbraculo eius omnes populi terre et relinquent eum
in ruina eius habitauerunt omnia uolatilia celi et
ramis eius fuerunt uniuerse bestie regionis. Quamobrem
non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna
aquarum. Neque ponent sublimitatem suam inter ne-
morosa atque frondosa. Nec stabunt in sublimitate

cetu omnia que irrigantur aquis quia omnes traditi sunt
in mortem ad terram ultimam in medio filiorum hominum ad eos
qui descendunt in lacum Hec dicit dominus deus In die qua
descendit ad inferos induxi luctum et operui eum abys-
so et prohibui flumina eius et coercui aquas multas
contristatus est super eum libanus et omnia ligna agri concus-
sa sunt A sonitu ruine eius commovi gentes cum
inducerem eum ad infernum cum hiis qui descendebant in lacum
et consolata sunt in terra infima omnia ligna regionis
et voluptatis egregia atque preclara in libano universa
que irrigantur aquis Nam et ipsa cum eo descendent ad
infernum ad interfectos gladio et brachium uniuscuiusque
qui sedebit in umbraculo eius in medio nationum cuius
cui assimilatus es o inclite atque sublimis inter ligna
voluptatis ad terram ultimam in medio ecce deductus
es cum lignis voluptatis ad terram ultimam in medio in-
circumcisorum dormies cum eis qui interfecti sunt gladio Ipse
est pharao et omnis multitudo eius dicit dominus

Et factum est in duodecimo anno in duodecimo
mense in una mensis factum est verbum domini XXXII
ad me dicens fili hominis assume lamen-
tum super pharaonem regem egypti et dices ad eum
Leoni gentium assimilatus es et draconi qui est in mari
et ventilabas cornu in fluminibus tuis et conturbabas
aquas pedibus tuis et conculcabas flumina earum
Propterea hec dicit dominus deus Expandam super
te rethe meum in multitudine populorum multorum et extra-
ham te in sagenam meam et proiciam te in terram
super faciem agri abiciam te et habitare faciam super
te omnia volatilia celi et saturabo de te bestias
universe terre et dabo carnes tuas super montes et
implebo colles sanie tua et irrigabo terram
fetore sanguinis tui super montes et valles imple-

plicabimt celi et operiam cum extinctus fueris celos et
ingrescere faciam stellas eius Solem nube tegam
et luna non dabit lumen suum Omnia luminaria celi
merere faciam super te Et dabo tenebras super
terram tuam dicit dominus deus Et irritabo cor populorum
multorum Cum induxero contricionem tuam in gentibus super
terras quas nescis Et stupere faciam super te populos
multos Et reges eorum horrore nimio formidabunt
super te pro eo quod dimisisti iniquitates tuas quas operabaris et
Cum volare ceperit gladius meus super facies
eorum Et obstupescent repente singuli pro anima
sua in die ruine sue quia Hec dicit dominus deus Gla
dius meus super facies regis Babilonis veniet tibi
In gladiis fortium deiciam multitudinem tuam In
expugnabiles omnes gentes hee Et vastabunt
superbiam Egypti Et dissipabitur multitudo eius
Et perdam omnia iumenta eius que erant super
aquas multas Et non conturbabit eas pes hominis
ultra neque ungula iumentorum turbabit eas
Tunc purissimas reddam aquas eorum et flumina
eorum quasi oleum adducam ait dominus deus Cum dedero
terram eorum desolatam Deseretur autem terra a plenitu
dine sua quando percussero habitatores omnes eius
Et scient quia ego dominus ~~Plangent eum~~ Planctus
est Et plangent eum filie gentium plangent eum
super Egyptum et super multitudinem eius plan
gent eum ait dominus deus Et factum est in
duodecimo anno in quintadecima mensis factum est verbum domini
ad me dicens Fili hominis cane lugubre
super multitudinem Egypti et detrahe eam ipsam
et filias gentium robustarum ad terras ultimas cum
hiis qui descendunt in lacum Quo pulchrior
es descende et dormi cum incircumcisis In medio
interfectorum gladio cadent Gladius datus est Et

attraxerunt eam et omnes populos eius / loquentur ei potentissimi
robustorum de medio inferni qui cum auxilia-
toribus eius descenderunt et dormierunt incircumcisi in
medio interfecti gladio / Ibi Assur et omnis multitudo eius
in circuitu eius sepulchra eius omnes interfecti et qui
ceciderunt gladio quorum data sunt sepulchra in no-
vissimis laci Et facta est multitudo eius per gyrum sepulchri
eius universi interfecti cadentesque gladio qui dederant
quondam formidinem suam in terram viventium / Ibi
Helam et omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui
omnes hii interfecti ruentesque gladio qui descenderunt
incircumcisi in terram ultimam qui posuerunt terrorem suum
in terra viventium Et portaverunt ignominiam suam
cum his qui descendunt in lacum In medio interfectorum
posuerunt cubile eius in universis populis eius In circuitu
eius sepulchrum illius omnes hii incircumcisi interfectique
gladio Dederunt enim terrorem in terra viventium et
portaverunt ignominiam eius suam cum his qui descendunt
in lacum In medio interfectorum positi sunt Ibi Mosoch
et Thubal Et omnis multitudo eius in circuitu eius sepulchra
illius omnes hii incircumcisi interfecti sunt et cadentes
in gladio qui dederunt formidinem suam in terra vi-
ventium Et non dormient cum fortibus cadentibusque
et incircumcisis qui descenderunt ad infernum cum armis
suis Et posuerunt gladios suos sub capitibus suis
Et fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum / quia terror
fortium facti sunt in terra viventium Et tu ergo in medio
incircumcisorum contereris et dormies cum interfectis
gladio Et qui cum incircumcisis dormierunt Ibi Ydumea
et reges eius / omnes duces eius qui dati sunt cum
exercitu suo cum interfectis gladio Et qui cum incircumcisis
dormierunt / et cum his qui descenderunt in lacum
Ibi principes aquilonis omnes et universi venatores

Qui deducti sunt omnes cum interfectis paventes Et
in sua fortitudine confusi alias confusi formidine
Qui dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio et
portaverunt confusionem suam cum hiis qui descendere
in lacum Vidit eos omnes pharao Et consolatus
est super universam multitudinem suam que interfecta
est gladio Et portavit confusionem suam cum hiis qui
descendunt in lacum Pharao et omnis exercitus eius ait
dominus deus Quia dedit terrorem suum in terra
viventium Et dormivit in medio incircumcisorum
cum interfectis gladio et omnis multitudo eius Ait dominus deus
XXXIII Et factus est sermo domini ad me dicens xxxiii
Fili hominis loquere ad filios populi
tui et dices ad eos Terra cum induxero
super eam gladium Et tulerit populus terre virum
unum De novissimis suis et constituerit eum super se
speculatorem Et ille viderit gladium venientem super
terram et cecinerit buccina et annunciaverit populo
Audiens autem quisquis ille est sonitum buccine non
se observaverit veneritque gladius et tulerit eum
Sanguis ipsius super caput eius erit Sonum buccine
audivit et non se observavit et sanguis eius in ipso
erit Si autem se custodierit animam suam salvabit Quod
si speculator viderit gladium venientem et non inso-
nuerit buccina Et ipse se non custodierit venerit-
que gladius Et tulerit de eis animam Et ille quidem
in iniquitate sua captus est Sanguinem autem eius
de manu speculatoris requiram Non ipsius terre sed
ego Et tu fili hominis speculatorem dedi te do-
mui israel Audiens ergo ex ore meo sermonem annun-
ciabis eis ex me Si me dicente ad impium Im-
pie morte morieris Non fueris locutus ut se custo-
diat impius a via sua Ipse impius in iniquitate
sua morietur Sanguinem autem eius de manu tua

requiram. Si autem annunciante te ad impium ut a vijs
suis convertatur non fuerit conversus a malicia sua
ipse in iniquitate sua morietur. Porro tu animam tuam libe-
rasti. Tu ergo fili hominis dic ad domum israel. Sic lo-
cuti estis dicentes iniquitates nostre et peccata nostra super
nos sunt et in ipsis nos tabescimus. quomodo ergo vivere
poterimus. Dic ad eos. Vivo ego dicit dominus deus. Nolo
mortem impij sed ut convertatur impius a via sua
et vivat. Convertimini autem a vijs vestris pessimis
et quare moriemini domus Israel. Tu itaque fili ho-
minis dic ad filios populi tui. Justicia iusti non liberabit eum
in quacumque die peccaverit. Et impietas impij non
nocebit ei in quacumque die conversus fuerit ab impi-
etate sua. Et iustus non poterit vivere in quacumque
die peccaverit. Etiamsi dixero iusto quod vita
vivat et confisus in iusticia sua fecerit iniquitatem. Om-
nes iusticie eius oblivioni tradentur. Et in ini-
quitate sua quam operatus est in ipsa morietur. Si autem
dixero impio morte morieris. Et egerit penitenciam
a peccato suo, feceritque iudicium et iusticiam pignus
restituerit ille impius rapinamque reddiderit. In
mandatis vite ambulaverit. Nec fecerit quicquam
iniustum vita vivet et non morietur. Omnia peccata
eius que peccavit non imputabuntur ei. Justiciam et
iudicium fecit vita vivet. Et dixerunt filij populi tui.
Non est equi ponderis via domini. Et ipsorum via
iniusta est. Cum enim recesserit ~~impius ab iniquitate~~
iustus a iusticia sua, feceritque iniquitates morietur
in eis. Et cum recesserit impius ab iniquitate feceritque
iudicium et iusticiam vivet in eis. Et dicitis. Non est
recta via domini. Unumquemque iuxta vias suas iudicabo
de vobis domus israel. Et factum est in duodecimo anno

in decimo mense in quinta mensis transmigrationis nostre venit
ad me qui fugerat de hierusalem dicens vastata est civitas
Manus autem domini facta fuerat ad me vespere antequam
veniret qui fugerat Aperuitque os meum donec veniret
ad me de mane Et aperto ore meo Non silui amplius
Et factum est verbum domini ad me dicens Fili hominis qui habitant
in ruinosis his super humum israel loquentes aiunt
Unus erat Abraham et hereditate possedit terram Nos
autem multi et data est nobis terra in possessionem
Idcirco dices ad eos Hec dicit dominus deus Qui in sanguine
comeditis et oculos vestros levatis ad immundicias
vestras Et sanguinem funditis Numquid hereditate pos
sidebitis terram Stetistis in gladiis vestris fecistis
abhominationes vestras Et unusquisque uxorem proximi
sui polluit Et terram hereditate possidebitis Hec dices
ad eos Sic dicit dominus deus Vivo ego quia qui
in ruinosis habitant gladio cadent Et qui in agro
est bestiis tradetur ad devorandum Qui autem in presidiis
et in speluncis sunt peste morientur Et dabo terram in soli
tudinem et desertum Et deficiet superbia et fortitudo
eius Et desolabuntur montes israel eo quod nullus
sit qui per eos transeat Et scient quia ego dominus
Cum dedero terram desolatam et desertam propter univer
sas abhominationes suas quas operati sunt Et
tu fili hominis filii populi tui qui loquuntur de te iuxta
muros in ierusalem et in hostiis domorum Et dicunt
Unus ad alterum vir ad proximum suum loquentes Venite
et audiamus quis sit sermo egrediens a domino Et
veniunt ad te quasi si ingrediatur populus Et sedent coram
te populus meus Et audiunt sermones tuos et non
faciunt eos Quia in canticum oris sui vertunt illos
Et avariciam suam sequitur cor eorum / Et quasi carmen

musicum quod suavi dulci que sono canitur et audiunt 338
verba tua et non faciunt ea et cum venerit quod predictum est
ecce enim venit Tunc scient quia prophetes fuit inter eos
Et factum est verbum domini ad me dicens fili
hominis propheta de pastoribus israel propheta XXXIIII
et dices pastoribus Hec dicit dominus deus Ve
pastoribus israel qui pascebant semetipsos Nonne
pascuntur greges a pastoribus Lac comedebatis et la-
nis operiebamini et quod crassum erat occidebatis gregem
autem meum non pascebatis quod infirmum fuit non consoli-
dastis et quod egrotum non sanastis Quod fractum
est non alligastis et quod abiectum est non reduxistis Et
quod perierat non quesistis Sed cum austeritate imperabatis
eis et cum potencia Disperse sunt oves mee eo quod non
esset pastor et facte sunt in devoracionem omnium bestiarum
agri et disperse sunt Erraverunt greges mei in cunctis
montibus et in universo colle excelso et super omnem faciem
terre dispersi sunt greges mei et non erat qui requireret Prop-
terea pastores audite verbum domini Vivo ego dicit dominus de-
us pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam et greges
mei in devoracionem omnium bestiarum agri eo quod non esset
pastor Neque enim quesierunt pastores gregem meum
Sed pascebant pastores semetipsos et greges meos
non pascebant propterea pastores audite verbum domini
Hec dicit dominus deus Ecce ego ipse super pastores re-
quiram gregem meum de manu eorum et cessare eos
faciam ut ultra non pascant gregem meum Nec pa-
scant amplius pastores semetipsos Et liberabo gregem
meum de ore eorum et non erit ultra eis in escam Quia
hec dicit dominus deus Ecce ego ipse requiram oves meas
et visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum
In die quando fuit in medio ovium suarum dissipatarum
Sic visitabo oves meas et liberabo eas de omnibus
locis in quibus disperse fuerant in die nubis et cali-

gentibus Et educam eas de populis / et congregabo eas de
terris / et inducam eas in terram suam Et pascam
eas in montibus israel in rivis et in cunctis sedibus terre
In pascuis uberrimis pascam eas Et in mon-
tibus excelsis Israel erunt pascue eorum Ibi requie-
scent in herbis virentibus Et in pascuis pinguibus
pascentur super montes Israel Ego pascam oves
meas Et ego eas accubare faciam Dicit dominus deus
Quod perierat requiram Et quod abiectum erat reducam
Et quod confractum fuerat alligabo Et quod infirmum
fuerat consolidabo Et quod pingue et forte
custodiam / et pascam in iudicio et iusticia Et dicit dominus
deus Vos autem greges mei Hec dicit dominus deus Ecce ego
iudico inter pecus et pecus arietum et hyrcorum aliud
ad arietem et hyrcum Nonne satis vobis erat pascua
bona depasci Insuper et reliquias pascuarum vestrarum
conculcastis pedibus vestris Et cum purissimam aquam
biberetis reliquam pedibus vestris turbabatis Et oves
mee his que conculcata fuerant pedibus vestris pa-
scebantur / et que pedes vestri turbaverant hec bi-
bebant Propterea hec dicit dominus deus ad vos Ecce
ego ipse iudico inter pecus pingue et macilen-
tum pro eo quod lateribus et humeris impingebatis
vestris et cornibus vestris ventilabatis omnia infir-
ma pecora donec dispergerentur foras Salva-
bo gregem meum / et non erit ultra in rapinam Et
iudicabo inter pecus et pecus Et suscitabo super
eas pastorem unum qui pascat eas servum meum
David Ipse pascet eas Et ipse erit eis in pastorem
Ego autem dominus ero eis in deum Et servus meus david
princeps in medio eorum Ego dominus locutus sum Et
faciam cum eis pactum pacis Et cessare faciam besti-
as pessimas de terra Et qui habitant in deserto securi
dormient in saltibus Et ponam eos in circuitu collis

mei benedictionem et deducam ymbrem in tempore suo
et pluvie benedictionis erunt et dabit lignum agri
fructum suum et terra dabit germen suum et erunt in
terra sua absque timore et scient quia ego dominus cum
contrivero cathenas iugi eorum et eruero eos de manu
imperantium sibi et non erunt ultra in rapinam gentibus
neque bestie terre devorabunt eos sed habitabunt confidenter
absque ullo terrore et suscitabo eis germen nominatum
et non erunt ultra imminuti fame in terra neque
portabunt amplius opprobria gentium et scient quia ego
dominus deus eorum cum eis et ipsi populus meus domus
israel ait dominus deus Vos autem greges mei greges
pascue mee homines estis ego dominus deus vester dicit dominus deus

Et factus est sermo domini ad me dicens fili XXXV
hominis pone faciem tuam adversus montem seyr
et prophetabis de eo et dices illi Hec
dicit dominus deus Ecce ego ad te mons seyr et extendam
manum meam super te et dabo te desolatum atque desertum
urbes tuas demoliar et tu desertus eris et scies
quia ego dominus Eo quod fueris inimicus sempiternus et con-
clusisti filios israel in manus gladii in tempore affficti-
onis eorum in tempore iniquitatis extreme Propterea
vivo ego dicit dominus deus Quoniam sanguini
tradam te et sanguis persequetur te et dabo montem
seyr desolatum et desertum et auferam de eo euntem
et redeuntem et implebo montes eius corporibus
occisorum suorum et in collibus et in vallibus tuis atque
in torrentibus interfecti gladio cadent In solitudines
sempiternas tradam te et civitates tue non habitabuntur
et scietis quia ego dominus Eo quod dixeris due gentes
et due terre mee erunt et hereditate possidebo eas
cum dominus esset illis Propterea vivo ego dicit dominus deus
quia faciam iuxta iram tuam et secundum zelum tuum
quem fecisti odio habens eos et notus efficiar

per eos cum te iudicavero Et scies quia ego dominus deus
audivi universa opprobria tua que locutus es de montibus
israhel dicens Deserti nobis dati sunt ad devorandum
Et insurrexistis super me ore vestro Et derogastis
adversum me verba vestra Ego audivi hec dicit dominus
deus Letante universa terra in solitudinem te redigam
Sicuti gavisus es super hereditatem domus israel
eo quod fuerit dissipata Sic faciam tibi Dissipatus
eris mons Seyr et ydumea omnis Et scient quia ego dominus

XXXVI

Tu autem fili hominis propheta super montes
israhel Montes israhel audite verbum dei
hec dicit dominus deus Eo quod dixerit inimicus
de vobis Euge altitudines sempiterne date sunt
nobis in hereditatem propterea vaticinare et dic hec
dicit dominus deus pro eo quod desolati estis et conculcati
per circuitum et facti in hereditatem reliquis gentibus et ascen-
distis super labium lingue et opprobrium populi propterea
montes israhel audite verbum domini hec dicit dominus deus
montibus et collibus torrentibus vallibusque et desertis
parietinis et urbibus derelictis que depopulate
sunt et subsannate a reliquis gentibus per
circuitum propterea hec dicit dominus deus Nisi in igne
zeli mei locutus sum de reliquis gentibus et de
ydumea universa que dederunt terram meam sibi in
hereditatem cum gaudio et toto corde et ex animo
et eiecerunt eam ut vastarent quapropter vaticinare
super humum israhel et dices montibus et collibus
iugis et vallibus hec dicit dominus deus pro eo quod deso-
lati estis Ecce ego in zelo meo et in furore
meo locutus sum eo quod confusionem sustinueritis
Ideo hec dicit dominus deus Ego levavi manum meam
in gentes que in circuitu vestro sunt ut ipsi confu-
sionem suam portent Vos autem montes israhel ramos

vestros convertar et fructum vestrum afferatis populo meo
israel. Prope est enim ut veniat. Quia ecce ego ad vos
et convertar ad vos et arabimini et accipietis semen
in terram et multiplicabo in vobis homines omnemque domum
israel et habitabuntur civitates et ruinosa instaura
buntur et replebo hominibus et iumentis / et multipli
cabuntur et crescent / et habitare vos faciam sicut a prin
cipio / bonis quoque donabo maioribus quam habuistis ab ini
tio / et scietis quia ego dominus Et adducam super vos ho
mines populum meum israel et hereditate possidebunt te
et eris in hereditatem / et non addes ultra ut absque
eis sis. Hec dicit dominus deus. Pro eo quod dicunt de vobis
devoratrix hominum es et suffocans gentem tuam
Propterea homines non comedes amplius et gentem tuam non
necabis ultra ait dominus deus. Nec auditam faciam
in te amplius confusionem gentium et opprobrium populorum
nequaquam portabis / et gentem tuam non amittes
amplius / ait dominus deus. Et factum est verbum domini
ad me dicens. Fili hominis domus israel habitaverunt
in humo sua et polluerunt eam in viis suis / et
in studiis suis iuxta immunditiam suam menstruate
facta est via eorum coram me. Et effudi indignationem
meam super eos pro sanguine quem fuderunt super
terram et in ydolis suis polluerunt eam Et dispersi
eos in gentes et ventilati sunt in terras / iuxta
vias eorum et adinventiones iudicavi eos Et in
gressi sunt ad gentes ad quas introierunt et pollue
runt nomen sanctum meum Cum diceretur de eis Populus
domini iste est et de terra eius egressi sunt Et pe
perci nomini meo sancto quod polluerat domus israel
in gentibus ad quas ingressi sunt Idcirco dices do
mui israel Hec dicit dominus deus Non propter vos ego
faciam domus israel sed propter nomen sanctum meum
quod polluistis in gentibus ad quas intrastis Et
sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum

nit gentes quas polluistis in medio earum Ut sciant
gentes Quia ego dominus ait dominus exercituum Cum sanctifi
catus fuero coram eis tollam quippe vos de gentibus
et congregabo vos de vniuersis terris et adducam
vos in terram vestram Et effundam super vos aquam
mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis
vestris et ab vniuersis ydolis vestris mundabo vos Et da
bo vobis cor nouum Et spiritum nouum ponam in medio
vestri Et auferam cor lapideum de carne vestra Et
dabo vobis cor carneum et spiritum meum ponam
in medio vestri Et faciam ut in preceptis meis am
buletis et iudicia mea custodiatis et operemini
Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris Et eritis
mihi in populum Et ego vobis ero in deum Et saluabo
vos ex vniuersis inquinamentis vestris Et vocabo
frumentum et multiplicabo illud et non imponam
in vos famem Et multiplicabo fructum ligni et ge
nimina ald gramina agri vt non portetis vltra
opprobrium famis in gentibus et recordabimini viarum
vestrarum pessimarum studiorumque non bonorum Et dis
plicebunt vobis iniquitates vestre et scelera vestra
Non propter vos ego faciam ait dominus deus Notum sit
vobis et confundimini et erubescite super vye-
vris domus israel Hec dicit dominus deus In die qua
mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris Et ha
bitari fecero vrbes et instauraueo ruinosa Et
terra deserta fuerit exculta que quondam erat deso
lata in oculis omnis viatoris dicent Terra
illa inculta facta est ut ortus voluptatis Et ci
uitates deserte et destitute atque suffosse muni
te sederunt Et scient gentes quecumque fuerint in circuitu
vestro Quia ego dominus edificaui dissipata plan
taui inculta Ego dominus locutus sum et fecerim
Hec dicit dominus deus Adhuc in hoc inuenient me do
mus israel ut faciam eis Multiplicabo eos sicut

gregem hominum ut gregem sanctum ut gregem ierusalem in sole-
mnitatibus eius Sic erunt civitates deserte plene gre-
gibus hominum et scient quia ego dominus

XXXVII

Facta est super me manus domini et eduxit me
in spiritu domini et dimisit me in medio cam-
pi qui erat plenus ossibus et circumduxit me per
ea in gyro Erant autem multa valde super fa-
ciem campi siccaque vehementer Et dixit ad me fili
hominis putas ne vivant ossa ista Et dixi domine tu no-
sti Et dixit ad me Vaticinare de ossibus istis et di-
ces eis Ossa arida Audite verbum domini Hec dicit dominus
deus ossibus hiis Ecce ego intromittam in vos spiritum
et vivetis Et dabo super vos nervos et succrescere
faciam super vos carnes et superextendam in vobis cu-
tem et dabo vobis spiritum et vivetis Et scietis quia
ego dominus Et prophetavi sicut preceperat mihi factus est autem
sonitus prophetante me et ecce commotio Et acce-
sserunt ossa ad ossa unumquodque ad iuncturam suam Et
vidi et ecce super ea nervi et carnes ascenderunt
Et expansa est in eis cutis desuper et spiritum non
habebant Et dixit ad me Vaticinare ad spiritum vatici-
nare fili hominis et dices ad spiritum Hec dicit dominus deus
A quatuor ventis veni spiritus et insuffla super inter-
fectos istos et reviviscant Et prophetavi sicut pre-
ceperat mihi Et ingressus est in ea spiritus et vixerunt
steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis
valde Et dixit ad me Fili hominis ossa hec universa
domus israel est Ipsi dicunt Aruerunt ossa nostra et periit
spes nostra et abscisi sumus Propterea vaticinare et
dices ad eos Hec dicit dominus deus Ecce ego
aperiam tumulos vestros et educam vos de sepulcris
vestris populus meus et inducam vos in terram
israel Et scietis quia ego dominus Cum aperuero sepulcra
vestra et eduxero vos de tumulis vestris populus meus
Et dedero spiritum meum in vobis Et vixeritis Et requiescere

vos faciaz sup humu vram Et scietis qr ego dominus
locutus sum et feci hec ait dominus deus Et factus e sermo
dni ad me dicens Et tu fili hominis sume tibi lignu unu
et scribe sup illud Iude et filiorum Israel sociorum Et to
lle lignum altrum et scribe super illud Joseph lignum
Effraym Et cuncte domus Israel sociorum eius Et adiunge
illa unu ad alteru tibi in lignu unu et erunt in
unionez i manu tua Cu aut dixerit ad te filii ppli
tui loquentes Nonne indicas nobis quid i his tibi
velis Loqueris ad eos Hec dicit dominus deus Ecce ego
assumam lignum Joseph quod e in manu Effraym
et tribuum Israel que iuncte sunt ei Et dabo eas pariter
cu ligno Jude Et faciaz eas in lignu unu Et erunt
unu in manu eius Erunt aut ligna sup que scripseris
i manu tua in oculis eorum Et dices ad eos Hec dicit
dominus deus Ecce ego assumam filios Israel de medio
nationum ad quas abierunt Et congregabo eos un-
dique et adducam eos ad humu suam Et
faciaz eos in gentem unam in terra in montibus Israel
Et rex unus erit omnibus imperans et non erunt ultra
due gentes nec dividentur amplius in duo regna
Neqz polluentur ultra in ydolis suis et abhominati-
onibus et in cunctis iniquitatibus suis Et salvos eos
faciaz de universis sedibus suis in quibus peccaverunt
Et emundabo eos et erunt mihi ppls Et ego ero illis
deus et servus meus David rex sup eos et pastor
unus erit omnium eorum In iudiciis meis ambulabunt
et mandata mea custodient et facient ea et habitabunt
sup terram quam dedi servo meo Jacob in qua habita-
verunt patres vestri Et habitabunt super eam ipsi et fi-
lii eorum et filii filiorum eorum usqz in sempiternum
Et David servus meus princeps eorum imperpetuum
Et percutiam illis fedus pacis pactum sempiternum
erit eis Et fundabo eos et multiplicabo et dabo
sanctificationez meaz i medio eorum imperpetuu Et erit
tabernaculum meum in eis Et ero illis deus Et ipsi

crūt nuchi p̄plus d̄r facit gēte Quia ego dn̄s sc̄tificator
eorum ysr̄l Cum fuit sc̄tificatio mea ī medio eorum imp̄petuū
Et factus est sermo dn̄i ad me dicens fili hoīs XXXVIII
pone faciē tuā cont̄ Gog et t̄raz Magog
p̄ncipem capitis mosoch et thubal et p̄pha-
tiznabis de eo et dices ad eū Hec dicit dn̄s deus Ecce ego
ad te gog p̄ncipe capitis mosoch et thubal et circū-
agam te Et ponā frenū ī maxillis tuis et educā
te et oēm exercitum tuū Equos et equites vestitos
loricis vniuersos multitudinē magnā hastam et cli-
peum arripientiū et gladiū Perse ethyopes et
libies cū eis scutati et galeati Gomer et vniuersa
agmina eius domus Thogorma latera aquilonis et to-
tū robur eius p̄plique multi tecū Prepa et instrue te et
oēm multitudinē tuā que coaceruata est ad te et
esto eis in p̄ceptū Post multos dies visitaberis In
nouissimo anorū uenies ad t̄raz que reuersa ē a gla-
dio Congregata ē de p̄plis multis ad montes isrl̄
qui fuerūt deserti iugiter hec de p̄plis educta est
et hitauerūt in ea confidenter vniuersi Ascendens
aūt q̄si tempestas venies et q̄si nubes ut op̄ias
terram tu et omnia agmina tua et p̄pli multi tecū
hec dicit dn̄s deus In die illa ascendent s̄mones
sup̄ cor tuū Et cogitabis cogitatiōe pessimā et dices
Ascendam ad terram absq̄ muro veniam ad quie-
scentes hitantes q̄ sc̄aure omēs hij hitant sine
muro vectes et porte nō sūt eis ut spolia diripi-
as et inuadas predam ut inferas manū tuam
sup̄ eos qui deserti fuerāt et p̄ea restituti Et super
p̄plm̄ qui ē congregatus ex gētibus qui possidē cepit
et esse hitator vmbilicī terre Saba et Dedan
et negociatores Tharsis et oēs leones dicēt tibi
Nūquid ad sumēda spolia tu venis Ecce ad di-
ripiendā predam congregasti multitudinē tuā ut
tollas argentū et aurum Auferas supellectilē

uz subtum· et clipeas manibus ipsius Propterea
vaticinare fili hominis et dices ad Gog Hec dicit dominus
deus Numquid non in die illo cum habitauerit populus meus
israel confidenter scies et uenies de loco tuo a la-
teribus aquilonis tu et populi multi tecum ascensores
equorum vniuersi cetus magnus et exercitus uehemens
Et ascendens super populum meum quasi nubes ut operias
terram In nouissimis diebus eris et adducam te super
terram meam Vt sciant gentes me cum sanctificatus
fuero in te in oculis eorum o Gog Hec dicit dominus deus
Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis
in manu seruorum meorum prophetarum israel qui prophetauerunt
in diebus illorum temporum ut adducerem te super eos
Et erit in die illa in die aduentus Gog super terram
israel ait dominus deus ascendet indignacio mea in
furore mea et in zelo meo In igne ire mee locutus
sum Quia in die illa erit commocio magna super terram
israel Et commouebuntur a facie mea pisces ma-
ris et volucres celi et bestie agri et omne reptile
quod mouetur super terram cunctique homines qui sunt super
faciem terre et subuertentur montes et cadent sepes et
omnis murus corruet in terram Et conuocabo aduersum
eum in cunctis montibus meis gladium ait dominus deus
Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur Et iu-
dicabo eum peste et sanguine et imbre vehemen-
ti et lapidibus immensis ignem et sulphur pluam
super eum et super exercitum eius et super populos multos
qui sunt cum eo Et magnificabor et sanctificabor et
notus ero in oculis gencium multarum et scient quia ego dominus

XXXIX Tu autem fili hominis vaticinare aduersum 39
Gog et dices Hec dicit dominus deus Ecce
ego super te Gog principem capitis mo-
soch et thubal Et circumagam te et seducam te et
ascendere te faciam de lateribus aquilonis et addu-
cam te super montes et percuciam arcum tuum in ma-

sinistra tua et sagittas tuas de manu dextera tua
deiciam super montes israel cades tu et omnia agmina
tua et populi qui sunt tecum feris avibus omnique vo
latili et bestiis terre dedi te ad devorandum super
faciem agri cades quia ego locutus sum ait dominus deus
Et immittam ignem in magog et in hiis qui habitant
in insulis confidenter et scient quia ego dominus deus israel
Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei
israel et non polluam nomen sanctum meum amplius et scient
gentes quia ego dominus deus sanctus israel Ecce venit et
factum est ait dominus deus Hec est dies de qua lo
cutus sum Et egredientur habitatores de civitatibus
israel et succendent et comburent arma clipeum et ha
stam arcum et sagittas et baculos manus et contos
et succendent ea igne septem annis et non portabunt
ligna de regionibus neque succident de saltibus
quoniam arma succendent igne et depredabunt eos
quibus prede fuerant et diripient vastatores suos
Ait dominus deus Et erit in die illa dabo gog locum
nominatum sepulcrum in israel vallem viatorum ad ori
entem maris que obstupescere faciet pretereuntes
et sepelient ibi gog et omnem multitudinem eius Et
vocabitur vallis multitudinis gog et sepelient eos domus
israel ut mundent terram septem mensibus sepeliet
autem eos omnis populus terre Et erit eis nominata dies in qua
glorificatus sum ait dominus deus Et viros iugiter con
stituent lustrantes terram qui sepelient eos et re
quirant qui remanserant super faciem terre ut e
mundent eam post menses autem septem querere
incipient et circuibunt terram peragrantes cumque
viderint os hominis statuent iuxta illud titulum
donec sepeliant illud pollinctores in valle mul
titudinis gog Nomen autem civitatis Amona et
mundabunt terram Tu ergo fili hominis hec dicit dominus deus
Dic omni volucri et universis avibus cunctisque

bestiis agri convenite properate concurrite undique
ad victimam meam quam ego immolo vobis victimam
grandem super montes israel ut comedatis et san- carnes
guinem bibatis carnes fortium comedetis et san-
guinem principum terre bibetis arietum agnorum
et hircorum taurorum et altilium et pinguium omnium
comedetis et adipem in saturitate et bibetis san-
guinem in ebrietatem de victima quam ego immolabo vo-
bis et saturabimini super mensam meam de equo
et de equite forti et de universis viris bellatoribus
ait dominus deus et ponam gloriam meam in gentibus et vi-
debunt omnes gentes iudicium meum quod fecerim et
manum meam quam posuerim super eos et scient
domus israel quia ego dominus deus eorum a die illa
et deinceps et scient gentes quoniam in iniquitate sua
capta sit domus israel eo quod dereliquerint me et ab-
sconderim faciem meam ab eis et tradiderim eos
in manus hostium et ceciderunt in gladio universi iuxta
immunditiam eorum et scelus feci eis et abscondi
faciem meam ab eis propterea hec dicit dominus deus
Nunc reducam captivitatem iacob et miserebor omnis
domus israel et assumam zelum pro nomine sancto
meo et portabunt confusionem suam et omnem preva-
ricationem qua prevaricati sunt in me cum habitave-
rint in terra sua confidenter neminem formidantes
et reduxero eos de populis et congregavero de terris
inimicorum suorum et sanctificatus fuero in eis in oculis gen-
tium plurimarum et scient quia ego dominus deus eorum
eo quod transtulerim eos in nationes et congregave-
rim eos super terram suam et non dereliquerim
quemquam ex eis simul ibi et non abscondam
ultra faciem meam ab eis eo quod effuderim spiritum
meum super omnem domum israhel ait dominus deus
XL In vicesimo et quinto anno transmigrationis in
exordio anni decima mensis quarto decimo anno

Postquam percussa est civitas In ipsa hac die facta
est super me manus domini Et adduxit me illuc In visio-
nibus dei adduxit me in terram israel Et dimisit me
super montem excelsum nimis super quem erat quasi edifi-
cium civitatis vergentis ad austrum Et introduxit me
illuc Et ecce vir cuius erat species quasi species
eris Et funiculus lineus in manu eius et calamus
mensure in manu eius Stabat autem in porta Et locutus
est ad me idem vir Fili hominis vide oculis tuis et
auribus tuis audi et pone cor tuum in omnia que
ego ostendam tibi Quia ut ostendantur tibi adductus
es huc annuncia omnia que vides domui israel
Et ecce murus forinsecus in circuitu domus undi-
que Et in manu viri calamus mensure sex cubitorum
et palmo Et mensus est latitudinem edificii ca-
lamo uno altitudinem quoque calamo uno Et
venit ad portam que respiciebat viam orientalem
et ascendit per gradus eius Et mensus est limen
porte calamo uno latitudinem limen unum cala-
mo uno in latitudine et thalamum uno cala-
mo in longum et uno calamo in latum Et inter
thalamos quinque cubitos et limen porte iuxta
vestibulum porte intrinsecus calamo uno et mensus
est vestibulum porte octo cubitorum Et frontem eius
duobus cubitis Vestibulum autem porte erat intrin-
secus Porte thalami porte ad viam orientalem
tres hinc et tres inde mensura una trium Et
mensura una frontium ex utraque parte Et mensus est la-
titudinem liminis porte decem cubitorum Et longi-
tudinem porte decem cubitorum et marginem ante
thalamos cubiti unius Et cubitus unus finis utrimque
Thalami autem sex cubitorum erant hinc et inde Et
mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum
eius latitudinem viginti et quinque cubitorum hostium
contra hostium Et fecit frontes per sexaginta cubitos

et ad frontem atrium porte undique per circuitum et ante fa-
ciem porte que pertingebat usque ad faciem vestibuli
porte interioris quinquaginta cubitos et fenestras
obliquas in thalamis et in frontibus eorum que erant intra
portam undique per circuitum similiter autem erant in vesti-
bulis fenestre per gyrum intrinsecus et ante frontes
pictura palmarum celata et eduxit me ad atrium
exterius et ecce gazophilacia et pavimentum instra-
tum portarum secundum longitudinem portarum erat inferius
et mensus est latitudinem a facie porte inferioris
usque ad frontem atrii inferioris extrinsecus centum
cubitos ad orientem et ad aquilonem portam quoque
que respiciebat viam aquilonis atrii exterioris men-
sus est tam in longitudinem quam in latitudine
et thalamos eius tres et tres inde et frontem eius
et vestibulum eius secundum mensuram porte prioris l
cubitorum longitudinem et latitudinem xxv cubitorum
fenestre autem eius et vestibulum et sculpture secundum
mensuram porte que respiciebat ad orientem et se-
ptem graduum ascensus eius erat et vestibulum
ante eam et porta atrii interioris contra portam aquilo-
nis et orientalem et mensus est a porta exteriori usque
ad portam centum cubitos et eduxit me ad viam
australem et ecce porta que respiciebat ad austrum
et mensus est frontem eius et vestibulum eius iuxta
mensuras superiores et fenestras eius et vestibula
in circuitu sicut fenestras ceteras quinquaginta
cubitorum longitudine et latitudine xxv cubitorum
et in gradibus septem ascendebatur ad eam et ve-
stibulum ante fores eius et celate palme erant
una hinc et altera inde in fronte eius et porta
atrii interioris in via australi et mensus est a
porta usque ad portam in via australi centum cubi-
tos et introduxit me in atrium interius ad por-
portam australem et mensus est portam iuxta mensuras

exteriores et superiores thalami eius et frontem eius et
vestibulum eius iuxta mensuras et fenestras eius et vesti
bula eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis et la
titudinis xxv cubitos et vestibulum per gyrum longitudinem
xxv cubitorum et latitudinem quinque cubitorum et vesti
bulum eius ad atrium exterius et palme eius in fronte et
octo gradus erant quibus ascendebatur per eam et in
troduxit me in atrium interius per viam orientalem et
mensus est portam secundum mensuras superiores tha
lamum eius et frontem eius et vestibula eius
sicut supra et fenestras eius et vestibula eius in circui
tu longitudinem l cubitorum et latitudinem xxv
cubitorum et vestibulum eius in atrium exterius et
palme celate in fronte eius hinc inde et octo gradus
ascensus eius et introduxit me ad portam que respi
ciebat ad aquilonem et mensus est secundum mensuras
superiores thalamum eius et frontem eius et vesti
bulum eius et fenestras eius per circuitum longitudine
l cubitorum et latitudine xxv cubitorum et vesti
bulum eius respiciebat ad atrium exterius et celatura
palmarum in fronte eius hinc inde et in octo gradibus
ascensus eius et per singula gazophilacia hostium
in frontibus portarum ibi lavabunt holocaustum et in
vestibulo porte due mense hinc et due inde
ut immoletur super eas holocaustum et pro peccato et pro
delicto et ad latus exterius quod ascendit ad hostium
porte que pergit ad aquilonem due mense et ad
latus alterum ante vestibulum porte due mense
quattuor mense hinc et quattuor inde mense
per latera porte octo mense erant super quas im
molabant quattuor autem mense ad holocaustum
de lapidibus quadris extructe longitudine cubiti unius
et dimidii et latitudine cubiti unius et dimidii
et altitudine cubiti unius super quas ponant
vasa in quibus immoletur holocaustum et victima

Et labia earū palmi unius reflexa intrinsecus per circui
tū. Super mensas autē carnes oblaciōis. Et extra
portam interiorē gazophilacia cantorū in atrio inte
riori / quod erat in latere porte respiciētis ad aquilonē.
Et facies eorū contra uiam australem. vna ex latere
porte orientalis que respiciebat ad viā aquilonis. Et
dixit ad me. Hoc est gazophilaciū quod respicit
viam meridianā sacerdotū qui excubāt in custo
dys templi. Porro gazophilaciū quod respicit ad viā
aquilonis sacerdotum erit qui excubāt ad ministerium
altaris. Isti sunt filii Sadoch qui accedunt de filiis
Leui ad dominū ut ministrent ei. Et mensus est atriū
longitudine centū cubitorū et latitudinem centum
cubitorū per quadrū. Et altare ante faciē templi. Et
introduxit me in uestibulum templi et mensus est vestibulum quinque cubitis hinc et
quinque cubitis inde. Et latitudinem porte trium
cubitorū hinc et triū cubitorū inde. Longitudinē
autē uestibuli .xx. cubitorum et latitudinē xi cubitorum
et octo gradibus ascendebatur ad eam. Et colūne erant
in frontibus vna hinc et altera inde. xli
XLI Et introduxit me in templū et mensus est
frontes. Sex cubitos latitudinis hinc et
sex cubitos latitudinis inde latitudinem
thabernaculi et latitudo porte decē cubitorū erat.
Et latera porte quinque cubitis hinc et quinque cubitis
inde. Et mensus est longitudinē eius xl. cubitorū
et latitudinē .xx. cubitorum. Et introgressus intrinsecus
mensus est in fronte porte duos cubitos. Et portam
.x. cubitorum. Et latitudinem porte septē cubitorum. Et
mensus est longitudinē eius .xx. cubitorum. Et lati
tudinē eius .xx. cubitorū ante faciē templi. Et dixit ad me
Hoc est sanctūsanctorū. Et mensus est parietē domus
sex cubitorū et latitudinē lateris quattuor cubitorū
vndique per circuitū domus. Et latera autē latus ad
latus bis .xxx. tria. Et erant eminencia que ingre
dientur per parietem domus in lateribus per circuitum

ut continerent et non attingerent parietem templi et pla-
thea erat in rotundum ascendens sursum per cocleam
et in cenaculum templi deferebat per girum idcirco latius
erat templum in superioribus et sic de inferioribus ascendebant
ad superiora in medium Et vidi in domo altitudinem
per circuitum fundata latera ad mensuram calami sex
cubitorum spatio et latitudinem per parietem lateris ex-
trinsecus quinque cubitorum interior domus in lateribus
domus et inter gazophilacia latitudinem xx cubitorum
in circuitu domus undique et hostium lateris ad orationem
hostium unum ad viam aquilonis et hostium unum ad
viam australem et latitudinem loci ad orationem quinque
cubitorum in circuitu Et edificium quod erat separatum
versumque ad viam respiciens ad mare latitudinis
lxx cubitorum Paries autem edificii quinque cubitorum
in circuitu et longitudo eius nonaginta cubitorum
Et mensus est domus longitudinem centum cubitorum et
quod separatum erat edificium et parietes eius longitudinis
centum cubitorum Latitudo autem ante faciem domus eius quod
erat separatum contra orientem centum cubitorum Et mensus
est longitudinem edificii contra faciem eius quod erat separa-
tum ad dorsum et thecas ex utraque parte centum
cubitorum et templum interius et vestibula atrii limina
et fenestras et obliquas et thecas in circuitu per tres
partes contra uniuscuiusque limen stratumque ligno per
girum in circuitu Terra autem usque ad fenestras Et fe-
nestre clause super hostia et usque ad domum interiorem
et forinsecus per omnem parietem in circuitu intrinsecus
et forinsecus ad mensuram et fabrefacta cherubin et
palme et palma inter cherub et cherub duasque
facies habebat cherub faciem hominis iuxta palmam ex
hac parte et faciem leonis iuxta palmam ex alia par-
te expressam per omnem domum in circuitu de terra usque
ad superiorem partem cherubin et palme celate erant
in pariete templi Limen quadrangulum et facies

aspectus sanctuarii contra aspectum altaris lignei trium
cubitorum. Altitudo et longitudo eius et parietes eius
duorum cubitorum et anguli eius et latitudo eius et parietes
eius lignei. Et locutus est ad me: Hec est mensa coram
domino. Et duo hostia erant in templo et in sanctuario. Et
in duobus hostiis ex utraque parte bina erant hostiola que
in se plicabantur. Bina enim hostia erant ex utraque parte
hostiorum. Et celata erant in ipsis hostiis templi cherubin
et sculptura palmarum sicut in parietibus quoque expressa
sunt vel erant. Quamobrem erant et grossiora ligna
in vestibuli fronte forinsecus. Super que fenestre oblique et
similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis ve
stibuli secundum latera domus latitudinemque parietum.

XLII Et eduxit me in atrium exterius per viam ducentem
ad aquilonem. Et induxit me in gazophila
cium quod erat contra separatum edificium et contra
edem vergentem ad aquilonem in facie longitudinis centum
cubitos hostii aquilonis et latitudinis .l. cubitos e
.xx. cubitos atrii interioris. Et contra pavimentum stratum
lapide atrii exterioris ubi erat porticus iuncta porticui
triplici. Et ante gazophilacia deambulacio decem cubi
torum latitudinis ad interiora respiciens cubiti unius
viam. Et hostia eorum ad aquilonem ubi erant gazophilacia
in superioribus humiliora. Quia supportabant porticus
que ex illis eminebant de inferioribus et de mediis
edificii. Tristega enim erant et non habebant columnas
sicut erant columne atriorum. Propterea eminebant de infe
rioribus et de mediis a terra cubitis .l.ta. Et peribolus
exteriorum secundum gazophilacia que erant in via atrii
exterioris ante gazophilacia longitudo eius .l.ta. cu
bitorum. Quia longitudo erat gazophilaciorum atrii exteri
oris .l.ta. cubitorum. Et longitudo ante faciem templi centum
cubitorum. Et erant subter gazophilacia hec introitus
ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriori. Et in
latitudine periboli atrii quod erat contra viam orientalem

in faciem edificii separati et erant ante edificium gazophi-
lacia in via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazo-
philaciorum que erant in via aquilonis secundum longitudinem
eorum. Sic et latitudo eorum et omnis introitus eorum et simili-
tudines et hostia eorum secundum hostia gazophilaciorum
que erant in via respiciente ad notum hostium in capite
vie que via erat ante vestibulum separatum per viam orien-
talem ingredientibus. Et dixit ad me Gazophilacia
aquilonis et gazophilacia austri que sunt ante edificium
separatum hec sunt gazophilacia sancta in quibus
vescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dominum in sancta sanctorum
ibi ponent sancta sanctorum et oblationes pro peccato et delicto
locus enim sanctus est. Cum autem ingressi fuerint sacerdo-
tes non egredientur de sanctis in atrium exterius et ibi re-
ponent vestimenta sua in quibus ministrant quia sancta sunt
vestienturque aliis vestimentis et sic procedent ad
populum. Cumque complesset mensuras domus interioris
eduxit me per viam porte que respiciebat ad viam
orientalem et mensus est eam undique per circuitum.
Mensus est autem contra ventum orientalem calamo men-
sure quingentos calamos in calamo mensure per circui-
tum. Et mensus est contra ventum aquilonis quingentos
calamos in calamo mensure per gyrum. Et ad ventum
australem mensus est quingentos calamos in calamo
mensure per circuitum. Et ad ventum occidentalem mensus
est quingentos calamos in calamo mensure per circuitum.
Per quattuor ventos mensus est murum eius undique
per circuitum longitudinem quingentorum cubitorum et latitu-
dinem quingentorum cubitorum dividentem inter sanctuarium

XLIII

Et eduxit me ad portam et vulgi locum
que respiciebat ad viam orientalem. Et ecce
gloria dei Israel ingrediebatur per viam ori-
entalem et vox erat ei quasi vox aquarum multarum et terra
splendebat a maiestate eius. Et vidi visionem secundum
speciem quam videram quando venit ut disperderet civitatem

Et species secundum aspectum quem videram iuxta flumen
Chobar et cecidi super faciem meam Et maiestas domini
ingressa est templum per viam porte que respiciebat
ad orientem Et levavit me spiritus meus et introduxit
me in atrium interius Et ecce repleta est gloria domini
domus Et audivi loquentem ad me de domo Et
vir qui stabat iuxta me dixit ad me Fili hominis locus
solii mei et locus vestigiorum pedum meorum ubi ha-
bito in medio filiorum Israel in eternum et non polluent
ultra domus Israel nomen sanctum meum ipsi et reges
eorum in fornicationibus suis et in ruinis regum suo-
rum et in excelsis Qui fabricati sunt limen suum
iuxta limen meum et postes suos iuxta postes
meos Et murus erat inter me et eos Et polluerunt
nomen sanctum meum in abhominationibus quas fecerunt propter quod
consumpsi eos in ira mea Nunc ergo repellant procul
fornicationem suam et ruinas regum suorum a me Et
habitabo in medio eorum semper Et tu ergo fili hominis
ostende domui Israel templum Et confundantur ab
iniquitatibus suis et metiantur fabricam et eru-
bescant ex omnibus que fecerunt figuram domus et fabrice
eius (exitus et introitus et omnem descriptionem eius) Et universa precepta eius cunctosque ordines
eius Et omnes leges eius ostende eis et scribe
in oculis eorum ut custodiant omnes descriptiones eius
et precepta illius et faciant ea Ista est lex domus
in summitate montis Omnis finis eius in circuitu sanctum
sanctorum est Hec ergo lex est domus Iste autem mensure
altaris in cubito verissimo qui habebat cubitum et
palmum In sinu eius erat cubitus in latitudine
Et diffinitio eius ad labium et in circuitu palmus
unus Hec erat fossa altaris Et de sinu terre usque ad
crepidinem novissimam duo cubiti et latitudo cu-
biti unius Et a crepidine minore usque ad crepi-
dinem maiorem quatuor cubiti et latitudo unius

cubiti. Ipse autem Ariel quattuor cubitos. Et ab
Ariel usque adsursum cornua quattuor. Et Ariel xii
cubitorum in longitudine per xii cubitos latitudinis
quadrangulum equis lateribus et corona interiori
eius. Et crepido xiiii cubitorum longitudinis et la-
titudinis per xiiii cubitos latitudinis in quattuor
angulis eius / et corona in circuitu eius dimidii
cubiti. Et sinus eius cubiti unius per circuitum. Gradus
autem eius versi ad orientem. Et dixit ad me Fili
hominis hec dicit dominus deus. Hii sunt ritus altaris in
quacumque die fuerit fabricatum ut offeratur super illud
holocaustum / et effundatur sanguis. Et dabis sacer
dotibus et levitis qui sunt de semine Sadoch /
qui accedunt ad me ait dominus deus ut offerant mihi
vitulum de armento pro peccato / et assumens de san-
guine eius pones super iiii^or cornua eius
et super quattuor angulos crepidinis et super coro-
nam in circuitu. Et mundabis illud et expiabis. Et to-
lles vitulum qui oblatus fuit pro peccato. Et combures
eum in separato loco domus extra sanctuarium. Et in
die secunda offeres hircum caprarum immaculatum
pro peccato et expiabunt altare sicut expiaverunt in vi-
tulo. Cumque compleveris expiamen illud offeres
vitulum de armento immaculatum et arietem immacu-
latum de grege. Et offeres eos in conspectu domini
et mittent sacerdotes super eos sal et offerent eos
in holocaustum domino. Septem diebus facies hir-
cum pro peccato quotidie et vitulum de armento et
arietem de pecoribus immaculatos offerent. Se-
ptem diebus expiabunt altare et mundabunt illud et
implebunt manum eius. Expletis autem septem diebus
in die octava et ultra facient sacerdotes super altare
holocausta et que pro pace offerunt / Et

placatus ero vobis ait dominus deus xliiii

XLIIII· Et convertit me ad viam porte sanctuarii exterioris
que respiciebat ad orientem et erat clausa
Et dixit ad me porta hec clausa erit et non
aperietur et vir non transiet per eam quia dominus deus
israel ingressus est per eam Eritque clausa principi
Princeps ipse sedebit in ea et comedet panem
coram domino per viam vestibuli porte ingredietur et
per viam eius egredietur Et adduxit me per viam
aquilonis porte in conspectu domus et vidi et ecce
implevit gloria domini domum domini et cecidi in faciem
meam et dixit ad me dominus fili hominis pone cor
tuum et vide oculis tuis et auribus tuis audi omnia
que ego loquor ad te de universis cerimoniis domus
domini et de cunctis legibus eius et pones cor tuum
in viis templi per omnes exitus sanctuarii Et dices
ad exasperantem me domum israel hec dicit dominus deus
israel Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus
israel Eo quod inducitis filios alienos incircumcisos cor
de et incircumcisos carne ut sint in sanctuario meo et
polluant domum meam Et offertis panes meos a
dipem et sanguinem et dissolvitis pactum meum
in omnibus sceleribus vestris Et non servastis precepta sanctua
rii mei Et posuistis custodes observationum mearum
in sanctuario meo vobismetipsis hec dicit dominus deus
Omnis alienigena incircumcisus corde et incircumcisus
carne non ingredietur sanctuarium meum Omnis filius
alienus qui est in medio filiorum israel Sed et levite
qui longe recesserunt a me in errore filiorum israel
Et erraverunt a me post ydola sua et portaverunt
iniquitatem suam Erunt in sanctuario meo editui et
ianitores portarum domus ipsi mactabunt holocausta

et victimas populi Et ipsi stabunt in conspectu eorum ut mini-
strent eis pro eo quod ministrauerunt eis in conspectu ydolorum
suorum Et facti sunt domui israel in offendiculum iniquitatis
Ideo leuaui manum meam super eos dicit dominus deus Et por-
tauerunt iniquitatem suam Et non appropinquabunt ad me ut sacer-
docio fungantur mihi Neque accedent ad omne sanctuarium
meum iuxta sancta sanctorum Sed portabunt confusionem
suam et scelera sua que fecerunt Et dabo eos ianito-
res domus Et in omni ministerio eius et vniuersis
que fiunt in ea Sacerdotes autem leuite filii Sadoch
qui custodierunt cerimonias sanctuarii mei cum
errarent filii israel a me ipsi accedent ad me ut mi-
nistrent mihi Et stabunt in conspectu meo ut offerant
mihi adipem et sanguinem ait dominus deus Ipsi ingre-
dientur sanctuarium meum Et ipsi accedant ad mensam
meam ut ministrent mihi et custodiant cerimonias me-
as Cumque ingredientur portas atrii interioris vestibus
lineis induentur Nec ascendet super eos quicquam
laneum quando ministrant in portis atrii interioris et
intrinsecus Vitte linee erunt in capitibus eorum Et femi-
nalia linea erunt in lumbis eorum Et non accingentur
in sudore Cumque egredientur atrium exterius ad populum
exuent se vestimentis suis in quibus ministrauerant
et reponent ea in gazophilacio sanctuarii Et vesti-
ent se vestimentis aliis Et non sanctificabunt populum
in vestibus suis Caput autem non radent Neque co-
mam nutrient sed tondentes attondent capita sua
Et vinum non bibet omnis sacerdos quando ingressurus est atrium
interius Et viduam et repudiatam non accipient vxores
Sed virgines de semine domus Israel Sed et viduam
que fuerit vidua a sacerdote Et populum meum docebunt
quid sit inter sanctum et pollutum Et inter mundum et
inmundum ostendent eis Et cum fuerit controuersia stabunt
in iudiciis meis et iudicabunt Leges meas et precepta

mea i omnibȝ solemnitatibȝ meis custodiet Et sabba-
tha mea sctificabunt Et ad mortuū hoīem nō ingre-
dient ne polluant̄ nisi ad prem et mrem ad filiū et
filiā et frem et sororē que altm virū nō habuīt
i qbȝ contaminabuntur Et postqȝ emundatꝰ fuīt septē
dies nūabunt ei Et i die intrꝰ sui in sctuariū ad
atrium interiꝰ vt ministret michi i sctuario offeret pro pctō
suo ait dn̄s deꝰ Nō erit aūt eis hēditas ego hēditas
eorū Et possessionē nō dab eis in isrl' Ego em̄ possessio
eorꝫ Victimā et p pctō et p delicto ipsi comedent
et omne votum in isrl ipsorū erit Et pmitia omīū
pmogenitorꝫ et oīa libamenta erunt pmogenitorꝫ ex
oibȝ que offeruntur sacdotū erunt Et pmitias cibor-
vrorū dabitis sacdoti ut reponēt bndictionē domui
sue Omne morticinū et captum a bestia de avibȝ
atqȝ pecoribȝ non comedent sacerdotes

XLV. Cumqȝ ceperitis terram diuidere sortito sepa-
rate primitias dno sctificatū de tra longi-
tudine xxv. milia et latitudine x. milia
Sanctificatū erit in omni termino eius pcircuitu Et
erit ex omī parte sctificatū quingentos quadrifaria
pcircuitū et l. cubitos i suburbana eius pgiruum
Et a mensura ista mensurabis longitudinē xxv. mi-
liū et latitudinē x. miliū Et in ipo erit templū
Sanctūqȝ sctorꝫ Sctificatum de tra erit sacdotibus
ministris sctuarij qui accedunt ad ministeriū dni Et erit
eis locꝰ in domos et in sctuariū sanctitatis Vi-
ginti aūt milia longitudinis et decē milia latitudinis
erunt leuitis qui ministrāt domui Ipsi possidebunt
xx. gazophilacia Et possessionē dabitis ciuitatis quinqȝ
milia latitudinis et longitudinis xx. milia Secundū separa-
tionē sctuarij omni domui isrl' Principi qȝ hinc
et inde in separationē sctuarij et in possessionē ciuitatis
et contra faciē separationis sctuarij et contra faciē posse-
ssionis vrbis A latere maris usqȝ ad mare et

a latere orientis usque ad orientem. Longitudinem
autem iuxta unamquamque partium a termino occidentali usque
ad terminum orientalem. De terra erit possessio eius in Israel
et non depopulabuntur ultra principes populum meum, sed terram
domui Israel dabunt secundum tribus eorum. Hec dicit dominus
deus: Sufficiat vobis principes Israel; iniquitatem et rapinas
intermittite, et iudicium et iusticiam facite; separate con-
finia vestra a populo meo, ait dominus deus. Statera iusta
et ephy iustum et bachus iustus erit vobis. Ephy et
bachus equalia et unius mensure erunt, ut capiat
decimam partem chori bachus et decimam partem chori e-
phy; iuxta mensuram chori erit equa libratio eorum.
Siclus autem xx obulos habet. Porro xx sicli et
porro xxv sicli et xv sicli mnam faciunt. Et
hec sunt primitie quas tolletis: sextam partem ephi
de choro frumenti et sextam partem ephi de choro
ordei. Mensura quoque olei bachus olei decima pars
chori est, et decem bachi chorum faciunt, quia decem
bachi implent chorum. Et arietem unum de grege du-
centorum de hiis que nutriunt Israel in sacrificium
et in holocaustum et in pacifica ad expiandum pro eis,
ait dominus deus. Omnis populus terre tenebitur primiciis
hiis principi in Israel. Et super principem erunt holo-
causta et sacrificium et libamina in solempnitatibus
domus Israel et in kalendis et in sabbatis et in uni-
versis solempnitatibus domus Israel. Ipse faciet pro
peccato sacrificium et holocaustum et pacifica ad ex-
piandum pro domo Israel. Hec dicit dominus deus. In
primo mense una mensis sumes vitulum de ar-
mento immaculatum et expiabis sanctuarium. Et tollet
sacerdos de sanguine quod erit pro peccato et ponet in
postibus domus in quatuor angulis crepidinis al-
taris et in postibus porte atrii interioris. Et sic facies
in septima mensis pro uno quoque qui ignoravit et

errore deceptus est et expiabis pro domo In primo mense
quartadecima die mensis erit vobis solemnitas phase
septem diebus azima comedentur Et faciet
princeps in die illa pro se et pro universo populo terre vi
tulum pro peccato Et in septem dierum solemnitate faciet ho
locaustum domino septem vitulos et septem arietes imma
culatos cotidie vii diebus Et pro peccato hircum caprarum
quotidie et sacrificium ephi per vitulum et ephi per arietem
faciet et olei hin per singula ephi Septimo mense quinta
decima mensis die mensis in solemnitate faciet sicut supra
dicta sunt per septem dies tam pro peccato quam pro holocausto

XLVI

Hec dicit dominus deus Et in sacrificio et in oleo
porta atrii interioris que respicit ad orientem
erit clausa sex diebus in quibus opus fit
die autem sabbati aperietur Sed et in die kalendarum
aperietur Et intrabit princeps per viam vestibuli porte
deforis et stabit in limine porte et faciet sacerdotes
holocaustum eius et pacifica eius et adorabit super
limen porte et egredietur Porta autem non claudetur
usque ad vesperam Et adorabit populus terre ad hostium
porte illius in sabbatis et in kalendis coram domino
Holocaustum autem hoc offeret domino princeps in die sabba
ti sex agnos immaculatos et sacrificium ephi per
arietem In agnis autem sacrificium quod dederit manus eius
et olei hin per singula ephi In die autem kalendarum
vitulum de armento immaculatum et sex agni et ari
etes immaculati erunt et ephi per vitulum ephi quoque
per arietem faciet sacrificium De agnis autem sicut inve
nerit manus eius Et olei hin per singula ephi Cum
que ingressurus est rex per viam vestibuli porte in
grediatur et per eandem viam exeat Et cum intrabit
populus terre in conspectu domini in solemnitatibus qui
ingreditur portam aquilonis ut adoret egrediatur
per viam porte meridiane Porro qui ingreditur

per viam porte meridiane egredietur per viam porte aquilo-
nis non revertetur per viam porte per quam ingressus est sed e
eregione illius egredietur princeps autem in medio
et eorum cum ingredientibus ingredietur et egredientibus egredietur Et in nundinis et
in sollempnitatibus erit sacrificium ephy per vitulum et ephy
per arietem In agnis autem erit sacrificium sicut invenerit
manus eius Et olei hyn per singula ephy Cum autem
fecerit princeps spontaneum holocaustum aut pacifica
voluntaria domino Aperietur ei porta que respicit ad ori-
entem et faciet holocaustum suum et pacifica sua
sicut fieri solet in die sabbati Et egredietur et claudetur
porta postquam exierit Agnum eiusdem anni immacu-
latum faciet holocaustum cottidie domino semper mane
faciet illud Et faciet sacrificium super eo cathamane ma-
ne sextam partem ephy et de oleo terciam partem hyn
ut misceatur simile sacrificium domino legittimum iuge
atque perpetuum Faciet agnum et sacrificium et oleum catha-
mane mane holocaustum sempiternum Hec dicit dominus deus
Si dederit princeps donum alicui de filiis suis he-
reditas eius filiorum suorum erit possidebunt eam hereditarie
Si autem dederit legatum de hereditate sua uni servorum suorum
erit illius usque ad annum remissionis et revertetur ad
principem hereditas autem eius filiis eius erit Et non
accipiet princeps de hereditate populi per violentiam
et de possessione eorum Sed de possessione sua hereditatem
dabit filiis suis ut non dispergatur populus meus unusquis-
que a possessione sua Et introduxit me per ingressum
qui erat ex latere porte in gazophilacia sanctuarii
ad sacerdotes que respiciebant ad aquilonem et erat
Et erat ibi locus vergens ad occidentem Et dixit ad
me Iste est locus ubi et coquent sacerdotes Pro peccato
et pro delicto ubi coquent sacrificium ut non efferent

in exterius atrium. Et sanctificet plebem. Et eduxit me in
atrium exterius et circumduxit me per quatuor angulos atrii
Et ecce atriolum erat in angulo atrii atriola singula
per angulos. In quatuor angulis atrii disposita q-
uadraginta cubitorum per longum et triginta per latum
mensure unius quattuor erant et paries per circuitum
ambiens quatuor atriola et culine fabricate erant
subter porticus per girum. Et dixit ad me hec est domus
culinarum in qua coquent ministri domus domini victimas
Et convertit me ad portam domus / populi xlvij
XLVII et ecce aque egrediebantur subter limen
domus ad orientem facies enim domus re
spiciebat ad orientem aque autem descendebant in
latus templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit
me per viam porte aquilonis. Et convertit me ad
viam foras portam exteriorem per viam que respi
ciebat ad orientem. Et ecce aque redundantes a
latere dextro cum egrederetur vir ad orientem qui
habebat funiculum in manu sua. Et mensus est mille cubi
tos et traduxit me per aquas usque ad talos. Rursumque
mensus est mille et traduxit me per aquam usque ad
genua. Rursumque mensus est mille et perduxit me per aquam
aquam usque ad renes. Et mensus est mille torrentem
quem non potui transire quoniam intumuerant aque pro
funde torrentis qui non potest transvadari. Et dixit
ad me Certe vidisti fili hominis. Et duxit me et convertit
me ad ripam torrentis. Cumque me convertissem Ecce
in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraque parte
Et ait ad me Aque iste que egrediuntur ad tumulos
sabuli orientalis Et descendunt ad plana deserti in-
trabunt mare et exibunt et sanabuntur aque. Et omnis
anima vivens que serpit quocumque venerit torrens
vivet. Et erunt pisces multi satis. Postquam venerint
illuc aque iste et salvabuntur sanabuntur et vivent

omnia ad que venerit torrens vivet et stabunt super il-
los piscatores ab engaddi usque ad engallim sic-
catio sagenarum erit plurime species erunt piscium eius
sicut pisces maris magni multitudinis nimie in litoribus
autem eius et in palustribus non sanabuntur quia in salinas da-
buntur Et super torrentem orietur in ripis eius ex utraque
parte lignum omne pomiferum non defluet folium ex eo
et non deficiet fructus eius per singulos menses afferet
primitiva quia aque eius de sanctuario egredientur et erunt
fructus eius in cibum et folia eius ad medicamen

XLVII

Hec dicit dominus deus hic est terminus
in quo possidebitis terram in xii tribubus
israel quia joseph duplicem funiculum habet
Possidebitis eam singuli eque ut frater suus super quam le-
vavi manum meam ut darem patribus vestris et cadet hec
terra vobis in possessionem hic est autem terminus terre ad pla-
gam septentrionalem a mari magno via bethalon
venientibus sedada emath berotha sabarim que est
inter medium damasci et finium emath domus attlhi-
con que est iuxta terminos auran Et erit terminus a mari
usque ad atrium enon terminus emath plaga septem- terminus damasci ab aquilone usque ad aquilonem
trionalis porro plaga orientalis de medio auran
et de medio damasci et de medio galaad et de
medio terre israel jordanis determinans ad mare
orientis metiemini plagam etiam orientalem plaga
autem australis meridiana a thamar usque ad aquas
contradictionis cades et torrens usque ad mare ma-
gnum et plaga ad meridiem australis et plaga ma-
ris est mare magnum a confinio per directum donec
venias emath Et dividetis terram istam vobis per
tribus israel et mittetis eam in hereditatem vobis ad ve-
nis qui accesserint qui genuerint filios in medio
vestrum et erunt vobis sicut indigene inter filios israel
Vobis cum divident possessionem in medio tribuum
israel In tribu autem quacumque fuerit advena ibi da-
bitis possessionem illi ait dominus deus Et hec nomina

Tribuu A finibz aqlonis iux viam Ethlon p̄gēdibz
ēmath atrium Enon Termiū damasti ad aqlone iux
ēmath et erit ei plaga orientalis mare Dan vna Et
a t̄mino Dan a plaga orientali usqz ad plagā maris
Asser vna Et sup termiū Aser a plaga orientali usqz
ad plagā maris neptalim vna Et sup neptalim a
plaga orientali usqz ad plagā maris manasse vna
Et sup neptalim termiū manasse a plaga orientali
usqz ad plagam maris Effraym vna Et sup termiū
effraym a plaga orientali usqz ad plagam maris Ru-
ben vna Et sup terminū ruben a plaga orientali
usqz ad plagam maris Juda vna Et sup terminū
Juda a plaga orientali usqz ad plagam maris erūt
p̄mitie quas separabitis xxv milibus latitudinis
et longitudinis sicut singule partes a plaga orien-
tali usqz ad plagā maris Et erit sctuariū in medio
eius p̄mitie quas separastis dn̄o Longitudo xxv
milibz et latitudo x milibz Hee aūt erūt p̄mitie
sctuarij sacdotū ad aquilonem sctuarij longitudinis
xxv milia et ad mare latitudinis x milia Sed et
ad orientē latitudinis x milia et ad meridiem
longitudinis xxv milia Et erit sctuariū dom̄i in
medio eius sacdotibz sctuariū erit de filijs Sadoch
qui custodierint ceremonias meas et nō errave-
rint Cum errarent filij Jsrael sicut et leuite
erraverūt Et erūt eis p̄mitie de p̄mitijs terre scm̄
sctorū iux terminū leuitarū Sz et leuitis similiter
iux fines sacdotū xxv milia longitudinis et lati-
tudinis x milia Omis longitudo xx et v miliū
Et latitudo x miliū Et nō vendabūt ex eo neqz
transferent̄ p̄mitie terre qr sctificate sūt domino
Quinqz milia aūt que sup sūt in latitudine p xxv
milia p̄phana erūt urbis i habitaclm et in sb-
urbana Et erit civitas in medio eius Et hee
mēsure eius ad plagam septemtrionalē qinge-
ta et q̄tuor milia Et ad plagam meridianam

quingenta et quatuor milia et ad plagam occidentalem [orientalem]
quingenta quatuor milia et ad plagam occidentalem quin-
genta et quatuor milia. Erunt autem suburbana civitatis
ad aquilonem ducenta quinquaginta et ad meridiem ccl.
et ad orientalem ccl et ad mare ccl. Quod autem reliquum
fuerit in longitudine secundum primicias sanctuarii x milia
in orientem et x milia in occidentem erunt primicie sanctu-
arii et erunt in panes hiis qui serviunt civitati. Ser-
vientes autem civitati operabuntur ex omnibus tribubus Israel.
Omnes primicie xxv milium per xxv milia in quadrum
separabuntur in primicias sanctuarii et possessionem civitatis.
Quod autem reliquum fuerit principis erit ex omni parte
primiciarum sanctuarii et possessionis civitatis e regione xxv
milium primiciarum usque ad terminum orientalem sed et ad
mare e regione xxv milium usque ad terminum maris
similiter in partibus principis erit et erunt primicie
sanctuarii et sanctuarium templi in medio eius. De
possessione autem levitarum et de possessione civitatis
in medio partium principis erit inter terminum Iuda et in-
terminum Beniamin et ad principem pertinebit. Et re-
liquis tribubus a plaga orientali usque ad plagam
occidentalem Beniamin una. Et contra terminum Benia-
myn a plaga orientali usque ad plagam occidentalem
Symeon una. Et super terminum Symeonis a pla-
ga orientali usque ad plagam occidentis Ysachar
una. Et super terminum Ysachar a plaga orientali usque
ad plagam occidentalem Zabulon una. Et super terminum
Zabulon a plaga orientali usque ad plagam maris
Gad una. Et super terminum Gad ad plagam austri in
meridie et erit finis de Thamar usque ad aquas
contradictionis Cades et hereditas contra mare magnum. Hec
est terra quam mittetis in sortem tribubus Israel. Et hee par-
titiones earum ait dominus deus. Et hii egressus civitatis
a plaga septentrionali quingentos et quatuor milia mensurabis. Et

porte porte civitatis in omnibus tribubus israel porte
tres a septentrione porta Ruben una porta
iuda una porta levi una Et ad plagam orienta-
lem d et iiiior milia et tres porte porta ioseph
una porta Beniamyn una porta dan una Et
ad plagam meridianam d et iiii milia mensuris
porta Symeonis una porta ysachar una por-
ta zabulon una Et ad plagam occidentalem d et iiii
milia porte eorum tres porta gad una porta aser
una porta neptalim una per circuitum x et viii mi-
lia Et nomen civitatis ex illa die dominus ibidem Amen

Incipit prologus in libro
Danielis prophete et ceteta

Danielem prophetam iuxta lxx interpre-
tes domini salvatoris ecclesie non legunt
utentes theodotionis editione Et hoc
cur acciderit nescio Sive enim quia sermo
caldeicus est Et quedam quibusdam proprie-
tatibus a nostro eloquio discrepat Noluerunt lxx interpre-
tes eas lingue lineas in translatione servare Si-
ve sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis caldeam
linguam sciente editus est liber Sive aliquid aliud
cause extiterit ignorans hoc unum affirmare possum quod
multum a veritate et illa translatio theodotiana discordet
et recto iudicio repudiata sit Sciendum quippe Danielem
maxime et Esdram hebraicis quidem litteris sed caldaico
sermone conscriptos Et unam Jeremie pericopen Job quoque
cum Arabica lingua habere societatem Denique et ego
adolescentulus post Quintilianum et Tullii lectionem et flores
rethoricos cum me in lingue huius pistrinum reduxissem
alis recensuissem et multo sudore multoque tempore
vix cepissem anhelantia stridentiaque verba resona-
re Et quasi per criptam ambulans rarum desuper lumen a-
spicerem impegi novissime in Danielem Et tanto tedio
affectus sum Ut desperatione subita omnem laborem

vetere voluerim contemnere Verum adhortante me quodam
hebreo et id in sua lingua crebrius ingerente / Labor
improbus omnia vincit Qui mihi videbar sciolus inter hebreos
cepi discipulus esse caldeicus Et ut verum fatear usque ad pre-
sentem diem magis possum sermonem caldaicum legere et intelligere
quam sonare Hec ideo refero ut difficultatem vobis danielis
ostenderem qui apud hebreos nec susanne habet hystoriam Nec
ympnum trium puerorum nec belis draconis fabulas
Quas nos quia in toto orbe disperse sunt veru anteposito eas-
que iugulante subiecimus ne videremur apud imperitos
magnam partem voluminis detruncasse Audivi ego quen-
dam de preceptoribus iudeorum Cum susanne derideret hystoriam
et a greco nescio quo diceret esse confictam / Illud opponere
quod origeni quoque affricanus opposuit etymologias has
anoioy ne yxey apkay anatoy epissinoy pissikay
De greco sermone descendere Cuius rei nos intelligentiam sic
hac possumus dare Ut verbi gratia dicamus ab arbore ylice
dixisse cum ylice pereas et a lentisco in lentem te commi-
nuat angelus Vel non lente pereas Aut lentus id est flexi-
bilis ducaris ad mortem sive aliud quid ad arboris nomen
conveniens Deinde fuisse tantum ocii tribus pueris
ut in camino estuantis incendii metro luderent
et per ordinem elementa ad laudem dei omnia provocarent
Aut quod miraculum divineque inspirationis indicium vel draconem
interfectum offa picis vel sacerdotum belis machi-
nas deprehensas que magis quam prudencia sollertis viri
quam prophetali essent spiritu perpetrata Cum vero ad abakuc
veniret et de iudea ad caldeam raptum discoforum lectita-
ret / querebant exemplum ubi legissemus in toto veteri te-
stamento / quemquam sanctorum gravi volasse corpore et in puncto
unius hore tanta terrarum spacia transisse Cui cum quidam
ex nostris satis ad loquendum promptulus Ezechielem
adduxisset in medium / et diceret eum de iudea de caldea

fuisse translatum derisit hominem et ex ipso volumine demonstrans
ezechielem in spiritu se vidisse transpositum denique et apostolum
nostrum videt ut eruditum virum et qui legem ab hebreis
didicisset non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore
sed dixisse Sive in corpore. Sive extra corpus nescio deus
scit. His et talibus argumentis apocrifas in libro eius fa-
bulas arguebat Super qua re lectoris arbitrio iudicium dere-
linquens. Illud admoneo non haberi danielem apud hebreos inter
prophetas sed inter eos qui agiographa conscripserunt. In tres
siquidem partes omnis ab eis scriptura dividitur In legem
in prophetas in agiographa id est in v. et in viii. et in undecim libros
de quo non est huius temporis disserere. Que autem ex hoc propheta
immo contra hunc librum porphirius obiciat testes sunt
Methodius Eusebius et Apollinaris Qui multis ver-
suum milibus eius vesanie respondentes nescio an curio-
so lectori satisfecerint. Unde obsecro vos o paula
et eustochium fundatis pro me ad dominum preces ut
quamdiu in hoc corpusculo sum scribam aliquid gratum
vobis utile ecclesie. dignum posteris. Presentium quippe iudi-
cio non satis moveor qui in utramque partem aut amore
labuntur vel odio Incipit liber danielis prophete

I Anno tercio regni ioachim regis iuda
venit Nabuchodonosor Rex Babilonis in
iherusalem et obsedit eam et tradidit do-
minus in manu eius Joachim regem iuda et par-
tem vasorum domus dei et asportavit
ea in terram Sennaar in domum dei sui
et tulit vasa in domum thesauri dei sui
et ait rex Arphazat preposito Eunuchorum suorum ut intro-
duceret de filiis israel et de semine regio et tirannorum pu-
eros in quibus nulla esset macula decoros forma et eru-
ditos omni sapientia cautos scientia et doctos
disciplina et qui possent stare in pallacio regis ut do-
ceret eos litteras et linguam caldeorum Et constituit
eis rex annonam per singulos dies de cibis suis et

de vino unde bibebat ipse Et enutriti tribus annis
postea starent in conspectu regis Fuerunt ergo in eis
de filiis iuda Daniel Ananias · Misael · et Azari-
as Et imposuit eis prepositus eunuchorum nomina Dani-
eli Baltazar · Anane · Sidrach · Misaeli Misach et
Azarie abdenago Proposuit autem daniel in corde suo ne
pollueretur de mensa regis Neque de vino potus eius Et
rogavit eunuchorum prepositum ne contaminaretur Dedit
autem deus danieli graciam et misericordiam in conspectu principis eu-
nuchorum ad danielem Et ait princeps eunuchorum ad da-
nielem Timeo ergo dominum meum regem / qui constituit
vobis cibum et potum / qui si viderit vultus vestros macilen-
tiores pre ceteris adolescentibus coevis vestris condempnabitis
caput meum regi Et dixit daniel ad malazar quem
constituerat princeps eunuchorum super danielem · ananiam
misael et azariam Tenta nos obsecro servos tuos
diebus x. Et dentur nobis legumina ad vescendum et aqua
ad bibendum Et contemplare vultus nostros et vultus puerorum
eorum qui vescuntur cibo regio Et sicut videris facias
cum servis tuis Qui audito sermone huiuscemodi /
Temptavit eos diebus x · Post dies autem x apparuerunt
vultus eorum meliores et corpore corpulenciores pre omnibus
pueris qui vescebantur cibo regio Porro malazar
tollebat cibaria et vinum potus eorum dabatque eis
legumina · Pueris autem hiis dedit deus scienciam et disci-
plinam in omni libro et sapiencia Danieli autem intelligenciam
omnium visionum Et somniorum Completis itaque diebus
post quos dixerat ut introducerentur Introduxit eos
prepositus eunuchorum in conspectu Nabuch · Cumque
eis locutus fuisset rex Non sunt inventi tales de universis
sis ut Daniel · ananias · misael · azarias · Et stete-
runt in conspectu regis Et omne verbum sapiencie intellectus
quod sciscitatus est ab eis rex invenit in eis decuplum
super omnes ariolos et magos / qui erant in
universo regno eius

Daniel qui de mensa regis et vino regis noluit comed[ere]
ne pollueretur utique si sapie[nciam]
atque doctrinam babiloniorum sc[iret]
esse peccatum nunquam acquiescere[t di-]
scere quod non licebat Discit a[utem]
non ut sequatur sed ut iudicet
atque convincat Quomodo si quispi[am]
adversus mathematicos [...]
scribere imperitus matheseos risui [pa-]
teat adversus philosophos disputa[ns]
si ignoret dogmata philosophorum [...]
paulo superius dicto geminat[...]

Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis
In anno autem secundo Regni Nabuch vidit Nabu-
II chodonosor somnium et conterritus est spiritus eius Et
somnium effugit ab eo Precepit ergo rex ut con-
vocarentur arioli et magi et malefici et Caldei / ut in-
dicarent regi somnia sua Qui cum venissent / steterunt
coram rege Et dixit ad eos rex Vidi somnium Et mente
confusus ignoro / quid viderim Responderuntque Caldei regi
syriace Rex in sempiternum vive Dic somnium servis tuis
et interpretationem eius indicabimus Et respondit rex et dixit
Caldeis Sermo recessit a me Nisi indicaveritis mihi somnium
et coniecturam eius narraveritis peribitis vos / et domus
vestre publicabuntur Si autem somnium et coniecturam narra-
veritis premium et dona et honorem multum accipietis
a me Somnium igitur et interpretationem eius indicate mihi
Responderunt secundo et dixerunt ei Rex servis suis somnium
dicat et interpretationem eius indicabimus Respondit rex et ait
Certe scio quod tempus redimitis scientes quod a me recesserit
sermo Si somnium non indicaveritis mihi una est sententia
de vobis quod et interpretationem fallacem et deceptione plenam
composueritis ut loquamini mihi donec tempus pertranseat Somnium
itaque dicite mihi ut sciam / quod interpretationem eius veram
loquamini Respondentes ergo Caldei coram rege dixerunt
Non est homo rex super terram / qui sermonem tuum possit im-
plere Sed neque regum quisquam magnus et potens verbum
huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo / mago et Caldeo
Sermo enim quem tu queris rex gravis est nec reperietur
quisquam qui indicet illum in conspectu regis / excep-
tis diis / quorum non est conversatio cum hominibus Quo
audito rex in furore et in ira magna precepit ut
perirent omnes sapientes Babilonis Et egressa sententia
sapientes interficiebantur querebanturque Daniel et socii eius
ut perirent Tunc Daniel requisivit de lege atque
sententia ab Arioch principe milicie regis qui egressus

fuerat ad interficiendos ſapientes babilonis. Et interrogabat eum
qui a rege poteſtatem acceperat quam ob cauſam tam crudeliſ-
ſima a facie regis eſſet egreſſa. Cum ergo rem indicaſſet
Arioch danieli Daniel ingreſſus rogauit regem ut tempus
daret ei ad ſolucionem indicandam regi. Et ingreſſus eſt domum
ſuam Ananie et miſaeli et Azarie ſocijs ſuis indi-
cauit negocium / ut quererent miſericordiam a facie dei celi ſuper ſacra-
mento iſto et non perirent daniel et ſocij eius cum ceteris
ſapientibus babilonis. Tunc danieli miſterium per viſionem
nocte reuelatum eſt. Et benedixit deum celi et ait Sit
nomen domini benedictum a ſeculo et uſque in ſeculum / quia ſapiencia
et fortitudo eius ſunt. Et ipſe mutat tempora et etates
et regna transfert atque conſtituit dat ſapienciam ſapientibus
et ſcienciam intelligentibus diſciplinam. Ipſe reuelat pro-
funda et abſcondita et nouit in tenebris conſtituta
et lux cum eo eſt. Tibi ergo deus patrum noſtrorum confiteor
atque laudo / quia ſapienciam et fortitudinem dediſti michi et
nunc oſtendiſti michi que rogauimus te quia ſermonem regis a-
periſti nobis. Poſt hec daniel ingreſſus ad Arioch quem
conſtituerat rex ut perderet ſapientes babilonis ſic ei locutus
eſt Sapientes babilonis ne perdas Introduc me in
conſpectum regis et ſolucionem narrabo regi. Tunc Ari-
och feſtinus introduxit danielem ad regem et dixit
ei Inueni hominem de filijs tranſmigracionis Iude / qui
ſolucionem regi annunciet. Reſpondit rex et dixit danieli
cuius nomen Balthazar erat Putas ne potes michi
indicare ſompnium quod vidi et interpretacionem eius. Et reſpondens
daniel coram rege ait Miſterium quod rex interrogat
ſapientes et magi et arioli et aruſpices nequeunt
indicare regi. Sed eſt deus in celo reuelans miſteria
qui indicauit tibi rex Nabuchodonoſor que ventura ſunt
nouiſſimis temporibus. Sompnium tuum et viſiones capitis
tui in vmbilico tuo huiuſmodi ſunt. Tu rex cepiſti
in ſtrato tuo cogitare quid eſſet venturum. Poſt hec

Et qui revelat misteria ostendit tibi que ventura sunt. michi
quoque non in sapientia que est in me plus quam in cunctis viventibus et
cunctis mentibus aliis viventibus sacramentum hoc revelatum
est sed ut interpretatio regi manifesta fieret et cogitationes
mentis tue scires. Tu rex videbas et ecce quasi statua una
grandis statua illa magna et statura sublimis stabat
contra te / et intuitus eius terribilis erat. Huius statue caput ex
auro erat optimo. Pectus autem et brachia de argento
porro venter. femora ex ere. Tibie autem ferree pedum
autem quedam. pars ferrea erat quedam fictilis. Videbas
itaque donec abscisus est de monte lapis sine manibus
et percussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus
et comminuit eos. Tunc contrita pariter sunt ferrum. testa et
argentum et aurum et redacta quasi in favillam estive
aree que rapta sunt vento. Nullus que locus inventus est
in eis. lapis autem qui percusserat statuam factus est mons
magnus et implevit universam terram. Hoc est sompnium
Interpretationem quoque eius dicemus coram te o rex. Tu
rex regum es. Et deus celi regnum et fortitudinem et
imperium et gloriam dedit tibi. et omnia in quibus habitant
filii hominum et bestie agri et volucres celi dedit in manu
tua et sub dicione tua universa constituit. Tu ergo
es caput aureum. Et post te consurget regnum aliud
minus te. Et regnum tercium aliud ereum quod imperabit
universe terre. Et regnum quartum erit velut ferrum.
Quomodo ferrum comminuit et domat omnia. sic com-
minuet et conteret omnia hec. Porro quia vidisti pedum
et digitorum partem teste figuli et partem
ferream regnum divisum erit quod tamen de plantario
ferri orietur. secundum quod vidisti ferrum mixtum teste ex
luto et digitos pedum ex parte ferreos et ex parte fictiles
ex parte erit regnum solidum. ex parte contritum. Quod autem
vidisti ferrum mixtum teste ex luto commiscebuntur quidem
humano semine. sed non adherebunt sibi sicuti ferrum
misceri non potest teste. In diebus autem regnorum illorum suscitabit

us celi regnum quod in eternum non dissipabitur et regnum
eius alteri non tradetur comminuet et consumet omnia regna
hec et ipsum stabit in eternum Secundum quod vidisti quod de mon
te abscisus est lapis sine manibus et comminuit testam
et ferrum et es et argentum et aurum deus magnus ostendit
regi que ventura sunt postea Et verum est sompnium et fide
lis interpretatio eius Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem
suam et adoravit danielem et hostias et incensum precepit
ut sacrificarent ei Loquens ergo rex ait danieli Vere deus
vester deus deorum est et dominus regum revelans myste
ria quoniam potuisti aperire sacramentum hoc Tunc danielem
rex in sublime extulit et munera multa et magna dedit
ei et constituit eum super omnes provincias babilonis
principem et prefectum et magistratum super cunctos sapientes
babilonis Daniel autem postulavit a rege et consti
tuit super opera provincie Babilonis Sydrach misa
ch et abdenago Ipse autem daniel erat in foribus regis

III

Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine
cubitorum sexaginta latitudine cubitorum
sex et statuit eam in campo duran pro
vincie babilonis Itaque Nabuchodonosor misit ad congregan
dos satrapas magistratus et iudices et tyrannos et pre
fectos omnesque principes regionum ut convenirent ad
dedicationem statue quam erexerat nabuchodonosor rex Tunc congre
gati sunt satrape magistratus et iudices et duces et
tyranni et optimates qui erant in potestatibus constituti
et universi principes regionum ut convenirent ad dedica
tionem statue quam erexerat Nabuchodonosor rex Stabant
autem in conspectu statue quam posuerat nabuchodonosor et precon
clamabat valenter Vobis dicitur populis et tribubus
et linguis in hora qua audieritis sonitum tube et fi
stule et cithare et sambuce et psalterii et simphonie
et universi generis musicorum cadentes adorate statuam
auream quam constituit nabuchodonosor rex Si quis autem

non prostratus adoraverit eadem hora mittetur in fornacem ignis
ardentis. Post hec igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum
tube et fistule et cythare sambuce et psalterii sympho-
nie et omnis generis musicorum cadentes omnes populi et
tribus lingue adoraverunt statuam auream quam constituerat
Nabuch rex. Statimque et ipso tempore accedentes viri cal-
dei accusaverunt iudeos dixeruntque Nabuch regi. Rex in eter-
num vive. Tu rex posuisti decretum ut omnis homo qui audierit
sonitum tube fistule et cythare sambuce et psalterii et sim-
phonie et universi generis musicorum prosternat se et adoret sta-
tuam auream. Si quis autem non procidens adoraverit mittatur
in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri iudei quos constituisti
super opera regionis Babilonie Sydrach et Misach et Abde-
nago. Viri isti contempserunt regis decretum deos tuos non
colunt. Et statuam auream quam erexisti non adorant. Tunc
Nabuch in furore et ira precepit ut adducerent Sydrach
Misach et Abdenago qui confestim adducti sunt in conspectu
regis. Pronuncians quoque Nabuch rex ait eis. Vere Sydrach
Misach et Abdenago deos meos non colitis. Et sta-
tuam auream quam constitui non adoratis. Nunc ergo si estis
parati quacumque hora audieritis sonitum tube fistule cythare
sambuce psalterii et symphonie omnisque generis musicorum
prosternite vos et adorate statuam quam feci. Quod si non ado-
raveritis eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis.
Et quis est deus qui vos eripiat de manu mea. Respondentes
Sydrach Misach et Abdenago dixerunt regi Nabuch.
Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim deus
noster quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis
et de manibus tuis liberare rex. Quod si noluerit notum sit tibi
rex quia deos tuos non colimus et statuam auream quam erexi-
sti non adoramus. Tunc rex Nabuch repletus est furore et a-
spectus faciei illius immutatus est super Sydrach Misach
et Abdenago et precepit ut succenderetur fornax septup-
lum quam succendi consueverat et viris fortissimis de exercitu

suo iussit ut ligatis manibus et pedibus Sydrach misak
et abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis Et confe-
stim uiri illi uincti cum brachis et tiaris et calciamentis
et uestibus missi sunt in fornacem ignis ardentis Nam iussio
regis urgebat. Fornax autem succensa erat nimis Porro
uiros illos qui miserant Sy· mi· et abd interfecit flam-
ma ignis Viri autem hii tres Sydrach misach et abdenago
ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati Que se-
quuntur in hebreis voluminibus non reperi Et ambulabant in medio
flamme laudantes deum et benedicentes domino Stans autem
azarias orauit sic aperiensque os suum in medio ignis ait
Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis et
gloriosum nomen tuum in secula Quia iustus es in omnibus que
fecisti nobis et vniuersa opera tua vera et vie tue recte
et omnia iudicia tua vera Iudicia vera fecisti iuxta omnia que indu-
xisti super nos et super ciuitatem sanctam patrum nostrorum hierusalem
Quia in veritate et in iudicio induxisti omnia hec propter peccata
nostra Peccauimus enim et inique egimus recedentes a te
Et deliquimus in omnibus et precepta tua non audiuimus Nec
fecimus sicut preceperas nobis ut bene nobis esset Omnia ergo que
induxisti super nos et vniuersa que fecisti nobis in vero iudicio
tuo fecisti Et tradidisti nos in manibus inimicorum iniquorum
et pessimorum preuaricatorum Et regi iniusto et pessimo ultra
omnem terram Et nunc non possumus aperire os Confusio et
obprobrium facti sumus seruis tuis et hiis qui colunt te Ne
quesumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum a nobis
et ne dissipes testamentum tuum Neque auferas misericordiam tuam
a nobis propter abraam dilectum tuum et ysaac seruum tuum
et israel sanctum tuum quibus locutus es pollicens quod multi-
plicares semen eorum sicut stellas celi et sicut arenam
que est in littore maris Quia domine imminuti sumus
plus quam omnes gentes sumusque humiles in vniuersa terra hodie
propter peccata nostra et non est in tempore hoc princeps et propheta
et dux neque holocaustum neque sacrificium neque oblacio

Neque tempore hoc princeps neque locus primitiarum coram te ut possimus
invenire misericordiam tuam Sed in animo contrito et spiritu humilitatis
suscipiamur sicut in holocausto arietum et taurorum Et sicut
in milibus agnorum pinguium Sic fiat sacrificium nostrum hodie
in conspectu tuo ut placeat tibi quoniam non est confusio
confidentibus in te domine Et nunc sequimur te in toto corde
et timemus te Et querimus faciem tuam ne confundas nos
sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam Et secundum multitudinem
misericordie tue et erue nos in mirabilibus tuis Et da gloriam nomini
tuo domine Et confundantur omnes qui ostendunt servis tuis ma-
la Confundantur in omni potentia tua et robur eorum conte-
ratur Et sciant quia tu es dominus deus solus et gloriosus super
orbem terrarum Et non cessabant qui miserant eos ministri
regis succendere fornacem napta et stupa et pice et
malleolis Et effundebatur flamma super fornacem cubitis
xlix Et erupit et incendit quos repperit iuxta fornacem
de Caldeis Angelus autem descendit cum Azaria et sociis
eius in fornacem Et excussit flammam ignis de medio for-
nacis Et fecit medium fornacis quasi ventum roris fla-
tem Et non tetigit eos omnino ignis neque contristavit
neque quicquam molestie intulit Tunc hii tres quasi ex uno
ore laudabant et benedicebant deo in fornace dicentes

Psalmus Benedictus es domine deus patrum nostrorum Et laudabilis
et gloriosus et super exaltatus in secula in secula Et bene-
dictum nomen glorie tue sanctum Et laudabile et super exalta-
tum in seculis omnibus Benedictus es in templo sancto glorie tue Et
super laudabilis et gloriosus in secula Benedictus es in throno
regni tui Et super laudabilis et super exaltatus in secula
Benedictus es qui intueris abyssos et sedes super
cherubin Et laudabilis et super exaltatus in secula Benedictus
es in firmamento celi Et laudabilis et gloriosus in secula Be-
nedicite omnia opera domini domino laudate et super exaltate
eum in secula Benedicite angeli domini domino laudate et super ex-
altate eum in secula Benedicite celi domino laudate et super ex-
altate eum in secula Benedicite aque omnes que super celos sunt domino
laudate et super exaltate eum in secula Benedicite omnes virtutes

domini dño laudate et s. e. in se. Benedicite sol et luna
dño laute &c Bndicite stelle celi dño laute &c Benedicite
omnis ymber et ros dño laudate &c Bndicite omnes
spūs dei dño laute &c Bndicite ignis et estus domino
laudate &c Bndicite frigus et estas dño laute et sup ex
altate eū in s. Bndicite rores et pruina dño laute & sup
exaltate eū i s. Bndicite glacies et nives dño laute &c
Bndicite noctes et dies dño laute &c Bndicite lux & tene
bre dño laud' &c Bndicite fulgura dño laud' &c Bndicat
tera dominum laudet et sup exaltet eū in se. Bndicite mo
tes et colles dño laud' Bndicite universa germantia
in tra dño laud' &c Bndicite fontes dñi dño laud' &c Be
nedicite maria et flumina dño la. Benedicite cete et omnia
que moventur in aqs dño laud' &c Bndicite omnes volu
cres celi dño laud' &c Benedicite omnes bestie et pecora
dño laud' &c Bndicite filii hominum dño laud' Benedicat
Israel dño laud' &c Benedicite sacerdotes dñi dño laud' &c
Benedicite servi dñi dño laud' &c Benedicite spūs et
anime iustorum dño laud' &c Benedicite sancti et humiles corde
dño laud' et sup exalte eū in secula Benedicite Anania
Azaria Misael dño laute et sup exaltate eū in secula
Qui eruit nos de inferno et salvos fecit de manu
mortis Et liberavit de medio ardentis flamme et de me-
dio ignis eruit nos Confitemini domino qm bonus qm
in seculum mia eius Hucusque in hebreo non habetur et que
posuimus de Theodotionis editione translata sunt Tunc
Nabuchodonosor obstupuit Et surrexit rex propere et ait opti
matibus suis Nonne tres viros misimus in medio ignis
compeditos qui respondentes regi dixerunt Vere rex Respondit
et ait Ecce ego video viros quattuor solutos et ambu
lantes i medio ignis Et nichil corruptionis i eis est Et
species quarti similis filio dei Tunc accessit Nabucho
ad hostiū fornacis Et ait Sydrach et Misach et Abde-
nago servi dei excelsi vivi egredimini et venite Sta-
timque egressi sunt Sydrach Misach et Abdenago.

de medio ignis Et satrape congregati et magistratus et iudices
et potentes regis contemplabantur viros illos quoniam nichil
potestatis habuisset ignis in corporibus eorum Et capillus capitis
eorum non esset adustus Et sarabala eorum non fuissent i-
mmutata et odor ignis non transisset per eos Et erumpens
Nabuchodonosor ait Benedictus deus eorum Sydrach misach
et abdenago qui misit angelum suum et eruit servos su-
os qui crediderunt in eum Et verbum regis immutaverunt
et tradiderunt corpora sua ne servirent et ne adorarent omnem
deum excepto deo solo. A me ergo positum est hoc decretum
ut omnis populus et lingue et tribus quecumque locuta fuerit
blasphemiam contra deum Sydrach misach et abdenago
dispereat et domus eius vastetur Neque enim est deus alius
qui possit ita salvare Tunc rex promovit Sy. mi. et
abd. in provincia babilonis Nabuchodonosor rex omnibus populis
et linguis qui habitant in universa terra pax multiplicetur
Signa et mirabilia fecit apud me deus excelsus placuit
ergo mihi predicare signa eius / quia magna sunt et mi-
rabilia signa eius / quia fortia Et regnum eius regnum
sempiternum Et potestas eius in generationem et generationem
Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea Et
IIII florens in palatio meo Somnium vidi quod
perterruit me et cogitationes mee in stratu
meo visiones capitis mei conturbaverunt me Et per me
propositum est decretum ut introducerentur in conspectu meo
cuncti sapientes Babilonis ut solutionem somnii indicarent
mihi Tunc ingrediebantur arioli magi caldei et aruspices
et somnium narravi in conspectu eorum et solutionem eius non
indicaverunt mihi Donec collega ingressus est in conspectu meo
Daniel cui nomen Balthasar secundum nomen dei nostri
qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso Et somnium
coram ipso locutus sum Balthasar princeps ariolorum
quem ego scio quod spiritum deorum sanctorum habeas in te Et omne
sacramentum non est impossibile tibi visiones somniorum
meorum quas vidi et solutionem eorum narra mihi visio
capitis mei in cubili meo videbam et ecce arbor

in medio terre et altitudo eius nimia et magna arbor
et fortis / et proceritas eius contingens celum aspectus eius
erat usque ad terminos universe terre. Folia eius pulcerrima
et fructus eius nimius et esca universorum in ea subter eam
habitabant animalia et bestie et in ramis eius volucres celi
conversabantur et ex ea vescebatur omnis caro. Videbam
in visione capitis mei super stratum meum et ecce vigil et
sanctus de celo descendit et sic ait Succidite arborem et
precidite ramos eius et dispergite fructus eius. Fugiant
bestie que subter eam sunt et volucres de ramis eius
Verumtamen germen radicum eius in terra sinite et alli
getur vinculo ferreo et ereo / in herbis que foris sunt
et rore celi tingatur et cum feris pars eius in herba
terre. Cor eius ab humano commutetur et cor fere detur ei
et septem tempora mutentur super eum. In sententia
vigilum decretum est et sermo sanctorum et peticio eorum obti
nuit donec cognoscant viventes quoniam dominatur
excelsus in regno hominum et cuicumque voluerit dabit illud
et humillimum hominem constituet super eum. Hoc sompnium
vidi ego Nabuchodonosor rex. Tu ergo Balthasar interpreta
tionem narra festinus quia omnes sapientes regni mei
nequeunt solutionem edicere michi. Tu autem potes / quia spiritus deorum
est in te. Tunc Daniel cuius nomen Balthasar cepit
intra semet ipsum tacitus cogitare quasi hora una. Et
cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait
Balthasar sompnium et interpretatio eius non conturbent
te. Respondit Balthasar et dixit Domine mi sompnium hiis
qui te oderunt et interpretatio eius hostibus tuis sit. Ar
borem quam vidisti sublimem atque robustam / cuius altitudo
pertingit ad celum et aspectus illius in omnem terram. Et
rami eius pulcerrimi et fructus eius nimius et esca
omnium in ea. Subter eam habitantes bestie agri / et in ramis
eius commorantes aves celi. Tu es rex / qui magnifi
catus es et invaluisti et magnitudo tua crevit et per
venit usque ad celum et potestas tua in terminos uni
verse terre. Quod autem vidit rex vigilem et sanctum

descendere de celo et dicere succidite arborem et dissipate
illam attamen germen radicum eius in terra dimittite et vinciatur
ferro et ere in herbis foris et rore celi conspergatur et cum
feris sit pabulum eius donec septem tempora commutentur super
eum. Hec interpretatio sententie altissimi que pervenit super
dominum meum regem. Eicient te ab hominibus et cum feris be
stiisque erit habitatio tua et fenum ut bos comedes / sed
et rore celi infunderis. Septem quoque tempora mutabuntur
super te donec scias quod dominetur excelsus super regnum hominum
et cuicumque voluerit det illud. Quod autem precepit ut relinqueretur germen
radicum eius id est arboris / regnum tibi mane
bit postquam cognoveris potestatem esse celestem. Quam ob rem rex
consilium meum tibi placeat et peccata tua elemosinis rede
me et iniquitates tuas misericordiis pauperum forsitan
ignoscet delictis tuis. Omnia hec venerunt super Nabu
chodonosor regem post finem mensium xii. In aula Babilonis
deambulabat. Responditque et ait Nonne hec Babilon ci
vitas magna quam ego edificavi in domum regni in robore
fortitudinis mee / et in gloria decoris mei. Cum adhuc esset
sermo in ore regis vox de celo ruit Tibi dicitur Nabucho
donosor. Regnum tuum transiit a te et ab hominibus eicient te / et cum
bestiis et feris habitatio tua fenum quasi bos comedes
et septem tempora mutabuntur super te / donec scias / quod do
minetur excelsus in regno hominum et cuicumque voluerit illud
det. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor / et ab ho
minibus abiectus est et fenum ut bos comedit / et rore
celi corpus eius infectum est / donec capilli eius in si
militudinem aquilarum crescerent / et ungues
eius quasi ungues avium. Igitur post finem dierum ego Na
buchodonosor oculos ad celum levavi / et sensus meus redditus
est mihi et altissimo benedixi et viventem in sempiternum
laudavi et glorificavi / quia potestas eius potestas sempiterna
et regnum eius in generationem et generationem et omnes habita
tores terre apud eum in nihilum reputati sunt
iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtuti
bus celi quam in habitatoribus terre et non est qui re-

[illegible] et tu [illegible] Nabuchodonosor bona opera fecit venia [illegible]

secundum sensum litteralem de que d. [illegible]
quam ob rem rex sibi predixit
sententiam que mutari non potest
quia hortatur ad elemosinas
pauperes et miseros ut deo
[illegible] mutaret sententiam
[illegible] sicut exemplo
regis Ezechie cui ysaias dixit
esse moriturum et [illegible]
[illegible] fuerit [illegible]
[illegible] sit et Ninive subvertenda
est [illegible] ad preces Ezechie et
Ninive [illegible] mutata
[illegible] agentes se asse
[illegible] indulgentiam [illegible]
[illegible] loquitur deus
[illegible] mala minatur super gentes
[illegible] bona facit minas in ele
[illegible] mutatur et [illegible]
[illegible] se asserit [illegible]
[illegible] sententia mutatur
[illegible] sed in opera que
[illegible] sunt [illegible] deus
[illegible] sed magis que
[illegible] non fuerit [illegible]
[illegible] quod mutatum est
[illegible] et aliter [illegible]
[illegible] Nabuchodonosor rex [illegible]
Danielis consilium [illegible]
pauperes et [illegible] usque ad
[illegible] xii in [illegible]
[illegible] quia [illegible]
ambulans in aula Babilonis
[illegible] gloria et dixit Nonne hec
[illegible] regnum [illegible]
[illegible] superbie forsitan ignos
ceret deus delictis tuis [illegible]
[illegible] daniel [illegible]
de [illegible] dubitet [illegible]
[illegible] facitur qui au
dacter [illegible] venia [illegible]

sistat manui eius et dicat ei Quare fecisti In ipso tempore
sensus meus reversus est ad me et ad honorem regni mei
decoremque perveni et figura mea reversa est ad me Et
optimates mei et magistratus mei requisierunt me Et in re-
gno meo restitutus sum Et magnificentia mea amplior
addita est michi Nunc igitur ego nabuchodonosor laudo et mag-
nifico et glorifico regem celi quia omnia opera eius vera
et omnes vie eius iudicia et gradientes in superbia potest
Balthasar rex fecit grande con- humiliare
vivium optimatibus suis mille et unusquisque
secundum suam bibebat etatem Precepit ergo iam
temulentus ut rex ut afferrentur vasa aurea et argen-
tea que asportaverat pater eius de templo quod fuit in
hierusalem ut biberet in eis rex et optimates eius uxo-
resque et concubine eius Tunc allata sunt vasa
aurea et argentea que asportaverat de templo quod
fuerat in hierusalem Et biberunt in eis rex et optimates
eius uxoresque et concubine eius Bibebant vinum
et laudabant deos suos aureos et argenteos aereos
et ferreos ligneosque et lapideos In eadem hora appa-
ruerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candela-
brum in superficie parietis aule regie et rex aspicie-
bat articulos manus scribentis Tunc facies regis co-
mmutata est et cogitationes eius conturbabant eum
Et compages renum eius solvebantur et genua eius
ad se invicem collidebantur Exclamavit itaque rex
fortiter ut introducerent magos Caldeos et ariuspices
Et proloquens rex ait sapientibus Babilonis Quicumque
legerit scripturam hanc et interpretationem eius mani-
festam michi fecerit purpura vestietur et torquem aure-
am habebit in collo Et tertius in regno meo erit Tunc
ingressi omnes sapientes regis non potuerunt scrip-
turam legere nec interpretationem indicare regi Unde
rex Balthasar satis conturbatus est et vultus illius im-
mutatus est Sed et optimates eius turbabantur Regi-
na autem pro re que acciderat regi et optimatibus eius

V

domū cōuiuij ingreſſa eſt Et ploquēs ait Rex ineternum
viue Nō te conturbent cogitatōes tue neqꝫ facies tua
immutet᷑ Et uir ī regno tuo qui spūm deoꝝ sctōꝝ habꝫ
in se Et in diebꝫ prīs tui Nabuch̄ sciētia et sapientia
inuente sūt in eo Nam et rex Nabuch̄ pater tuus prīcipē
magoꝝ · incantatoꝝ · caldeoꝝ · et aruspicū cōstituit
Pater inq̄m tuus o rex Quia spūs amplior et prude
ciorꝫ intelligētia qꝫ et interpretatō sompnioꝝ secretorū
et oſtēsio secretoꝝ / ac solutio ligatorū inuente sunt
in eo hoc est in Daniele Cui rex nomē imposuit Bal
thasar Nunc itaqꝫ daniel vocet᷑ et interpretatōꝫ narra-
bit Igitur daniel introductus ē coram rege / adquē pre
fatus rex ait Tu es daniel de filijs captiuitatis iude
quē adduxit rex pr̄ meus de Iudea Audiui de te / qm̄
spūm deorū habeas in te Et sciētia intelligētia qꝫ ac
sapiētia ampliores inuente sunt in te Et nūc introgreſ-
ſi sūt in conspectu meo sapiētes magi ut scripturā
hāc legerēt et interpretatōꝫ eius indicarent m̄ Et ne
quiuerūt sensū huius ſmōis edicere m̄ Porro ergo
audiui de te / qꝫ possis obscura interpretari et ligata
dissoluē Si ḡo vales scripturā legere et interptatōꝫ
eius indicare m̄ Purpura vestieris et torquē aureā
circa collū tuū habebis et tercius in regno meo princeps
eris Adquē respondens daniel ait coraꝫ rege Munera
tua sint tibi Et dona tue domꝰ alteri da Scripturā
autē legam tibi rex et interpretatōꝫ eius oſtendā tibi
O rex deus altissimꝰ regnum et magnificētiā gl'iam
et honorē dedit Nabuch̄ patri tuo Et ꝓpt magnificētiā
quā dederat ei omnes ppl'i tribꝫ et lingue tremebāt
et metuebant eum Quos volebat interficiebat / et quos
volebat percutiebat / quos volebat exaltabat / et quos
volebat humiliabat Quando autē eleuatum est cor eius
Et spūs eius obſtinatꝰ obfirmatꝰ est ad ſupbiam
depositus ē de solio regni sui Et gl'a eius ablata
est Et a filijs hominum eiectus est Sed et cor eius cū

bestiis positum est et cum onagris erat habitatio eius fe-
num quoque ut bos comedebat et rore celi corpus eius
infectum est donec cognosceret quod potestatem haberet altissimus
in regno hominum et quemcumque voluerit suscitabit super
illud. Tu quoque filius eius Balthasar non humiliasti cor
tuum cum scires hec omnia sed adversum dominatorem celi ele-
vatus es et vasa domus eius allata sunt coram te et tu
et optimates tui et uxores tue et concubine tue vi-
num bibisti in eis. Deos quoque argenteos et aureos et
ereos ferreos ligneosque et lapideos qui non vident
neque audiunt neque sentiunt laudasti. Porro deum qui
habet flatum tuum in manu sua et omnes vias tuas non
glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus que
scripsit hoc quod exaratum est. Hec autem scriptura que
digesta est mane thechel phares. Et hec interpretatio
sermonis. Mane numeravit deus regnum tuum et comple-
vit illud. Thechel appensus es in statera et in-
ventus es minus habens. Phares divisum est regnum
tuum et datum est medis et persis. Tunc iubente re-
ge indutus est daniel purpura et circumdata est torques
aurea in collo eius et predicatum est de eo quod haberet
potestatem tertius in regno suo. Eadem nocte interfectus
est balthasar rex chaldeus et darius medus successit

Placuit dario et constituit in regnum annos natus vi
super regnum satrapas centum lxij
xx ut essent in toto regno suo et super
eos principes tres ex quibus daniel unus erat
ut satrape illis redderent rationem et rex non susti-
neret aliquam molestiam. Igitur daniel superabat omnes
principes et satrapas quia spiritus dei amplior erat in
eo. Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum.
Unde principes et satrape querebant ut invenirent occa-
sionem danieli ex latere regis. Nullamque causam et su-
spicionem reperire potuerunt eo quod fidelis esset et omnis
culpa et suspicio non inveniretur in eo. Dixerunt ergo viri

illi Non inveniemus danieli huic aliquam causam absque
occasionem Nisi forte in lege dei sui Tunc principes et sat-
rape surripuerunt regi et sic locuti sunt ei Dari rex in e-
ternum vive Consilium inierunt cuncti principes regni tui
et magistratus et satrape et Senatores et Iudices / ut
decretum imperatoris exeat et edictum ut omnis qui petierit
aliquam peticionem a quocumque deo et homine usque ad dies
xxx nisi a te rex mittatur in lacum leonum Nunc itaque
rex confirma sententiam et scribe decretum ut non im-
mutetur quod statutum est a medis et persis nec prevari-
cari cuiquam liceat Porro darius rex proposuit decretum
et statuit Quod cum daniel comperisset id est constitutam
legem Ingressus est domum suam et fenestris apertis in cena-
culo contra Iherusalem tribus temporibus in die flectebat ge-
nua et orabat confitebaturque coram deo suo sicut an-
tea facere consueverat Viri ergo illi curiosius inquirentes /
invenerunt danielem orantem et obsecrantem deum suum
Et accedentes locuti sunt regi super edicto Rex numquid
non constituisti ut omnis homo qui rogaret quemquam
de diis et hominibus usque ad dies xxx Nisi a te rex mitte-
retur in lacum leonum Ad quod respondens rex ait Verus est ser-
mo iuxta decretum medorum atque persarum quod prevaricari
non licet Tunc respondentes dixerunt coram rege da-
niel de filiis captivitatis iuda non curavit de lege tua
et de edicto quod constituisti sed tribus temporibus per diem
orat obsecratione sua Quod verbum cum audisset rex
satis contristatus est Et pro daniele posuit cor ut li-
beraret eum et usque ad occasum solis laborabat ut
erueret eum Viri autem illi intelligentes regem dixerunt
ei Scito rex quia lex medorum atque persarum est ut omne
decretum quod constituit rex ~~danieli~~ non liceat immutari
Tunc rex precepit et adduxerunt danielem et miserunt
eum in lacum leonum Dixitque rex danieli Deus tuus
quem colis semper ipse liberabit te / Allatusque est lapis

Unus et positus est super os laci quem obsignavit rex
annulo suo et annulo optimatum suorum ne quid fieret
contra danielem Et abiit rex in domum suam et dormivit
incenatus cibique non sunt allati coram eo insuper et so-
mnus recessit ab eo Et tunc rex primo diluculo consur-
gens festinus ad lacum leonum perrexit Propinquans-
que lacui danielem voce lacrimabili inclamavit et affatus
est eum Daniel serve dei vivi Deus tuus cui tu servis
semper putas ne valuit liberare te a leonibus Et dani-
el regi respondens ait Rex in eternum vive Deus meus misit
angelum suum et conclusit ora leonum et non nocuerunt
mihi quia coram eo iusticia inventa est in me sed et coram
te rex delictum non feci Tunc vehementer rex gavisus
est super eum et danielem precepit educi de lacu Eductus-
que est daniel de lacu et nulla lesio inventa est in eo
quia credidit deo suo Iubente autem rege adducti sunt
viri illi qui accusaverant danielem et in lacum leonum
missi sunt ipsi filii et uxores eorum et non pervenerunt us-
que ad pavimentum laci donec arriperent eos leones et
omnia ossa eorum comminuerunt Tunc darius rex scripsit
universis populis et tribubus et linguis habitantibus in uni-
versa terra Pax vobis multiplicetur A me ergo constitu-
tum est decretum ut in universo imperio et regno meo tre-
miscant et paveant deum danielis Ipse est enim deus
vivens et eternus in secula et regnum eius non dissipabitur
et potestas eius usque in eternum Ipse est liberator atque fa-
ciens signa et mirabilia in celo et in terra qui liberavit
danielem de lacu leonum Porro daniel perseveravit
usque ad regnum darii et regnum cyri perse. vij.
Anno primo Balthasar regis Babilonis da-
niel sompnium vidit visionem autem capitis VII
eius in cubili suo Et sompnium scribens brevi
sermone comprehendens summatimque perstringens ait
Videbam in visione mea nocte et ecce quattuor
venti celi pugnabant in medio mari magno Et quattuor
bestie grandes ascendebant de mari diverse inter se
Prima quasi leena et alas habebat aquile aspiciebam donec

donec evulse sunt ale eius et sublata est de terra et super
pedes quasi homo stetit / et cor eius datum est ei. Et ecce bestia
alia similis urso in parte stetit. Et tres ordines erant in ore
eius / et in dentibus eius prncipes quasi tres. Et sic dicebant ei.
Surge comede carnes plurimas. Post hec aspiciebam
/ et ecce alia quasi pardus et alas habebat avis quatuor super
se. Et quatuor capita erant in bestia / et potestas data est ei a domino
deo. Post hec aspiciebam in visione noctis / et ecce bestia
quarta terribilis atque mirabilis et fortis nimis. Dentes ferreos
habebat magnos comedens atque comminuens et reliqua
pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat ceteris bestiis
quas videram ante eam / et habebat cornua decem. Conside-
rabam cornua / et ecce cornu aliud parvum est ortum
de medio eorum. Et tria de cornibus primis evulsa sunt a
facie eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu
isto / et os loquens ingentia. Aspiciebam donec throni po-
siti sunt / et antiquus dierum sedit. Vestimentum eius quasi
nix candidum et capilli capitis eius quasi lana munda. Thro-
nus eius flamme ignis. Et rote eius ignis accensus. Flu-
vius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius.
Milia milium ministrabant ei / et decies milies centena
milia assistebant ei. Iudicium sedit / et libri aperti sunt.
Aspiciebam propter vocem sermonum grandium / quos cornu id
loquebatur. Et vidi quoniam interfecta esset bestia / et perisset
corpus eius. Et traditum esset ad comburendum igni. Aliarum
quoque bestiarum ablata esset potestas / et tempora vite constitu-
ta essent eis usque ad tempus. Aspiciebam ergo in visione
noctis / et ecce cum nubibus celi quasi filius hominis
veniebat / et usque ad antiquum dierum pervenit / et in
conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem et ho-
norem et regnum. Et omnes populi tribus et lingue
ipsi servient. Potestas eius potestas eterna / que non au-
feretur / et regnum eius / quod non corrumpetur. Horruit spiritus
meus. Ego Daniel territus sum in his / et visiones
capitis mei conturbaverunt me. Accessi ad unum

de assistentibus, et querebam ab eo veritatem de omnibus hys.
Qui dixit michi interpretacionem sermonum, et docuit me.
Hee quatuor bestie magne: quatuor regna sunt, que consurgent
de terra. Suscipient autem regnum sancti dei altissimi et ob
tinebunt regnum usque in seculum seculorum. Post hec volui di
ligenter discere de bestia quarta que erat dissimilis valde ab
omnibus et terribilis nimis. dentes et ungues eius
ferrei. Comedebat et comminuebat et reliqua pedibus
suis conculcabat. Et de cornibus x. que habebat in capite. Et
de alio quod ortum fuerat ante quod ceciderant tria cornua de
cornu illo, quod habebat oculos et os loquens grandia
et maius erat ceteris. Aspiciebat et ecce illud cornu fa
ciebat bellum adversus sanctos et prevalebat eis. Donec
veniret antiquus dierum. Et iudicium dedit sanctis excelsi et
tempus advenit et regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait
Bestia quarta regnum quartum erit in terra quod maius erit omnibus
regnis, et devorabit universam terram, et conculcabit et co
minuet eam. Porro cornua x. ipsius regni x. reges
erunt. Et aliud consurget post eos, et ipse potencior erit
prioribus, et tres reges humiliabit, et sermones contra excel
sum loquetur et sanctos altissimi conteret. Et putabit
quod possit mutare tempora et leges. Et tradentur in manu
eius usque ad tempus et tempora et dimidium temporis. Et iudi
cium sedebit, ut auferatur potencia et conteratur et dispe
reat usque in finem. Regnum autem et potestas et magnitudo re
gni, que est subter omne celum detur populo sanctorum alti
ssimi. Cuius regnum sempiternum est. Et omnes reges al
tissimi servient ei et obedient. Hucusque finis verbi.
Ego daniel multum cogitacionibus meis conturbabar
et facies mea mutata est in me. Verbum autem in corde meo

Anno tercio regni Balthasar regis. Visio
visio apparuit michi ego daniel post id quod
videram in principio. Vidi in visione mea cum
essem in Susis castro quod est in Helam regione
Vidi autem in visione esse me super portam Ulai. Et le
vavi oculos meos et vidi. Et ecce Aries unus stabat VIII

ante paludem huius cornua excelsa et unum excelsius
altero atque succrescens. Postea vidi arietem cornibus venti-
lantem contra occidentem et contra aquilonem et contra meridiem
et omnes bestie non poterant resistere ei neque liberari de manu
eius fecitque secundum voluntatem suam et magnificatus est. Et
ego intelligebam. Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occiden-
te super faciem totius terre et non tangebat terram porro hir-
cus habebat cornu insigne inter oculos suos et venit ad ari-
etem illum cornutum quem videram stantem ante portam
et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis sue. Cumque appro-
pinquasset prope arietem efferatus est in eum et percussit ari-
etem et comminuit duo cornua eius et non poterat aries
resistere ei. Cumque eum misisset in terram conculcavit et nemo
quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum
magnus factus est nimis cumque crevisset fractum est cornu
magnum et orta sunt cornua quattuor subter illud per quattuor
ventos celi. De uno autem ex eis egressum est cornu unum
modicum et factum est grande contra meridiem et contra orientem
et contra fortitudinem. Et magnificatum est usque ad fortitudinem
celi et deiecit de fortitudine et de stellis et conculcavit eas
et usque ad principem fortitudinis magnificatum est et ab eo
tulit iuge sacrificium et deiecit locum sanctificationis eius.
Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter
peccata et prosternetur veritas in terra et prosperabitur et
faciet. Et audivi unum de sanctis loquentem et dixit unus
sanctus alteri nescio cui loquenti usquequo visio et
iuge sacrificium et peccatum desolationis que facta est et sanctua-
rium et fortitudo conculcabitur. Et dixit ei usque ad ve-
speram et mane dies duo milia trecenti et mundabitur
sanctuarium. Factum est autem cum viderem ego daniel
visionem et quererem intelligentiam ecce stetit in conspectu
meo quasi species viri. Et audivi vocem viri inter Ulai
et clamavit et ait Gabriel fac intelligere visionem
istam. Et venit et stetit iuxta ubi ego stabam cumque
venisset pavens corrui in faciem meam et ait ad me

Intellige fili hominis quoniam in tempore finis complebitur
visio. Cumque loqueretur ad me collapsus sum pronus
in terram. Et tetigit me et statuit me in gradu meo dixit-
que mihi. Ego ostendam tibi que futura sunt in novissimo
maledictionis quoniam habet tempus finem suum. Aries quem vidisti
habere cornua, Rex medorum atque persarum est porro
hircus caprarum rex grecorum est et cornu grande quod erat inter
oculos eius ipse rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt
quatuor pro eo. Quatuor reges de gente eius con-
surgent sed non in fortitudine eius. Et post regnum eorum
cum creverint iniquitates consurget rex impudens fa-
cie et intelligens propositiones roborabitur fortitudo ei-
us sed non in viribus suis et supra quam credi potest universa
vastabit et prosperabitur et faciet. Et interficiet robustos
et populum sanctorum secundum voluntatem suam. Et diriget dolum
in manu eius et cor suum magnificabit. Et in copia rerum
omnium occidet plurimos et contra principem principum con-
surget et sine manu conteretur. Et visio mane et ve-
spere que dicta est. Tu ergo signa visionem quia post dies
multos erit. Et ego daniel langui et egrotavi per
dies multos. Cumque surrexissem faciebam opera regis
et stupebam ad visionem et non erat qui interpretaretur.
In anno primo darii filii Assueri de semine me-
dorum qui imperavit super regnum caldeorum anno
uno regni eius. Ego daniel intellexi in libris
numerum annorum de quo factus est sermo domini ad iere-
miam prophetam ut complerentur desolationis ierusalem an-
ni lxx. Et posui faciem meam ad dominum deum meum ro-
gare et deprecari in ieiuniis sacco et cinere. Et ora-
vi dominum deum meum et confessus sum et dixi. Obse-
cro domine deus magne et terribilis custodiens pactum
et misericordiam diligentibus te et custodientibus mandata
tua. Peccavimus iniquitatem fecimus impie egimus et
recessimus et declinavimus a mandatis tuis ac

iudicijs non obediuimus seruis tuis prophetis qui locuti sunt
in nomine tuo regibus nostris principibus nostris patribus nostris
omnique populo terre. Tibi domine iusticia. Nobis autem confusio
faciei sicut est hodie viro iuda et habitatoribus ierusalem
et omni israel hijs qui prope sunt et hijs qui procul in vniuersis
terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum in quibus
peccauerunt in te domine. Nobis confusio faciei et regibus
nostris et principibus nostris qui peccauerunt. Tibi autem domino
deo nostro misericordia et propiciatio quia recessimus a te. Et non
audiuimus vocem domini dei nostri ut ambularemus in lege eius
quam posuit nobis per seruos suos prophetas. Et omnis israel
preuaricati sunt legem tuam et declinauerunt ne audirent
vocem tuam. Et stillauit super nos maledictio et detestatio
que scripta est in libro moysi serui dei quia peccauimus
ei. Et statuit sermones suos quos locutus est super nos et
super principes nostros qui iudicauerunt nos ut superindu-
cerent in nos malum magnum quale nunquam fuit sub omni
celo secundum quod factum est in ierusalem sicut scriptum est in
lege libro moysi. Omne malum hoc venit super nos. Et
non rogauimus faciem tuam domine deus noster ut reuerteremur
ab iniquitatibus nostris et cogitaremus veritatem tuam. Et vigila-
uit dominus super maliciam et adduxit eam super nos. Iustus
dominus deus noster in omnibus operibus suis que fecit. Non enim
audiuimus vocem eius. Et nunc domine deus noster qui eduxisti populum
tuum de terra egypti in manu forti et fecisti tibi nomen
secundum diem hanc peccauimus iniquitatem fecimus domine in
omnem iusticiam tuam. Auertatur obsecro ira tua et furor
tuus a ciuitate tua ierusalem et a monte sancto tuo propter peccata
enim nostra et iniquitates patrum nostrorum ierusalem et populus tuus
in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc autem ex-
audi deus noster orationem serui tui et preces eius et ostende
faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est propter te-
metipsum. Inclina deus meus aurem tuam et audi. Aperi
oculos tuos et vide desolationem nostram et ciuitatem
super quam inuocatum est nomen tuum. Neque enim in iustificationibus

nris prosternimus preces ante faciem tuam sed in multis miseratio-
nibus tuis. Exaudi domine placare domine attende et fac. pro-
pter ne moreris propter temetipsum deus meus. quia nomen tuum invo-
catum est super civitatem et super populum tuum. Cumque adhuc lo-
querer et orarem et confiterer peccata mea et peccata popu-
li mei Israel ut prosternerem preces meas in conspectu dei mei pro
monte sancto dei mei adhuc me loquente in oratione mea
ecce vir gabriel quem videram in visione a principio ci-
to volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini et docuit
me. et locutus est mihi et dixit Daniel nunc ego egressus
sum ut docerem te et intelligeres. ab exordio precum
tuarum egressus est sermo. Ego autem veni ut indicarem tibi
quia vir desideriorum es tu. Tu ergo animadverte visionem
sermonem et intellige. lxx. hebdomades abbreviate
sunt super populum tuum et super urbem tuam sanctam et con-
summabitur prevaricatio et finem accipiat peccatum et deleatur
iniquitas et adducatur iustitia sempiterna et impleatur visio
et prophetia et ungatur sanctus sanctorum. Scito ergo et ad-
verte ab exitu sermonis mei ut iterum edificetur Jerusalem
duce usque ad christum ebdomades vij. et hebdomades lxij. et
rursum edificabitur platea et muri in angustia temporum
Et post ebdomades lxij. occidetur christus et non erit eius
populus qui eum negaturus est et civitatem et sanctuarium
dissipabit populus cum duce venturo et finis eius vasti-
tas et post finem belli statuta desolatio. Confirmabit
autem pactum multis hebdomada una et dimidio ebdomadis
deficiet hostia et sacrificium et in templo erit abhominatio
desolationis et usque ad consummationem et finem perseverabit
Anno tertio regni regis Cyri desolatio
persarum verbum revelatum est danieli co-
gnomento Balthasar et verbum verum et fortitudo X
magna intellexit et sermonem intelligentia enim opus
est in visione. In diebus illis ego daniel luge-
bam trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem

non comederem / et caro et vinum non introierunt in os meum /
sed neque unguento unctus sum / donec complerentur trium ebdo-
madarum dies. Die autem xx et quarta mensis primi / eram iuxta
fluvium magnum qui est tigris. Et levavi oculos meos
et vidi / et ecce vir unus vestitus lineis / et renes eius
accincti auro obrizo et corpus eius quasi crisolitus et
facies eius quasi species fulguris et oculi eius ut lampas
ardens. Et brachia eius et que deorsum usque ad pedes
quasi species eris candentis et vox sermonum eius ut vox
multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus visionem.
Porro viri qui erant mecum non viderunt sed terror ni-
mius irruit super eos et fugerunt in absconditum. Ego autem
relictus sum solus et vidi visionem grandem hanc. Et non
remansit in me fortitudo sed et species mea immutata
est in me et emarcui. Nec habui quicquam virium et audivi
vocem sermonum / et audiens iacebam consternatus super fa-
ciem meam / et vultus meus herebat terre. Et ecce manus
tetigit me / et erexit me super genua mea / et super
articulos manuum mearum. Et dixit ad me Daniel vir
desideriorum intellige verba que ego loquor ad te et sta in
gradu tuo. Nunc enim missus sum ad te. Cumque dixisset mihi
sermonem istum steti tremens. Et ait ad me. Noli me-
tuere Daniel quia ex die primo quo posuisti cor tuum
ad intelligendum, ut te affligeres in conspectu dei tui ex-
audita sunt verba tua. Et ego veni propter sermones tuos.
Princeps autem regni persarum restitit mihi xx et uno diebus.
Et ecce michael unus de principibus primis venit in ad-
iutorium meum. Et ego remansi ibi iuxta regem persarum.
Veni autem ut docerem te que ventura sunt populo
tuo in novissimis diebus. Quoniam adhuc visio protelatur
in dies. Cumque loqueretur mihi huiuscemodi verbis deieci
vultum meum ad terram et tacui. Et ecce quasi similitudo filii
hominis tetigit labia mea. Et aperiens os meum locutus sum

Et dixi ad eum qui stabat coram me Domine mi in visione
tua dissolute sunt compages mee / et nichil in me remansit
virium Et quomodo poterit servus domini mei loqui cum domino meo
Nichil in me remansit virium Sed et halitus meus intercludi-
tur Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis Et confortavit
me et dixit Noli timere vir desideriorum Pax tibi Con-
fortare et esto robustus Cumque loqueretur mecum convalui
et dixi Loquere domine mi quia confortasti me Et ait Num-
quid scis quare venerim ad te Et nunc revertar ut prelier
adversum principem persarum Cum enim egrederer apparuit prin-
ceps grecorum veniens Verumtamen annunciabo tibi quod expressum
est in scripturis veritatis Et nemo est adiutor meus in
omnibus hiis Nisi michael princeps vester / xi

XI

Ego autem ab anno primo darii medi stabam
ut confortaretur et roboraretur Et nunc veri-
tatem annunciabo tibi Ecce adhuc tres reges
stabunt in perside Et quartus ditabitur opibus nimiis super
omnes Et cum invaluerit divitiis suis concitabit omnes
adversum regnum grecie Surget vero rex fortis Et dominabitur
potestate multa / et faciet quod placuerit ei Et cum steterit conteretur
regnum eius Et dividetur in quatuor ventos celi Sed non
in posteros eius Neque secundum potentiam illius qua dominatus
est Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos
exceptis hiis Et confortabitur rex austri Et de principibus
eius prevalebit super eum Et dominabitur dicione multa enim
dominatio eius Et post finem annorum federabuntur Filiaque
regis austri veniet ad regem aquilonis facere amiciciam
Et non obtinebit fortitudinem brachii Nec stabit semen eius
Et tradetur ipsa / et qui adduxerunt eam adolescentes eius
Et qui confortabant eam in temporibus Et stabit de germine
radicum eius plantatio Et veniet cum exercitu Et ingre-
dietur provinciam regis aquilonis Et abutetur eis / et obti-
nebit Insuper et deos eorum et sculptilia vasa quoque pre-
ciosa auri et argenti captiva ducet in egyptum Ipse prevalebit

Convertetur enim rex aquilonis et preparabit multitudinem multo ma-
iorem quam prius et in fine temporum annorum veniet properans
cum exercitu magno et opibus nimiis et in temporibus illis multi
consurgent adversum regem austri filii quoque prevarica-
torum populi tui extollentur ut impleant visionem et corru-
ent et veniet rex aquilonis et comportabit aggerem et ca-
piet urbes munitissimas et brachia non sustinebit et
consurgent electi eius ad resistendum et non erit fortitudo
et faciet veniens super eum iuxta placitum suum et non erit qui
stet contra faciem eius et stabit in terra inclita et consumetur
in manu eius et ponet faciem suam ut veniat ad tenendum uni-
versum regnum eius et recta faciet cum eo et filiam feminarum
dabit ei et evertat illud et non stabit nec illius erit et con-
vertet faciem suam ad insulas et capiet multas et cessare
faciet principem opprobrii sui et opprobrium eius convertetur
in eum et convertet faciem suam ad imperium terre sue et im-
pinget et corruet et non invenietur et stabit in loco eius
vilissimus et indignus decore regio et in paucis diebus
conteretur non in furore nec in prelio et stabit in loco eius de-
spectus et non tribuetur ei honor regius et veniet clam et
obtinebit regnum in fraudulentia et brachia pugnantis
expugnabuntur a facie eius et conterentur insuper et dux
federis et post amicitias cum eo faciet dolum et ascen-
det et superabit in modico populo habundantes et uberes urbes
ingredietur et faciet que non fecerunt patres eius et patres
patrum eius rapinas et predam et divitias eorum
dissipabit et contra firmissimas cogitationes iniet consi-
lium et hoc usque ad tempus et concitabitur fortitudo eius
et cor eius adversus regem austri in exercitu magno et
rex austri provocabitur ad bellum multis auxiliis et
fortibus nimis et non stabunt quia inibunt adversus eum
consilia et comedentes panem cum eo conterent illum et
exercitus eius opprimetur et cadent interfecti plurimi duorum
quoque regum cor erit ut malefaciant et ad mensam unam mendacium

loquentur et non proficient / quia adhuc finis in aliud tempus
Et revertetur in terram suam cum opibus multis et cor eius
adversum testamentum sanctum et faciet et revertetur in terram
suam Et veniet ad austrum statuto tempore Revertetur et
veniet ad austrum et non erit priori similis novissimum
Et veniet super eum trieres et Romani et percutietur
et revertetur Et indignabitur contra testamentum sanctuarii
et faciet Reverteturque et cogitabit adversum eos qui de-
reliquerunt testamentum sanctuarii et brachia ex eo stabunt
Et polluent sanctuarium fortitudinis et auferent iuge sa-
crificium et dabunt abhominationem in desolationem et impii in
testamentum simulabunt fraudulenter / Populus autem sciens
deum suum obtinebit et faciet Et docti in populo docebunt
plurimos Et ruent in gladio et in flamma et in captivitate
et in rapina dierum Cumque corruerint sublevabuntur
auxilio parvulo et applicabuntur eis plurimi fraudulenter
Et de eruditis ruent ut conflentur et eligantur et deal-
bentur usque ad tempus prefinitum quia adhuc aliud
tempus erit Et faciet iuxta voluntatem suam rex Et elevabitur
et magnificabitur adversum omnem deum et adversus deum deorum
loquetur magnifica Et diriget donec compleatur iracundia
Perpetrata est quippe diffinitio Et deum patrum suorum non
reputabit et erit in concupiscentiis feminarum nec quem-
quam deorum curabit / quia adversum universa consurget
Deum autem Maozim in loco suo venerabitur Et deum
quem ignoraverunt patres eius colet auro et argento
et lapide pretioso rebusque preciosis Et faciet ut muni-
at Maozim cum deo alieno quem cognovit Et multi-
plicabit gloriam Et dabit eis potestatem in multis Et terram
dividet gratuito Et in tempore prefinito preliabitur adversus
eum rex austri Et quasi tempestas veniet contra eum
Rex aquilonis in curribus et in equitibus et in classe magna
Et ingredietur terras et conteret et pertransiet Et introi-
bit in terram gloriosam Et multe corruent / Hee autem salve

saluabuntur de manu eius Edom et Moab et principium filiorum
Ammon. Et mittet manum suam in terras et terra Egypti non
effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri et argenti et in omnibus
preciosis Egypti. Per lybias quoque et ethiopias transibit et
fama turbabit eum ab oriente et aquilone. Et veniet in
multitudine magna ut conterat et interficiat plurimos. Et figet
tabernaculum suum apedno inter maria super montem inclitum
et sanctum. Et veniet usque ad summitatem eius et nemo auxiliabitur ei.
XII In tempore autem illo consurget Michael princeps
magnus qui stat pro filiis populi tui. Et veniet tempus
quale non fuit ab eo ex quo gentes esse ceperunt usque ad
tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis
qui inventus fuerit scriptus in libro. Et multi de hiis qui dor-
miunt in terre pulvere evigilabunt alii in vitam eternam et alii
in opprobrium ut videant semper. Qui autem docti fuerint ful-
gebunt quasi splendor firmamenti. Et qui ad iusticiam erudi-
unt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Tu autem
Daniel claude sermones et signa librum usque ad tempus
statutum. Pertransibunt plurimi et multiplex erit sciencia. Et
vidi ego Daniel et ecce quasi alii duo stabant unus hinc
super ripam fluminis et alius inde ex alia ripa flu-
minis. Et dixi viro qui indutus erat lineis qui stabat super
aquas fluminis. Usque quo finis horum mirabilium. Et audivi virum
qui indutus erat lineis qui stabat super aquas fluminis. Cum
elevasset dexteram et sinistram suam in celum et iurasset per
viventem in eternum quia in tempus et tempora et dimidium temporis. Et
cum completa fuerit dispersio manus populi sancti complebuntur
universa hec. Et ego audivi et non intellexi. Et dixi domine
mi quid erit post hec. Et ait vade Daniel quia clausi
sunt et signati quoque sermones usque ad tempus prefinitum. Eligentur
et dealbabuntur et quasi ignis probabuntur multi. Et impie
agent impii neque intelligent omnes impii. Porro docti
intelligent. Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium et po-
sita fuerit abhominatio in desolacionem dies mille CC XC. Beatus
qui expectat et pervenit ad dies mille CCC XXXV. Tu autem

vade ad p̄finitū ⁊ reqͥeſces et ſtabis ī ſorte tua ī finē dierū 369

XIII

Et erāt vir habitans in Babilone et nomē eiꝰ
Joachim Et accepit vxorē noīe zuzannam
filiam helchie pulcram nimis et timentē
dominū Parētes eīn illiꝰ cū eſſēt iuſti eru-
dierunt filiā ſuam ſcd̄m legem Moyſi Erat āt Joachim
diues valde Et erat ei pomeriū vicinū domui ſue
Et ad ipm̄ cōfluebant Judei eo q̄ eēt honorabilior oīm
Et conſtituti ſūt duo ſenes iudices in āno illo de qͥbꝫ
locutus ē dn̄s Quia egreſſa eſt iniqͥtas de Babilone
a ſenibꝫ iudicibꝫ qui videbant̄ regere pplm̄ Iſti domū
frequētabant Joachim Et veniebāt ad eos oēs q̄ hebant
iudicia Cum āt pplꝰ reuertiſſꝫ poſt meridiē ingredie-
bat zuzanna et deambulabat ī pomerio viri ſui
Et videbat eam ſenes quotidie ingredietē et deambu-
lantē Et exarſerūt ī cōcupiſcētiā eiꝰ Et euerterūt
ſenſū ſuū Et declinauerūt oclos ſuos vt nō viderēt ce-
lum neqꝫ recordarēt̄ iudicioꝝ iuſtoꝝ Erant g̊o ambo
vulnerati amore eiꝰ Nec indicauerūt ſibi viciſſim
dolorē ſuū Erubeſcebāt eīm indicare ſibi cōcupiſcētiā
ſuam volētes concūbē cum ea Et obſuabāt cottidie
ſolicitiꝰ videre eam Dixitqꝫ alt̄ ad alterū Eamus
domū quia prandiȷ hora eſt Et egreſſi receſſerunt
a ſe Cūqꝫ reuertiſſēt venerūt in vnū et ſciſcitantes ab
inuicē cauſā cōfeſſi ſunt concupiſcētiā ſuā Et tunc in
cōmune ſtatuerūt tempus q̄n eam poſſent inuenire
ſolam Factū eſt aūt cū obſuaſſent diem aptū In-
greſſa eſt aliq̄n ſicut heri et nudiuſtertiꝰ cū duabus
ſolis puellis Voluitqꝫ lauari in pomerio Eſtꝰ qͥppe
erat Et nō erat ibi qͥſqͣm p̄ter duos ſenes abſcondi-
tos et contēplantes eam Dixit g̊o puellis Afferte mi
oleum et ſmigmata et hoſtia pomerij claudite ut
lauer Et fecerunt ſicut p̄cepat Clauſeruntqꝫ hoſtia
pomerij Et egreſſe ſūt per poſticū ut afferrent ea

que iusserat. Nesciebant quod senes intus essent absconditi. Cum
autem egresse essent puelle, surrexerunt duo senes et accur-
rerunt ad eam et dixerunt: Ecce hostia pomerii clausa sunt et
nemo nos videt, et in concupiscentia tua sumus. Quamobrem assen-
tire nobis et commiscere nobiscum. Quod si nolueris, dicemus testimonium
contra te, quod fuerit tecum iuvenis et ob hanc causam emiseris
puellas a te. Ingemuit quod Zuzanna et ait: Angustie sunt
michi undique. Si enim hoc egero, mors michi est; si autem non egero,
non effugiam manus vestras. Sed melius est michi absque opere
incidere in manus vestras quam peccare in conspectu domini. Et ex-
clamavit voce magna Zuzanna. Exclamaverunt autem et se-
nes adversus eam. Et cucurrit unus et aperuit pomerii
hostia. Cum ergo audissent clamorem in pomerio famuli do-
mus, irruerunt per posticum ut viderent quidnam esset.
Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt servi vehe-
menter, quia numquam dictus fuit sermo huiuscemodi de Zu-
zanna. Et facta est dies crastina. Cumque venisset populus
ad virum eius Ioachim, venerunt et duo presbiteri pleni
iniqua cogitatione adversus Susannam ut interficerent
eam. Et dixerunt coram omni populo: Mittite ad Zuzannam
filiam Helchie uxorem Ioachim. Et statim miserunt.
Et venit cum parentibus et filiis et universis cognatis
suis. Porro Zuzanna erat delicata nimis et pulcra
specie. At iniqui illi dixerunt ut discooperiretur. Erat
autem cooperta, ut vel sic satiarentur decore eius. Flebant
igitur sui et omnes qui noverant eam. Consurgentes
autem illi duo presbiteri in medio populi posuerunt manus
suas super caput eius. Que flens suspexit ad celum. Erat
enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbiteri:
Cum deambularemus in pomerio soli, ingressa est hec cum
duabus puellis et clausit hostia pomerii et dimisit
puellas a se. Venitque ad eam adolescens qui erat
absconditus et concubuit cum ea. Porro nos cum
essemus in angulo pomerii, videntes iniquitatem cucurrimus ad

eos et vidimus eos pariter commisceri et illum quidem nequivimus
comprehendere quia fortior nobis erat et apertis hostiis exi-
livit hanc autem cum apprehendissemus interrogavimus quis nam
esset adolescens et noluit indicare nobis huius rei te-
stes sumus Credidit eis multitudo quasi senibus populi et iu-
dicibus et condempnaverunt eam ad mortem Exclamavit
autem voce magna Susanna et dixit Deus eterne
qui absconditorum es cognitor qui nosti omnia antequam
fiant Tu scis quoniam contra me falsum tulerunt testimonium
Et ecce morior cum nichil horum fecerim que isti mali-
ciose composuerunt adversum me Exaudivit autem dominus vocem
eius Cumque duceretur ad mortem suscitavit dominus spiritum
pueri iunioris cuius nomen Daniel Et exclamavit
voce magna Mundus ego sum a sanguine huius Et conversus
omnis populus ad eum dixit Quis est iste sermo quem
locutus es Qui cum staret in medio eorum ait Sic fa-
tui filii Israhel Non iudicantes neque quod verum est cognoscen-
tes condempnastis filiam Israhel Revertimini ad iudicium
quia falsum testimonium locuti sunt adversus eam Rever-
sus est ergo populus cum festinatione Et dixerunt ei
senes Veni et sede in medio nostrum et indica nobis
quia dedit tibi deus honorem senectutis Et dixit
ad eos Daniel Separate eos ab invicem procul et
diiudicabo illos Cum ergo divisi essent alter ab altero
Vocavit unum de eis et dixit ad eum Inveterate dierum
malorum Nunc venerunt peccata tua que operabaris prius
Iudicans iudicia iniusta Innocentes opprimens et
dimittens noxios dicente domino Innocentem et iustum
non interficies Nunc ergo si vidisti eam Dic sub qua arbore
videris eos colloquentes sibi Qui ait sub scino Dixit
autem Daniel Recte mentitus es in caput tuum Et ecce
angelus domini accepta sententia ab eo scindet te medium
Et ammoto eo iussit venire alium et dixit ei Semen

Chanaan et non iuda species decepit te et concupiscencia
subuertit cor tuum Sic faciebatis filiabus israel et ille ti-
mentes loquebantur vobis Sed non filia iuda sustinuit
iniquitatem vestram Nunc ergo dic michi Sub qua arbore vi-
deris eos loquentes sibi Qui ait Sub prino Dixit
autem ei Daniel Recte mentitus es et tu in caput tuum
Manet enim angelus domini gladium habens ut secet te me-
dium et interficiat vos Exclamavit itaque omnis cetus voce
magna et benedixerunt deum qui salvat sperantes in se
Et consurrexerunt adversus duos presbiteros Convice-
rat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium
Feceruntque eis sicut male egerant adversus proximum
ut facerent secundum legem moysi Et interfecerunt eos et
salvatus est sanguis innoxius in illa die Helchias
et uxor eius laudaverunt deum in die illa pro filia sua
Susanna cum ioachim marito eius et cognatis omnibus
quia non est inventa in ea res turpis Daniel autem
factus est magnus in conspectu populi a die illa et deinceps
Et rex Astrages appositus est ad patres suos Et suscepit
Cyrus perses regnum eius Erat autem Daniel convi-
va regis et honoratus super omnes amicos eius
XIIII Erat quoque ydolum nomine Bel apud Ba-
bilonios et impendebantur in eo per dies
singulos simile artabe xii et oves xl
vini quoque amphore sex Rex quoque colebat eum et ibat
per singulos dies adorare eum Porro daniel adorabat
deum suum Dixitque ei rex Quare non adoras Bel Qui re-
spondens ait ei Quia non colo ydola manufacta sed
viventem deum qui creavit celum et terram et habet po-
testatem omnis carnis Et dixit ad eum rex Non videtur
tibi Bel vivus deus An non vides quanta comedat
et bibat cotidie Et ait daniel arridens Ne erres
rex Iste enim est intrinsecus luteus et forinsecus ereus
Neque comedit aliquid neque bibit Et iratus rex vocavit
sacerdotes eius et ait eis Nisi dixeritis michi quis est

qui comedit impensas has moriemini. Si autem ostenderitis
quod Bel comedat hec morietur Daniel quia blasfemavit in
Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem
sacerdotes septuaginta exceptis uxoribus et parvulis et filiis.
Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt
sacerdotes Belis: Ecce nos egredimur foris. Et tu rex pone e-
scas et vinum misce et claude hostium et signa annulo tuo.
Et cum ingressus fueris mane nisi inveneris omnia come-
sta a Bel morte moriemur vel Daniel qui mentitus est
adversus nos. Contempnebant autem quia fecerant sub mensa Bel
absconditum introitum et per illum ingrediebantur semper
et comedebant ea. Factum est autem postquam egressi sunt
illi et rex posuit cibos ante Bel. Et precepit Daniel
pueris suis et attulerunt cinerem et cribravit per totum
templum coram rege. Et egressi obsignabant hostium et
signantes annulo regis abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt
nocte intro iuxta consuetudinem suam et uxores et filii eorum
et comederunt omnia et biberunt. Surrexit autem rex summo
mane diluculo et Daniel cum eo. Et ait rex: Salvane
sunt signacula Daniel? Qui respondit: Salva rex. Statimque
cum aperuisset hostium intuitus est rex mensam et excla-
mavit voce magna: Magnus es Bel et non est apud te
dolus quisquam. Et risit Daniel et tenuit regem ne in-
grederetur retro. Et dixit: Ecce pavimentum animadverte
cuius vestigia sunt hec. Et dixit rex: Video vestigia virorum
et mulierum et infantium. Et iratus est rex. Tunc apprehendit
rex sacerdotes et uxores et filios eorum et ostenderunt ei abscon-
dita hostia per que ingrediebantur et consumebant omnia
que erant super mensam. Occidit ergo illos rex et tradidit
Bel in potestatem Danielis, qui subvertit eum et templum
eius. Et erat draco magnus in loco illo et colebant illum
Babilonii. Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes di-
cere quia iste non est deus vivens, adora ergo eum. Dixit-
que Daniel regi: Dominum deum meum adoro quia ipse

est deus vivens iste non est vivens. Tu autem rex da michi potestatem
et interficiam draconem absque gladio et fuste. Et ait rex do tibi.
Tulit ergo Daniel picem et pilos et coxit pariter fecitque
massas et dedit in os draconis et diruptus est draco
et dixit Daniel Ecce quem colebatis. Quod cum audissent
Babilonii indignati sunt vehementer et congregati sunt ad-
versus regem et dixerunt Iudeus factus est rex. Bel destruxit
draconem interfecit et sacerdotes occidit. Et dixerunt cum venissent
ad regem Trade nobis Danielem alioquin interficiemus te
et domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer
et necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt
eum in lacum leonum et erat ibi sex diebus. Porro in lacu
erant septem leones et dabantur eis quotidie duo funera
et due oves et tunc non data sunt eis ut devorarent Dani-
elem. Erat autem Abacuk propheta in Iudea et ipse coxerat
pulmentum et intriverat panes in alveolo et ibat in cam-
pum ut ferret messoribus. Dixitque angelus domini ad Aba-
cuk Fer prandium quod habes in Babilonem Danieli
qui est in lacu leonum. Et dixit Abacuk Domine Babilonem
non vidi et lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini
in vertice eius et portavit eum capillo capitis sui Posuit-
que eum in Babilonem super lacum in impetu spiritus sui.
Et clamavit Abacuk dicens Daniel serve dei Tolle pran-
dium quod misit tibi deus. Et ait Daniel Recordatus es mei
domine deus et non dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel co-
medit. Porro angelus domini restituit Abacuk confestim
in loco suo. Venit ergo rex die septima ut lugeret Danielem
et venit ad Danielem et introspexit et ecce Daniel in
medio leonum sedens. Et exclamavit rex voce magna dicens
Magnus es domine deus Danielis. Et extraxit eum de la-
cu. Porro illos qui perditionis eius causa erant intromisit in
lacum et devorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait
Paveant habitatores in universa terra deum Danielis quia
ipse est liberator et salvator faciens signa et mirabilia in
celo et in terra qui liberavit Danielem de lacu leonum

Incipit prologus in libro duodecim prophetarum

Non est idem ordo duodecim prophetarum apud
hebreos qui et apud nos Unde secundum illud
quod ibi legitur hic etiam dispositi sunt Ozee
commaticus est et quasi per sententias loquens Johel
planus in principiis in fine obscurior et usque
ad Malachiam habent singuli proprietates suas quem Esdram
alias Esram scribam legis et doctorem hebrei autumant
Et quia longum est nunc de omnibus dicere hoc tantum vos o pau-
la et Eustochium admonitus esse volo unum esse librum
xii prophetarum Cynchronon ysaie Malachiam vero
Aggei et zacharie fuisse temporibus in quibus tempora non pre-
scribuntur tytulo sub illis eos regibus prophetasse sub quibus
et hii qui ante eos habent tytulos prophetaverunt

Temporibus Ozie et Joathe Achas et
Ezechie regum Juda et Jeroboam filii
Johe regis Israel Ozee filius Beeri ad
prophetiam dicendam repletus est spiritu sancto
De memoratis itaque numero regum Achas
rex Juda et Jeroboam rex Israel deum derelinquentes ut hy-
storie regum et paralipomenon indicant etiam Israhel ydolatrie
crimen impio ac pravitate sua admittere coegerunt propter quod
deus ad Ozee sic locutus est dicens Accipe tibi uxorem
fornicariam sive fornicationum et fac filios fornicationis
Fornicariam itaque non elatam corporis meretricem sed gen-
tilem deum ignorantem appellat Que ne dei cultorem suum amore
contempto simulatorem se fecerat desideriis Sed tamen propheta
dei precepto in hac re paruisset acceptum ex ea filium Je-
zrahel precepit nominare Deo pollicente post breve tempus
sanguinem Jesrael in domo Hyeu vindicare ~~per elizeum in regno~~
~~unctum~~ Cuius promissionis hec causa est Hyeu per Elizeum
in regno unctum ad defendendum sanguinem Nabath le-
gimus Naboth vero civis Jesrael que illo tempore metro-
polis erat quem Jezrael Achab regis Israel uxor interime-
rat sunt sicut regum hystoria exponit Jehu tamen communiter
nimis domini preceptum vindicandi sanguinis causa in omne

mediati domum destruxisse hoc pacto diu declinasse invenitur
Dumque per nepotem Jeroboam qui lectione comprehensa est origine
sue facta imitante ac contra dei precepta et religionem cum po
pulo agente Sanguis Naboth qui in loco terre Jezrahel
fuerat profusus in domo Hyeu patre mediati Jeroboe pre
pere redundatura significatur Hinc factum est in ira dei in
populis Israel per diminutionem presentem processura diceret Do
mum autem Juda una lectione comprehensam
Denique Ezechias rex Juda filius Achas sublatis ydolis
que tam pater eius quam ceteri reges consecraverunt templum
dei purgasse ac purificasse monstratur

I Verbum domini quod factum est ad Ozee filium
Beeri in diebus Ozie · Joathan Achas
Ezechie regum Juda et in diebus Jeroboam
filii Joas regis Israel Principium loquendi
domini in Ozee et dixit dominus ad Ozee
Vade sume tibi uxorem fornicationum et
fac tibi filios fornicationum Quia fornicans fornicabitur
terra a domino Et abiit et accepit Gomer filiam Debelaim et
concepit et peperit ei filium Et dixit dominus ad eum Voca nomen
eius Jezrael Quoniam adhuc modicum et visitabo sanguinem
Jezrael super domum Hyeu et quiescere faciam regnum domus
Israel Et in die illa conteram arcum Israel in valle Jez
rael Et concepit adhuc et peperit filiam Et dixit ei Voca
nomen eius absque misericordia Quia non addam ultra mi
sereri domui Israel Sed oblivione obliviscar eorum Et do
mui Juda miserebor et salvabo eos in domino deo suo Et non
salvabo eos in arcu et gladio et bello et in equis et in
equitibus Et ablactavit eam que erat absque misericordia Et concepit
et peperit ei filium Et dixit Voca nomen eius Non populus
meus Quia vos non populus meus et ego non ero vester deus
Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris que sine mensura
est et non numerabitur Et erit in loco ubi dicetur eis Non populus
meus vos dicetur eis Filii dei viventis Congregabuntur sibi
Juda et filii Israel pariter Et ponent sibimet caput unum

Et ascendent de terra quia magnus dies Jezrahel. ij.
Dicite fratribus vestris populus meus et sorori vestre misericordiam II
consecuta. Judicate matrem vestram judicate quoniam
ipsa non est uxor mea et ego non ero vir eius.
Auferat fornicationes suas a facie sua et adulteria sua de medio
uberum suorum. Ne forte expoliem eam nudam et statuam eam
secundum diem nativitatis sue et ponam eam quasi solitudinem et sta-
tuam eam velut terram inviam et interficiam eam siti. Et filiorum
illius non miserebor quoniam filii fornicationum sunt quia fornicata
est mater eorum et confusa est que concepit eos quia dixit
Vadam post amatores meos qui dant panes meos michi
et aquas meas et lanam meam et linum meum oleum meum
et potum meum. Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis
et sepiam eam maceria et semitas suas non inveniet. Et
sequetur amatores suos et non apprehendet eos et queret III
eos et non inveniet. Et dicet vadam et revertar ad virum
meum priorem quia bene michi erat tunc magis quam nunc. Et
hec nescivit quia ego dedi ei frumentum et vinum et oleum
et argentum multiplicavi ei et aurum que fecerunt Baal.
Idcirco convertar et sumam frumentum in tempore suo et liberabo
linum meum et lanam meam que operiebant ignominiam meam
eius. Et nunc revelabo stultitiam eius in oculis amatorum
eius et vir non eruet eam de manu mea. Et cessare faciam
omne gaudium eius sollemnitatem eius et neomeniam
eius et sabbatum eius et omnia festa et tempora eius. Et
corrumpam vineam eius et ficum eius de quibus dixit mer-
cedes mee hec sunt quas dederunt michi amatores mei. Et ponam
eam in saltum et comedet eam bestia agri. Et visitabo super IIII
eam dies Baalim quibus accendebat incensum et ornabatur
inaure sua et monili suo et ibat post amatores suos et
mei obliviscebatur dicit dominus. Propter hoc ecce ego lactabo eam
et ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius. Et dabo
ei vinitores eius ex eodem loco et vallem Achor ad aperi-
endam spem. Et canet ibi iuxta dies iuventutis sue. Et

iuxta dies ascensionis sue de terra egypti Et erit in die illa ait
II dominus vocabit me vir meus et non vocabit ultra Baali
Et auferam nomina Baalim de ore eius et non recordabitur ultra
nominis eorum Et percutiam cum eis fedus in die illa Cum bestia
agri et cum volucre celi Et cum reptili terre Et arcum et gla-
dium et bellum conteram de terra Et dormire eos faciam fidu-
cialiter Et sponsabo te mihi in sempiternum Et sponsabo te mihi in
iusticia et in iudicio et in misericordia et in miserationibus Et spon-
sabo te mihi in fide et scies quia ego dominus Et erit in die illa di-
cit dominus Exaudiam celos et illi exaudient terram et terra exau-
diet triticum et vinum et oleum et hec exaudient Iesrael
Et seminabo eam mihi in terram Et miserebor eius que fuit absque
misericordia Et dicam non populo meo populus meus es tu Et ipse
dicet deus meus es tu / tercium capitulum
III Et dixit dominus ad me Adhuc vade et dilige
mulierem dilectam amico et adulteram
Sicut diligit dominus filios Israel et ipsi respiciunt
ad deos alienos Et diligunt vinacia uvarum Et fodi
eam in xv argenteis et choro ordei Et dimidio choro ordei
Et dixi ad eam Dies multos expectabis me non fornicaberis
Et non eris cum viro Sed et ego expectabo te Quia dies
multos sedebunt filii Israel sine rege et sine principe et sine
sacrificio et sine altari et sine ephoth et sine theraphim
Et post hec revertentur filii Israel Et querent dominum deum
suum et david regem suum Et pavebunt ad dominum et ad
bonum eius in novissimo dierum . iiii.
IIII Audite verbum domini filii Israel Quia iudicium domino
cum habitatoribus terre Non est enim veritas et non est mi-
sericordia et non est sciencia dei in terra Maledictum et men-
dacium et homicidium et furtum et adulterium inundaverunt
et sanguis sanguinem tetigit Propter hoc lugebit terra et
infirmabitur omnis qui habitat in ea Bestie agri et volu-
cres celi sed et pisces maris congregabuntur Verumtamen
unusquisque non iudicet et non arguatur vir populus enim
tuus sicut hii qui contradicunt sacerdoti et corrues hodie

Et corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam.
Et conticuit populus meus eo quod non habuit scientiam. Quia tu scientiam
repulisti, repellam te, et ego ne sacerdotio fungaris michi.
Et quia oblita es legis dei tui, obliviscar filiorum tuorum et
ego. Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt michi. Gloriam eorum
in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent et
ad iniquitatem sublevabunt animas eorum. Et erit sicut populus sic sa-
cerdos. Et visitabo super eum vias eius et cogitationes eius
reddam ei. Et comedent et non saturabuntur. Fornicati sunt
et non cessaverunt, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo.
Fornicatio et vinum et ebrietas aufert cor. Populus meus
in ligno suo interrogavit, et baculus eius annunciavit
ei. Spiritus enim fornicationum decepit eos, et fornicati
a deo suo. Super capita montium sacrificabant et super col-
les accendebant thimiama, subtus quercum et populum
et terebintum, quia bona erat umbra eius. Ideo fornicabuntur
filie vestre et sponse vestre adultere erunt. Non visitabo
super filias vestras cum fuerint fornicate, et super sponsas
vestras cum adulteraverint, quoniam ipsi cum meretricibus conver-
sabantur et cum effeminatis sacrificabant. Et populus non intelli-
gens vapulabit. Si fornicaris tu Israel, non delinquat
saltem Iuda. Et nolite ingredi in Galgala et ne ascenderitis
in Bethaven, neque iuraveritis vivit dominus. Quoniam sicut
vacca lasciviens declinavit Israel. Nunc pascet eos dominus
quasi agnum in latitudine. Particeps ydolorum Effraym. Di-
mitte eum. Separatum est convivium eorum. Fornicatione forni-
cati sunt. Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.
Ligavit eum spiritus in alis suis, et confundentur in sacri-
ficiis suis.

N
Audite hec sacerdotes et attendite, filii Is-
rahel, et domus regis auscultate,
quia vobis iudicium est. Quoniam laqueus fa-
cti estis speculationi et sicut rethe expansum super Thabor,
et victimas declinastis in profundum. Et ego eruditor omnium
eorum. Ego scio Effraym, et Israel non est absconditus

V

a me quia nunc fornicatus est effraym contaminatus
est ysrael Non dabunt cogitaciones suas ut revertantur ad deum
suum Quia spiritus fornicacionis in medio eorum et dominum
non cognoverunt Et respondebit arrogancia ysrael in faciem
eius Et ysrael et effraym in iniquitate sua ruet ruet etiam
judas cum eis In gregibus suis et in armentis suis vadent
ad querendum dominum et non invenient Ablatus est ab eis
In domino prevaricati sunt quia filios alienos genuerunt
Nunc devorabit eos mensis cum partibus suis Clangite bu-
cina in gabaa tuba in rama ululate in bethaven
Post tergum tuum Beniamin Effraym in desolacione
erit in die correctionis In tribubus ysrael ostendi fidem
Facti sunt principes juda quasi assumentes terminum super
eos effundam quasi aquam iram meam Calumniam pa-
ciens effraym fractus est iudicio quoniam cepit abire
post sordes Et ego quasi tinea effraym et quasi putredo do-
mui juda Et vidit effraym languorem suum et judas
vinculum suum Et abiit effraym ad assur et misit
ad regem ultorem Et ipse non poterit sanare vos nec sol-
vere poterit a vobis vinculum Quoniam ego quasi leena
effraym et quasi catulus leonis domui juda Ego ca-
piam et vadam et tollam et non est qui eruat Va-
dens revertar ad locum meum donec deficiatis et queratis
VI In tribulacione sua mane consurgent ad me
Venite et revertamur ad dominum faciem meam Quia ipse cepit et
sanabit nos percuciet et curabit nos Vivificabit
nos post duos dies In die tercia suscitabit nos Et
vivemus in conspectu eius Sciemus sequemurque ut
cognoscamus dominum Quasi diluculum preparatus est egressus
eius Et veniet nobis quasi ymber temporaneus et sero-
tinus terre Quid faciam tibi effraym Quid faciam
tibi juda misericordia vestra quasi nubes matutina Et quasi
ros mane pertransiens propter hoc dolavi in prophetis et occi-
di eos in verbis oris mei Et iudicia mea quasi lux

Quia misericordiam volui et non sacrificium. Et scientiam dei plusquam
holocaustum. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum. Ibi
prevaricati sunt in me. Galaad civitas operantium ydolum
supplantata sanguine. Et quasi fauces virorum latronum partici-
pes sacerdotum in via interficientium pergentes de Sychem quia
scelus operati sunt. In domo Israel ego vidi horrendum, ibi for-
Contaminatus est Israel. Fornicationes Effraim VII
sed et Iuda pone messem tibi cum convertero
captivitatem populi mei. Cum sanare vellem Israel reve-
lata est iniquitas Effraym et Samarie quia operati sunt menda-
cium. Et fur ingressus est spolians latrunculos foris. Et
ne forte dicant in cordibus suis omnem maliciam eorum me re-
cordatum. Nunc circumdederunt eos adinventiones sue coram facie
mea facte sunt. In malicia sua letificaverunt regem et in menda-
ciis principes. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus
a coquente. Quievit paululum civitas a commixtione fermenti
donec fermentaretur totum. Dies regis nostri ceperunt principes
furere a vino. Et extendit manum suam cum illusoribus. Quia appli-
cuerunt quasi clibanum cor suum cum insidiaretur eis. Tota nocte
dormivit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flamme.
Omnes calefacti sunt quasi clibanus et devoraverunt iudices
suos. Omnes reges eorum ceciderunt. Non est qui clamet in eis ad
me. Effraym in populis ipse commiscebatur. Effraym factus est sub-
cinericius qui non reversatur. Comederunt alieni robur eius
et ipse nescivit. Sed et cani effusi sunt in eo et ipse ignoravit.
Et humiliabitur superbia Israel in facie eius. Nec reversi sunt ad dominum
deum suum et non quesierunt eum in omnibus hys. Et factus est Effraym
quasi columba seducta non habens cor. Egyptum invocabant et ad
Assyrios abierunt. Et cum profecti fuerint expandam super eos
rethe meum. Quasi volucrem celi detraham eos. Et cedam
eos secundum auditionem cetus eorum. Ve eis quoniam recesserunt a me.
Vastabuntur quia prevaricati sunt in me et ego redemi eos. Et
ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et non clamaverunt ad
me in corde suo sed ululabant in cubilibus suis. Super triticum

vertes eorum in gladio ... perdet. Sed ... subsannatam eorum se facit deus ... dicens nescire dicunt in cordibus
... sicut ... promittit ut cogitent ex ... patris primum puniens eos ... in ... pro malicia
suis quas invenerunt circumdati sunt pena et mala eorum sicut putant non possunt me latere sed potius ipse adinvente
sue apte sunt coram me facie mea quo omnia clare video etc.

Ve eis dicit antiqua poena parentum filiis ingerat ... dominus et peccata pri[illegible]

ruminabant Recesserunt a me et ego erudivi eos et confor-
tavi brachia eorum Et in me cogitaverunt maliciam Reversi sunt
ut essent absque iugo facti sunt quasi arcus dolosus Cadent
in gladio principes eorum a furore lingue sue Ista subsan-
natio eorum in terra egypti. viii.
VIII In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini
pro eo quod transgressi sunt fedus meum et legem meam
prevaricati sunt Me invocabunt deus meus cognovimus [alibi fecerunt sibi regem et non ex me principem et non per consilium meum]
te israel proiecit bonum israel inimicus persequetur eum Ipsi
regnaverunt et non ex me principes extiterunt et non cognovi
Argentum suum et aurum suum fecerunt sibi ydola ut interirent
Proiectus est vitulus tuus samaria Iratus est furor meus
in eis usquequo non poterunt emundari Quia ex israel et
ipse est Artifex fecit illum et non est deus Quoniam in ara-
nearum telas erit vitulus samarie Quia ventum se-
minabunt et turbinem metent Culmus stans et non est in eo
germen Non faciet farinam quod et si fecerit alieni comedent
eam Devoratus est israel Nunc factus est in nationibus quasi
vas immundum Quia ipsi ascenderunt ad assur Onager
solitarius sibi effraym munera dederunt amatoribus suis
Sed et cum mercede conduxerint nationes Nunc congregabo
eos et quiescent paulisper ab onere regis et principum Quia
multiplicavit altaria ad peccandum facte sunt ei are in
delictum Scribam eis multiplices leges meas Que velut
aliene computate sunt Hostias afferent ymolabunt
carnes et comedent Et dominus non suscipiet eas Nunc re-
cordabitur iniquitates eorum et visitabit peccata eorum ipsi in e-
gyptum convertentur Et oblitus est israel factoris sui Et edi-
ficavit delubra et iudas multiplicavit urbes muni-
tas Et mittam ignem in civitates eius Et devorabit edes
IX Noli letari israel Noli exultare sicut illius
populi Quia fornicatus es a deo tuo Dilexisti
mercedem super omnes areas tritici Area et
torcular non pascet eos et vinum mentietur eis
Non habitabunt in terra domini Reversus est effraym in
egyptum Et in assyriis pollutum comedit Non libabunt

domini domino et non placebunt ei sacrificia eorum quasi panis lu-
gentium omnes qui eum comedunt contaminabuntur Quia
panis eorum anime ipsorum non intrabunt in domum domini Quid facietis
in die solemni in die festiuitatis domini Ecce enim profecti
sunt a vastitate Egyptus congregabit eos Memphis sepeliet
eos Desiderabile argentum eorum vrtica hereditabit lappa in
thabernaculis eorum Venerunt dies visitationis venerunt dies retri-
butionis Scitote ysrael stultum prophetam insanum virum spiritua-
lem propter multitudinem iniquitatis tue et multitudinem

alibi fe[runt] sibi regem et non per me principem et non per consilium ...

amentie tue Speculator effraym cum deo meo propheta laqueus
ruine factus est super omnes vias eius insania in domo dei eius
Profunde peccauerunt sicut in diebus Gabaa Recordabitur
iniquitates eorum et visitabit peccata eorum Quasi vuas in
deserto inueni ysrael Et quasi prima poma ficulnee in ca-
cumine eius vidi patres eorum Ipsi autem intrauerunt ad Belphe-
gor Et abalienati sunt in confusionem Et facti sunt abho-
minabiles sicut ea que dilexerunt Effraym quasi auis volauit
Gloria eorum a partu et ab utero et a conceptu Quod si enutri-
erunt filios suos absque liberis eos faciam in hominibus Sed
incarnato mea ex eis
etiam ve eis cum recessero ab eis Effraym vt vidi
tyrus erat fundata in pulchritudine et effraym educet ad inter-
fectorem filios suos Da eis domine Quid dabis eis Da
eis vuluam sterilem sine liberis et vbera arentia Om-
nes nequicie eorum in galgala quia ibi exosos habui
eos Propter maliciam adinuentionum eorum de domo mea
eiciam eos Non addam ut diligam eos Omnes principes
eorum recedentes Percussus est effraym radix eorum exiccata
est fructum nequaquam facient Quod et si genuerint inter-
ficiam amantissima uteri eorum Abiciet eos dominus deus meus
Quia non audierunt eum et erunt vagi in nationibus

X

Vitis frondosa ysrael fructus adequatus est
ei Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit
altaria iuxta vbertatem terre sue exuberauit
simulacris Diuisum est cor eorum nunc interibunt Ipse

confringet simulacra eorum depopulabitur aras eorum Quia nunc
dicent Non est rex nobis Non enim timemus dominum et rex quid
faciet nobis Loquimini verba visionis inutilis et ferietis
fedus cum mendacio Et germinabit quasi amaritudo iudicium super
sulcos agri vaccas Bethauen coluerunt habitatores Sama
rie Quia luxit super eum populus eius et editui eius super
eum exultauerunt in gloria eius Quia migrauit ab eo Si
quidem et ipse in Assur delatus munus regi vltori Con
fusio Effraym capiet et confundetur Israel in voluntate sua Tran
sire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem
aque Et disperdentur excelsa idoli peccatum Israel Lappa et tri
bulus ascendet super aram eorum et dicent montibus operite
nos et collibus cadite super nos Ex diebus Gabaa peccauit
Israel ibi steterunt et non comprehendet eos in gabaa prelium
super filios iniquitatis iuxta desiderium meum corripiam eos
congregabuntur super eos populi cum corripientur propter duas ini
quitates suas Effraym docta vitula diligere trituram
et ego transiui super pulchritudinem colli eius ascendam super
Effraym arabit Iudas confringet sibi sulcos Iacob Se
minate vobis in veritate iusticiam et metite in ore misericordie
innouate vobis nouale Tempus enim requirendi dominum
docebit vos iusticiam Arastis impietatem et messuistis
impietatem Comedistis frugem mendacii Quia confisus
es in viis tuis in multitudine fortium tuorum Consurget
tumultus in populo tuo Et omnes munitiones tue vasta
buntur Sicut vastatus est Salmana a domo eius qui
mendicauit Baal in die prelii mater super filios et allisa
Sic fecit vobis Bethel a facie malicie nequitiarum vestrarum

XI

Sicuti mane transit pertransiit rex Israel
Quia puer Israel et dilexi illum Ex egypto
vocaui filium meum Vocauerunt eos sic sicut
abierunt a facie eorum Baalim immolabant et simulacris
sacrificabant Et ego sum quasi nutritius Effraym portabam
eos in brachiis meis et nescierunt quod curarem eos In funiculis

Adam traham eos et in vinculis caritatis et ero eis quasi exaltans
iugum super maxillas eorum et declinavi ad eum ut vesceretur
Non revertetur in terram Egypti et Assur ipse rex eius
quoniam noluerunt converti Cepit gladius in civitatibus
eius et consumet electos eius et comedet capita eorum
Et populus meus pendebit ad reditum meum iugum autem
imponetur ei simul quod non auferetur Quomodo dabo te Effraym
protegam te Israel quomodo dabo te sicut Adama ponam
te ut Zeboym conversum est in me cor meum pariter contur
bata est penitudo mea Non faciam furorem ire mee et non
revertar ut disperdam Effraym quoniam deus ego et non homo in me
dio tui sanctus et non ingrediar civitatem Post dominum ambulabunt
quasi leo rugiet quia ipse rugiet et formidabunt filii maris
et avolabunt quasi avis ex Egypto et quasi columba de terra Assiri
orum et collocabo eos in domibus Israhel Iudas autem testis
descendit cum deo et cum sanctis fidelis c. xii

XII

Effraym pascit ventum et sequitur estum tota die
mendacium et vastitatem multiplicat et fedus cum
Assiriis iniit et oleum in Egyptum ferebat Iudi
cium ergo domini cum Iuda et visitatio super Iacob iuxta
vias eius et iuxta adinventiones eius reddet ei In utero
supplantavit fratrem suum et in fortitudine sua directus est
cum angelo et invaluit ad angelum et confortatus est flevit
et rogavit eum in Bethel invenit eum et ibi locu
tus est nobiscum Et dominus deus exercituum dominus memoriale
eius Et tu ad deum tuum converteris misericordiam et iu
dicium custodi et spera in deo tuo semper Chanaan in ma
nu eius statera dolosa calumniam dilexit Et dixit Effraym
Verumtamen dives effectus sum inveni ydola mihi omnes
labores mei non invenient mihi iniquitatem quam peccavi Et
ego dominus deus tuus de terra Egypti adhuc sedere te
faciam in tabernaculis sicut in diebus festivitatis Et locu
tus sum super prophetas et ego visionem multiplicavi et in
manu prophetarum assimilatus sum Si in Galgal (Galaad) ydolum.

erant
vanie frustra. In galgala bobus immolantes. Nam
et altaria eorum quasi acervi super sulcos agri. Fugit Iacob in
regionem syrie et servivit israhel in uxorem et in uxore servavit.
In propheta autem eduxit dominus israel de egypto et in propheta
servatus est. Ad iracundiam me provocavit effraym in amaritudini-
bus suis. Et sanguis eius super eum veniet. et obprobrium
eius restituet ei dominus deus suus. XIII c.

XIII

Loquente effraym horror invasit israel. et deli-
quit in baal et mortuus est. Et nunc addiderunt
ad peccandum. feceruntque sibi conflatile de argento suo
quasi similitudinem ydolorum factura artificum totum est. hiis
ipsi dicunt immolate homines vitulos adorantes. Ideo erunt
quasi nubes matutina. et sicut ros matutinus preteriens.
Sicut pulvis turbine raptus ex area. et sicut fumus
de fumario. Ego autem dominus deus tuus ex terra egypti. et deum
absque me nescies. et salvator non est preter me. Ego agnovi
te in deserto in terra solitudinis. Iuxta pascua sua adimpleti
sunt. et saturati elevaverunt cor suum. Et obliti sunt mei. Et
ego ero eis quasi leena sicut pardus in via assiriorum. Occurram
eis quasi ursa raptis catulis. et disrumpam interiora iecoris
eorum. Et consumam eos ibi quasi leo bestia agri scindet eos.
Perditio tua ex te israel tantummodo in me auxilium tuum. Ubi est
rex tuus. Maxime salvet te in omnibus urbibus tuis. et iu-
dices tui de quibus dixisti. Da mihi regem et principes. Da-
bo tibi regem in furore meo. et auferam indignatione
mea. Colligata est iniquitas effraym absconditum peccatum
eius. Dolores parturientis venient ei. ipse filius non
sapiens. Nunc enim non stabit in contritione filiorum. De manu mortis
liberabo eos. de morte redimam eos. Ero mors tua o
mors. morsus tuus ero inferne. Consolatio tua ab-
scondita est ab oculis meis. quia ipse inter fratres dividit.
Adducet urentem ventum dominus de deserto ascendentem. et
siccabit venas eius. Et desolabit fontem eius. Et ipse
diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. Pereat

Decretum viii q. i audacter
fortasse aliquid dicam. tamen
quod scriptum est dicam. Non secundum
cor meum principes populi et iudices
eorum per dei arbitrium dari; sed
pro merito nostro disponi. Si
mali sunt actus nostri et operamur
maligna in conspectu dei, dantur
nobis principes secundum cor nostrum
et hoc tibi de scripturis sanctis
probabo. Audi namque quod dicat
dominus: Fecerunt sibi regem et non
per me; principes et non per
consilium meum. Et hoc dictum
videtur de Saule ... quem
utique deus elegerat et regem
fieri ~~...~~ iusserat. ... quem non secundum dei voluntatem
et ... de rectore ecclesie. et ... morum xxiv c. i ... quando ... nobis illos preesse despicimus ... nos regimina
quod dum furore suscepimus ... sed scilicet instituta sed secundum ... rectores ... in illorum actione colligimus quid ... nostra
... principes ... et ... dum Saulem protulit. Sed sub
sequente culpa ... quod ... sic ergo ... subditorum
... regimen ut sepe ... regimine permittente ... de Saule ... sacra
scriptura ... dignitate ... aut ... arguendis et accusandis
eius ... sit ... subditorum ... a deo vita rectorum ...

Samariam quoniam ad iracundiam concitavit deum suum gladio pereat
parvuli eius elidantur et fete eius distendantur. Alias di-
Converte Israhel ad dominum deum tuum. Al. scindantur. XIIII
tuum quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite
vobiscum verba et convertimini ad dominum et dicite
ei Omnem aufer iniquitatem et accipe bonum et reddemus
vitulos labiorum nostrorum. Assur non salvabit nos, super equum
non ascendemus. Nec dicemus ultra Dii nostri opera manuum nostrarum
quia eius qui in te est misereberis pupilli. Sanabo contritiones
eorum et diligam eos spontanee quia versus est furor meus
ab eis. Ero quasi ros et Israhel germinabit sicut lilium et erumpet
radix eius ut libani. Ibunt rami eius et erit quasi oliva
gloria eius et odor eius ut libani. Convertentur sedentes in
umbra eius vivent tritico et germinabunt quasi vinea.
Memoriale eius sicut vinum libani. Effraym quid mihi ultra ydola
Ego exaudiam et dirigam eum. Ego ut abietem virentem, ex
me fructus tuus inventus est. Quis sapiens et intelliget ista
intelligens et sciet haec. Quia rectae viae domini et iusti am-
bulabunt in eis praevaricatores vero corruent in eis.

Prologus Iohelis prophete. Incipit

Sanctus Iohel apud Hebreos post Ozee
ponitur et sicut ibi sub nomine Effraym ad x
tribus confertur vaticinium quod ubi Samariam
nel Israhel saepe memorantur. Sic in hunc pro-
phetam omne quod dicitur ad tribum Iuda et ad Ierusalem pro-
tinere credendum est et nullam omnino Israhelis id est x tribuum
in hoc fieri mentionem. Tempora quoque ab hoc constituit. Eadem debe-
mus accipere quae in Ozee legimus in diebus Ozie Ioathan Achaz
et Ezechie regum Iuda et in diebus Ieroboam filii Ioas
regis Israhel. Porro factum esse sermonem domini ad meritum
eius refertur cui fit non ad condicionem eius qui fieri dicitur.
Et alibi legimus Dominus fortis est vir in salutem. Auditus autem
in scripturis sanctis non est iste qui in aure sonat sed qui
in corde percipitur iuxta illud quod dominus loquitur in evangelio

Qui habz aures audiendi audiat Qz at dicit e Moni occi-
entis etiam in hebreo latine sonat auribus papis percipietur
proprie non aure sed corde percipitur Qui senes sunt et cele-
stes audiant spiritualiter Qui at habitant in terra habitatores terre
appellantur qui tremis auribus percipiunt Vbicumque autem hec duo
verba iuncta ponuntur non ad simplicem tantum verborum sonum sed ad
recondita quoque dictorum intelligenciam pertinent In Genesi
Lamech loquitur ad uxores suas Ada et Sella Audite
verba mea uxores Lamech Auribus percipite sermones meos
Quia virum occidi in vulnus meum Et iuvenem in livorem
meum Et ysaias Audite celi et auribus percipe terra

Iohel filius phatuel describit Alius prologus
etiam xii tribuum eruca brucho locusta rubigine
consumptam vastitate et post eversionem prioris populi effusum
iri spiritum sanctum super servos dei et ancillas i super cxx
credencium nomina hominum effusum vel in cenaculo montis syon
Qui ab uno cxx usque ad xv paulatim et per incrementa
surgentes xv graduum numerum efficiunt qui in psalterio mistice
continentur Ex tribus igitur generibus rethorum hec sumuntur principia
et tres sunt argumentorum partes Ex quibus de maiore omnis
orator aut enim dociles aut benivolos aut attentos au-
ditores debet efficere Hic quoque propheta in magnitudine cladis sermonis
principium eos quos auditurus erant volens ad primam iurore
reddit intentos annuncians futura mala Et considerantes
venture cladis asperitatem omnes arriperent primam Iubet
propheta iddeo non tempora sunt proposita Quia hisdem temporibus et
regibus quibus osee prophetavit Iohel interpretatur inci-
piens quidam descensus tropologice hoc est qui hostium
dei et stiam dei habuit apte recte incipit prophetare
Iohel de tribu Ruben natus magno bethorem vir
etiam in pace mortuus est atque sepultus

Iohelis liber

Verbum domini quod factum est ad Iohel
filium phatuel Audite hec senes et au-
ribus percipite omnes habitatores terre si fa-
ctum est istud in diebus vestris aut in diebus
patrum vestrorum. Super hec filiis vestris enarrate
Et filii vestri filiis suis Et filii eorum gene-
rationi altere Residuum eruce comedit locusta Et residu-
um locuste comedit bruchus Et residuum bruchi comedit
rubigo Expergiscimini ebrii Et flete et ululate omnes
qui bibitis vinum in dulcedine quoniam periit ab ore vestro
Gens enim ascendet super terram meam fortis et innumerabilis
Dentes eius ut dentes leonis et molares eius ut catu-
li leonis Posuit vineam meam in desertum et ficum meam decor-
ticavit Nudans spoliavit eam et proiecit et albi facti sunt
rami eius Plange quasi virgo accincta sacco super virum
pubertatis sue Periit sacrificium et libatio de domo domini
et luxerunt sacerdotes ministri domini Depopulata est regio
Luxit humus quoniam devastatum est triticum Confusum est vinum
et elanguit oleum Confusi sunt agricole Ululaverunt
vinitores super frumento vino et ordeo quia periit messis
agri Confusa est vinea et ficus elanguit malogranatum
et malum et palma et omnia ligna agri aruerunt Quia
confusum est gaudium a filiis hominum Accingite vos et plan-
gite sacerdotes ululate ministri altaris Ingredimini cubate
in sacco ministri dei mei Quoniam interiit de domo dei vestri
sacrificium et libatio Sanctificate ieiunium vocate cetum
Congregate senes et omnes terre habitatores in domum domini
dei vestri et clamate ad dominum a a a diei Quoniam
prope est dies domini et quasi vastitas a potente veniet Numquid
non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo dei vestri
leticia et exultatio Computruerunt iumenta in stercore
suo / demollita sunt horrea / dissipate sunt apothece

qm̄ confusum ē triticū Quid ingemuit aīal mugierunt
greges armēti / qm̄ nō est pascua eis Sz z greges pecoꝝ dispe-
rierūt Ad te dn̄e clamabo Quoniā ignis comedit spe-
ciosa deserti Et flāma succendit om̄ia ligna regionis. Sed et
bestie agri q̄si area sitiēs ymbrē Suspexerūt ad te qm̄
exsiccati sunt fontes aquaꝝ / et ignis deuorabit speciosa
II Canite tuba in Syon vlulate in deserti
mōte sancto meo conturbent̄ oēs habitatores
terre / qm̄ venit dies dn̄i / quia ꝓpe est dies
tenebraꝝ et caliginis / dies nubis et turbinis / q̄si mane
expansum sup̄ mōtes ꝑpls multus et fortis Similis ei a prin-
cipio nō fuit et post eū nō erit usqꝫ ad ānos generationis
et generatōis Ante faciē eius ignis vorās et post eū exurens
flāma Quasi ortꝰ voluptatis t̄ra coraꝫ eo / et pꝰ eū solitudo
deserti Nec ē q̄ effugiet eū Quasi aspectus equoꝝ aspectꝰ eoꝝ
et q̄si equites sic current / sicut sonitꝰ q̄drigaꝝ sup̄ capita mō-
tiū exilient Et sicut sonitꝰ flāme ignis deuorātis stipulā
velut ꝑpls fortis ꝑparatus ad p̄liū A facie eius cruciabunt̄
ꝑpli Omēs vultꝰ redigent̄ in ollam Sicut fortes current
et q̄si viri bellatores ascendēt murū Viri in vijs suis gradient̄
Et nō declinabūt a semitis suis Vnusquisqꝫ fr̄em suū nō co-
artabit. singli i calle suo ambulabūt Sz ꝑ fenestras [illegible]
cadent Et nō demolient̄ Urbem ingredient̄ in muro cur-
rent domos cōscendēt. per fenestras intrabūt q̄si fur A facie
eius cōtremuit t̄ra mota sūt celi Sol et luna obtene-
brati st̄ / et stelle retraxerūt splendorē suū Et dn̄s dedit
vocē suā an̄ faciē exercitus sui Quia multa st̄ nimis
castra eiꝰ / quia fortia / et facientia v̄bū eius Magnus em̄
dies dn̄i et terribilis valde Et quis sustinebit eum
Nūc ergo dicit dn̄s Conuertimini ad me i toto corde vr̄o
In ieiunio et fletu et planctu Et scindite corda vr̄a
et nō vestimēta vr̄a Et conuertimini ad dn̄m deū vestrū

Quia benignus et misericors patiens et multe misericordie et
prestabilis super maliciam. Quis scit si convertatur et ignoscat
deus et relinquat post se benedictionem sacrificium et libamen
domino deo nostro. Canite tuba in syon sanctificate ieiunium
vocate cetum congregate populum sanctificate ecclesiam coa-
dunate senes congregate parvulos et sugentes ubera
egrediatur sponsus de cubili suo et sponsa de thalamo suo
Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes et ministri domini
et dicent Parce domine parce populo tuo et ne des hereditatem
tuam in opprobrium ut non dominentur eis nationes Quare
dicunt in populis Ubi est deus eorum Zelatus est dominus terram suam
et pepercit populo suo Et respondit dominus et dixit populo suo Ecce
ego mittam vobis frumentum vinum et oleum et replebimini
in eis Et non dabo vos ultra in opprobrium in gentibus
Et eum qui ab aquilone est procul faciam a vobis Et ex-
pellam eum in terram inviam et desertam faciem eius con-
tra mare orientale et extremum eius ad mare novissimum
Et ascendet fetor eius et ascendet putredo eius quia
superbe egit Noli timere terra exulta et letare quoniam
magnificavit dominus ut faceret Nolite timere animalia regionis
quia germinaverunt speciosa deserti Quia lignum attulit fru-
ctum suum ficus et vinea dederunt virtutem suam Et filii
syon exultate et letamini in domino deo vestro Quia de-
dit vobis doctorem iusticie Et descendere faciet ad vos
ymbrem matutinum et serotinum sicut in principio Et imple-
buntur aree frumento et redundabunt torcularia vino et
oleo et reddam vobis annos quos comedit locusta et bruchus
et rubigo et eruca fortitudo mea magna quam misi in
vos Et comedetis vescentes et saturabimini et laudabitis
nomen domini dei vestri qui fecit vobiscum mirabilia Et non
confundetur populus meus in sempiternum Et scietis quia in me-
dio ysrael ego sum et ego dominus deus vester Et non est

amplius et non confundetur populus meus in eternum
Et erit post hec effundam spiritum meum super
omnem carnem et prophetabunt filii vestri et filie
vestre senes vestri sompnia videbunt sompniabunt et
iuvenes vestri visiones videbunt Sed et super servos meos et
ancillas meas in diebus illis effundam spiritum meum et dabo
prodigia in celo et in terra et sanguinem et ignem et vaporem
fumi Sol vertetur in tenebras et luna in sanguinem antequam
veniat dies domini magnus et horribilis Et erit omnis quicumque
invocaverit nomen domini salvus erit Quia in monte Syon et in
Jerusalem erit salvatio sicut dixit dominus et in residuis quos

capitulum alias tercium

Quia ecce in diebus illis dominus vocaverit
et in tempore illo cum convertero captivitatem iuda et
ierusalem congregabo omnes gentes et deducam
eas in vallem Josaphat et disceptabo cum eis ibi super populo
meo et hereditate mea israel quos disperserunt in nationibus
Et terram meam diviserunt Et super populum meum miserunt sortem
Et posuerunt puerum in prostibulo Et puellam vendiderunt
pro vino ut biberent Verum quid mihi et vobis Tyrus
et Sydon et omnis terminus palestinorum Numquid ultionem
vos reddetis mihi Et si ulciscimini vos contra me cito et ve
lociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum Argentum
enim meum et aurum tulistis Et desiderabilia mea et pul
cherrima mea intulistis in delubra vestra Et filios iuda
et filios Jerusalem vendidistis filiis grecorum ut longe fa
ceretis eos de finibus suis Ecce ego suscitabo eos de
loco in quo vendidistis eos et convertam retributionem vestram
in caput vestrum et vendam filios vestros et filias vestras
in manibus filiorum iuda Et venundabunt eos Sabeis gen
ti longinque quia dominus locutus est Clamate hoc in
gentibus sanctificate bellum suscitate robustos accedant
viri bellatores Concidite aratra vestra in gladios et

ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat quia fortis sum ego
Erumpite et venite omnes gentes de circuitu et congregamini
ibi. Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Consurgant
et ascendant gentes in vallem iozephat quia ibi sedebo
ut iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces quoniam matura-
vit messis. Venite et descendite quia plenum est torcular et ex-
uberant torcularia quia multiplicata est malicia eorum. Populi
in valle concisionis quia iuxta est dies domini in valle
concisionis. Sol et luna obtenebrati sunt et stelle retraxe-
runt splendorem suum. Et dominus de syon rugiet et de
ierusalem dabit vocem suam et movebuntur celi et terra
Et dominus spes populi sui et fortitudo filiorum israel. Et scietis quia
ego dominus deus vester habitans in syon in monte sancto meo. Et
erit ierusalem sancta et alieni non transibunt per eam amplius
Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinem et colles
fluent lacte. Et per omnes rivos iuda ibunt aque et fons
de domo domini egredietur et irrigabit torrentem spinarum
Egyptus in desolationem erit et ydumea in desertum perditionis
Pro eo quod inique egerunt in filios iuda et effuderunt san-
guinem innocentem in terra sua. Et iudea in eternum habitabit
et in ierusalem in generatione et generationem et mundabo sanguinem
eorum quem non mundaveram et dominus commorabitur in syon

Incipit prologus in librum Amos prophete

Amos pastor et rusticus et ruborum mora
distringens paucis verbis explicari non
potest. Amos enim digne exprimat tria
et quattuor scelera Damasci, Gaze, Tyri
ydumee filiorum Amon et Moab et in
septimo octavoque gradu Iude et Israhel
Hic loquitur ad vaccas pingues que sunt in monte Sa-
marie et ruituram domum maiorem et minorem testatur.
Ipse cernit fictorem locuste et stantem dominum super murum

Vel adamantinum vinctum penam auferente supplicia pro
catoribus et famem mittam non famem panis neque sitim aque
Visio Amos qui fuit in sed audiendi verba dei
de pastoribus de Thecue que vidit super Israel in
diebus Ozie regis Iuda et in diebus Ieroboam
I filii Ioas regis Israel ante duos annos terre motus Et dixit
Dominus de Syon rugiet et de Ierusalem dabit vocem suam et lu
xerunt speciosa pastorum et exsiccatus est vertex carmeli Hec
dicit dominus super tribus sceleribus Damasci et super quattuor non
convertam eum eo quod trituraverunt in plaustris ferreis
Galaad et mittam ignem in domum Azael et devorabit dom
os Benadab et conteram vectem Damasci et disperdam
habitatorem de campo ydoli et tenentem sceptrum de domo vo
luptatis et transferetur populus Syrie Cyrenen dicit
dominus Hec dicit dominus super tribus sceleribus Gaze et devorabit et
super quattuor non convertam eum eo quod transtulit captivitatem perfectam
ut concluderet eam in Ydumea et mittam ignem in murum Gaze
et devorabit edes eius et disperdam habitatorem de Azoto et
tenentem sceptrum de Ascalone et convertam manum meam super
Accaron et peribunt reliquie Philistinorum dicit dominus deus Hec dicit
dominus deus super tribus sceleribus Tyri et super quattuor non con
vertam eum eo quod concluserunt captivitatem perfectam in Ydumeam
et non sunt recordati federis fratrum et mittam ignem in
murum Tyri et devorabit edes eius Hec dicit dominus deus super
tribus sceleribus Edom et super quattuor non convertam eum eo quod
persecutus sit in gladio fratrem suum et violaverit misericordiam eius
et tenuerit ultra furorem suum et indignationem suam servaverit
usque in finem Mittam ignem in Theman et devorabit edes
Bosre Hec dicit dominus super tribus sceleribus filiorum Amon
et super quattuor non convertam eum eo quod dissecuerit pregnantes
Galaad ad dilatandum terminum suum Et succendam ignem
in muro Rabaath et devorabit edes eius in ululatu in die

[illegible]uus d' q di j. sup tribus
[illegible] uus tropoliam hic possunt
[illegible] primum peccatum est cogitare
[illegible] que mala sunt Secundo
[illegible]gitacionibus acsensisse q
[illegible]ibus Tercium quod mete de
[illegible]eius ope complesse Quartum
[illegible]ost peccatum non agere penitenciam
[illegible]t sua sibi placere delicta

belli et in turbine, et in die commotionis, et ibit melchom
id est rex amonitarum in captivitatem ipse et principes eius simul
dicit dominus Hec dicit dominus super tribus sceleribus moab et
super quatuor non convertam eum eo quod incenderit ossa regis y-
dumee usque ad cinerem mittam ignem in moab et devorabit
edes eius Carioth et morietur in sonitu moab Et in clangore
tube, et disperdam iudicem de medio eius et omnes principes eius int-
Hec dicit dominus ficiam cum eo dicit dominus II
de super tribus sceleribus et super quattuor non con-
vertam eum eo quod abiecerunt legem domini et manda-
ta eius non custodierunt deceperunt enim eos ydola sua
post que abierunt patres eorum Et mittam ignem in iuda et
devorabit edes Ierusalem Hec dicit dominus deus super tribus
sceleribus Israel et super quattuor non convertam eum eo quod
argento iustum et pauperem pro calciamentis Qui conterunt
super pulverem terre capita pauperum et viam humilium decli-
nant Et filius et pater eius ierunt ad puellam, ut violarent
nomen sanctum meum Et super vestimentis pignoratis accubue-
runt iuxta omne altare Et vinum dampnatorum biberunt in do-
mo dei sui Ego autem exterminavi Amorreum a facie eorum
Cuius altitudo cedrorum altitudo eius, et fortis ipse quasi que-
rcus Et contrivi fructum eius desuper Et radices eius
subter Ego sum qui ascendere vos feci de terra Egypti Et
duxi vos in deserto xl annis ut possideretis terram amorrei
Et suscitavi de filiis vestris prophetas et de iuvenibus vestris naza-
reos Numquid non ita est filii Israel dicit dominus Et propinabatis
nazareis vinum et prophetis mandabatis dicentes Ne prophetetis
Ecce ego stridebo super vos sicut stridet plaustrum onustum
feno Et peribit fuga a veloce et fortis non obtinebit
virtutem suam, et robustus non salvabit animam suam Et tenens
arcum non stabit, et velox pedibus non salvabit Et ascensor
equi non salvabit animam Et robustus corde inter fortes
nudus fugiet in die illa Dicit dominus Capitulum iii

Audite verbum quod locutus est dominus super vos
filii Israhel super omnem cognationem quam eduxi de terra
III Egypti dicens. Tantummodo vos cognovi ex omnibus
cognationibus terre idcirco visitabo super vos omnes iniquitates ve-
stras. Numquid ambulabunt duo pariter nisi convenerit eis. Num-
quid rugiet leo in saltu nisi habuerit predam. Numquid dabit
catulus leonis vocem de cubili suo nisi aliquid apprehenderit. Num-
quid cadet avis in laqueum terre absque aucupe. Numquid
auferetur laqueus de terra antequam aliquid ceperit. Si clanget tuba
in civitate quod dominus et populus non expavescet. Si malum fuerit
in civitate quod dominus non fecerit. Quia non faciet dominus deus
verbum nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas. Leo
rugiet quis non timebit. Dominus deus locutus est quis non propheta-
bit. Audite facite in edibus Azoti et in edibus terre Egypti et
dicite. Congregamini super montes Samarie et videte insa-
nias multas in medio eius et calumniam patientes in penetra-
libus eius. Et nescierunt facere rectum dicit dominus deus. Thesau-
rizantes iniquitatem et rapinas in edibus suis. Propterea hec dicit
dominus Quomodo si eruat deus. Tribulabitur et circuietur terra et
detrahetur ex te fortitudo tua et diripientur edes tue. Hec dicit
dominus. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura
aut extremum auricule sic eruentur filii Israhel qui habitant in
Samaria in plaga lectuli et in Damasci grabato. Audite
et contestamini in domo Iacob dicit dominus deus exercituum. Quia
in die cum visitare cepero prevaricationes Israhel super eum visi-
tabo et super altaria Bethel et amputabuntur cornua
altaris et cadent in terram. et percutiam domum hyemalem cum do-
mo estivali. et peribunt domus eburnee et dissipabuntur
Audite verbum hoc / edes multe dicit domi-
nus vacce pingues que estis in monte Samarie
IIII que calumniam facitis egenis / et confringitis

pauperes que dicitis dominis vestris Afferte et bibemus Iurauit
dominus deus in sancto suo Quia ecce dies venient super vos / et
leuabunt vos in contis. et reliquias vestras in ollis ferventibus
et per aperturas exibitis Altera contra alteram et proiciemini
in Armon dicit dominus Venite ad Bethel et impie agite
ad Galgalam et multiplicate preuaricationem Et offerte mane
victimas vestras tribus diebus decimas vestras Et sacrificate de fermento
laudem Et vocate voluntarias oblaciones et annunciate Sic
enim voluistis filii Israel Dicit dominus deus Unde et ego dedi
vobis stuporem dencium in cunctis urbibus vestris indigenciam
panis in omnibus locis vestris Et non estis reuersi ad me dicit dominus
Ego quoque prohibui a vobis imbrem. cum adhuc tres menses
superessent usque ad messem Et plui super ciuitatem unam et super
ciuitatem alteram non plui pars una conpluta est Et pars
super quam non plui aruit Et venerunt due et tres ciui
tates ad ciuitatem unam ut biberent aquam et non sunt saciate
Et non redistis ad me dicit dominus Percussi vos in vento urente et in
aurugine multitudinem ortorum vestrorum et vinearum vestrarum
Oliueta vestra et ficeta vestra comedit eruca Et non redistis
ad me. dicit dominus Misi in vos mortem in via egypti Per
cussi in gladio iuuenes vestros usque ad captiuitatem equorum
vestrorum. Et ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares
vestras Et non redistis ad me dicit dominus Quapropter hec fa
ciam tibi domus israel Postquam autem hec fecero tibi preparare
in occursum dei tui Quia ecce formans montes / et creans
ventum et annuncians homini eloquium suum / faciens ma
tutinam nebulam / et gradiens super excelsa terre dominus deus

V

Audite verbum istud / exercituum nomen eius
quod ego leuo super vos planctum domus israel
Cecidit et non adiciet ut resurgat Virgo israel
proiecta est in terra sua non est qui suscitet eam
Quia hec dicit dominus deus Urbs de qua egrediebantur

Glo. super Ezechiele [illegible]
pena iii pluit [illegible]
que proxime [illegible] ab aliis [illegible]
sic corrigit una [illegible]
ciuitas propter conplu[illegible]
et propter arida [illegible]
sunt qui in quadam [illegible]
[illegible] in aliis [illegible]
[illegible]
at qui non ad dominum [illegible]
sed ad detestationem [illegible]
adeo [illegible]
conpluta quia [illegible]
[illegible] detestari incipit [illegible]
[illegible]
ad detestationem pluuia [illegible]
quia de fonte [illegible]
instillatur ut sic [illegible]
vera [illegible]
[illegible] primatum quia diuturne
delectacionis [illegible] magis sibi
[illegible] accumulasset [illegible]

mille relinquent^r in ea centū Et de qua egrediebātur centum
relinquent^r in ea decē i domo isrl̄ Quia hec dt dns domui isrl̄
Querite me et vivetis et nolite querere Bethel et i Galgala
nolite intrare Et in Bersabee nō transibitis Quia galgala
captiua ducetur et Bethel erit inutilis Querite dominum et vi
uite Ne forte comburatur ut ignis domus Joseph et devorabit
et nō erit qui extinguat Bethel Qui conuertitis i absinthio
iudiciū et iusticiā in terra relinquitis facientē arcturū et
orionē et conuertentē i mane tenebras et diē nocte mutā-
tem Qui vocat aquas maris et effundit eas sup faciē tre
dns nomē eius Qui subridebit vastitatē sup robustum
et depopulationem super potentē affert Odio habuerunt
in porta corripientē et loquentem perfecte abhominati sunt Id-
circo pro eo qd diripiebatis pauperem et predam electam tollebatis
ab eo Domus quadro lapide edificabitis et nō habitabitis in
eis Vineas amantissimas plantabitis et nō bibetis vinū earū
Quia cognoui multa scelera vrā et fortia peccata vrā hostes
iusti accipientes munera et pauperes in porta deprimentes Ideo
prudens in tpe illo tacebit qua tempus malū est Querite
bonū et nō malū ut vivatis et erit dns exercituū vobiscū
sicut dixistis Odite malū et diligite bonū Constituite in
porta iudiciū Si forte misereatur dns exercituū reliquijs Jose-
ph Propterea hec dicit dns dominator In omnibus plateis planct^9
et in cunctis que foris sunt dicetur · ve · ve · Et vocabunt agri-
colas ad luctū ad planctū eos qui sciunt plangere Et i omnibus
vineis erit planctus Quia pertransibo in medio tui dt dominus
Ve desiderantibus diem domini et ad quid eam vobis dies
domini ista tenebre et nō lux Quomodo si fugiat vir a facie
leonis et occurrat ei ursus Et ingrediatur domū et innitatur
manu sua super parietem et mordeat eū coluber Numquid nō
tenebre dies dni et nō lux Et caligo et nō splendor in ea
Odi et proieci festiuitates vras et nō capiam odorē cetuū
vrorum Quod si attuleritis in holocaustomata et munera vestra

non suscipiam et vota pinguium vestrorum non respiciam Aufer a
me tumultum carminum tuorum et cantica lyre tue non audiam
Et revelabitur quasi aqua iudicium et iustitia quasi torrens fortis
Nunquid hostias et sacrificium obtulistis mihi in deserto xl annis
domus Israel et portastis thabernaculum moloch deo vestro et y-
maginem ydolorum vestrorum sidus dei vestri que fecistis vobis et
migrare vos faciam trans damascum dicit dominus deus exercituum

VI

Ve vobis qui opulenti estis in syon Nomen eius
et confiditis in monte samarie Optimates capita
populorum ingredientes pompatice domum Israel Transite
in chalanne et videte et ite inde in emath magnam et de-
scendite in Beth palestinorum et ad optima queque regna eorum
si latior terminus eorum termino vestro est quia separati estis in diem
malum et appropinquatis solio iniquitatis Qui dormitis in lectis
eburneis et lascivitis in stratis vestris Qui comeditis agnum
de grege et vitulos de medio armenti Qui canitis ad vocem psalterii
Sicut david putaverunt se habere vasa cantici bibentes in phialis vi-
num et optimo unguento delibuti et nichil patiebantur super
contritione ioseph Quapropter nunc migrabunt in capite transmi-
grantium et auferetur factio lascivientium Iuravit dominus deus
in anima sua dicit dominus deus exercituum Detestabor ego superbiam
Iacob et domos eius odi et tradam civitatem cum habitatoribus
suis Quod si reliqui fuerint x viri in domo una et ipsi morientur
Et tollet eum propinquus et comburet eum ut efferat ossa de do-
mo Et dicet ei qui in penetralibus domus est Nunquid adhuc pe-
nes te est Et respondebit finis est Et dicet ei tace et non re-
corderis nominis domini Quia ecce dominus mandavit et percutiet do-
mum maiorem ruinis et domum minorem scissionibus Nunquid
currere queunt in petris equi aut arari potest in bubalis Quoniam
convertistis in amaritudinem iudicium et fructum iustitie in absin-
thium Qui letamini in nichilo Qui dicitis Nunquid non in
fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua Ecce enim suscitabo

super vos domus Israel dicit dominus deus exercituum gentem et conterent
vos ab introitu Emath usque ad torrentem deserti. vii.
VII Hec ostendit mihi dominus deus et ecce fictor locuste in principio
germinantium serotini ymbris et ecce serotinus post tonsorem
regis. Et factum est cum consummasset comedere herbam
terre dixi Domine deus propicius esto obsecro Quis suscitabit Iacob
quia parvulus est. Misertus est dominus super hoc. Sed et istud non
erit dixit dominus deus. Hec ostendit mihi dominus deus et ecce dominus con-
stans super murum litum et in manu eius trullam cementarii. Et
dixit dominus ad me Quid tu vides Amos Et dixi Trullam ce-
mentarii. Et dixit dominus Ecce ego ponam trullam in medio populi
mei Israel et non adiciam ultra superinducere eum. Et demoli-
entur excelsa ydoli et sanctificationes Israel desolabuntur. Et consur-
gam super domum Ieroboam in gladio. Et misit Amasias
sacerdos Bethel ad Ieroboam regem Israel dicens Rebellavit con-
tra te Amos in medio domus Israel. Non poterit terra sustinere universos
sermones eius. Hec enim dicit Amos In gladio morietur Iero-
boam et Israel captivus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias
ad Amos Qui vides egredere fuge in terram Iuda et co-
mede ibi panem et prophetabis ibi. Et in Bethel non adicias
ultra ut prophetes quia sanctificatio regis est et domus regni
eius est. Et respondit Amos et dixit ad Amasiam Non sum
propheta et non sum filius prophete sed armentarius ego sum vel-
licans sicomoros. Et tulit me dominus cum sequerer gregem.
Et dixit ad me Vade et propheta ad populum meum Israel. Et
nunc audi verbum domini Tu dicis Non prophetabis super Israel
et non stillabis super domum ydoli. Propter hoc hec dicit dominus
Uxor tua in civitate fornicabitur et filii tui et filie tue in gladio
cadent et humus tua in funiculo metietur et tu in terra polluta
morieris et Israel captivus migrabit de terra sua. viii.
VIII Hec ostendit mihi dominus deus et ecce uncinus pomorum
Et dixit Quid tu vides Amos Uncinum pomorum
Et dixit dominus ad me Venit finis super populum

meum israel Non adiciam ultra ut pertranseam eum Et stridebunt
cardines templi in die illa dicit dominus deus multi morientur
in omni loco proicietur silentium Audite hec qui conteritis
pauperem et deficere facitis egenos terre dicentes Quando trans-
ibit messis iste et venundabimus merces et sabbatum et
aperiemus frumentum ut imminuamus mensuram et augeamus
siclum et supponamus stateras dolosas ut possideamus in
argento egenos et pauperes pro calciamentis et quisquilias fru-
menti vendamus Iuravit dominus in superbia Iacob Si oblitus fuero
usque ad finem omnia opera eorum Numquid super isto non commo-
uebitur terra et lugebit omnis habitator eius et ascendet quasi
fluminis universus et eicietur et defluet quasi rivus egypti
Et erit in die illa dicit dominus Occidet sol in meridie et te-
nebrescere faciam terram in die luminis et convertam festivitates
vestras in luctum et omnia cantica in planctum et inducam
super omne dorsum vestrum saccum et super omne caput vestrum
calvicium et ponam eam quasi luctum unigeniti et novissima
eius quasi diem amarum Ecce dies veniunt dicit dominus
et mittam famem in terras Non famem panis neque sitim aque
sed audiendi verbum dei et commovebuntur a mari usque ad
mare et ab aquilone usque ad orientem circuibunt querentes
verbum domini et non invenient In die illa deficient virgines
pulchre et adolescentes in siti Qui iurant in delicto Sa-
marie et dicunt Vivit deus tuus dan et vivit
via Bersabee et cadent et non resurgent ultra / ix
Vidi dominum stantem super altare et dixit Percute
cardinem et commoveantur superliminaria Avaricia
enim in capite omnium et novissimum eorum in gladio
interficiam et non erit fuga eis Fugiet et non salvabitur   IX
ex eis Si descenderint usque ad infernum inde manus mea
educet eos Et si ascenderint usque in celum inde detraham eos
Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli inde scrutans

auferam eos Et si celaverint se ab oculis meis in fundo maris
ibi mandabo serpenti et mordebit eos Et si abierint in
captivitatem coram inimicis suis ibi mandabo gladio et occidet
eos Et ponam oculos meos super eos in malum et non in bonum
Et dominus exercituum qui tangit terram et tabescet et lugebunt omnes ha-
tatores tantes in ea Et descendet rivus sicut omnis Et de-
fluet sicut fluvius Egypti qui edificat ascensionem suam
in celo et fasciculum suum super terram fundavit Qui vocat
aquas maris et effundit eas super faciem terre dominus nomen
eius Numquid non ut filii Ethyopum vos estis mihi filii
Israel ait dominus deus Numquid non Israel ascendere feci de terra
Egypti et palestinos de Capodocia et Syros de Cy-
rene Ecce oculi domini dei super regnum peccans Et conteram
illud a facie terre Verumtamen conterens non conteram
domum Iacob dicit dominus Ecce enim mandabo ego et concutiam
in omnibus gentibus domum Israel sicut concutitur triticum in cribro
et non cadet ex eo lapillus super terram In gladio morientur
omnes peccatores populi mei qui dicunt Non appropinquabit
et non veniet super nos malum In die illa Suscitabo
tabernaculum david quod cecidit et reedificabo aperturas
murorum eius et ea que corruerant instaurabo et reedificabo
illud sicut in diebus antiquis ut possideant reliquias ydumee
et omnes nationes eo quod invocatum est nomen meum super
eos dicit dominus faciens hec Ecce dies veniunt dicit dominus
Et comprehendet arator messorem et calcator uve mitten-
tem semen et stillabunt montes dulcedinem et omnes colles
culti erunt Et convertam captivitatem populi mei Israel Et edifi-
cabunt civitates desertas et habitabunt Et plantabunt vineas
Et bibent vinum earum Et facient ortos et comedent fructus
eorum Et plantabo eos super humum suam et non evellam
eos ultra de terra sua quam dedi eis dicit dominus deus tuus

Incipit prologus Abdie prophete

Jacob patriarcha hic fratrem habuit Ezau qui ob ru-
borem corporis sui Edom hebrea lingua appellatus
est quod latine sanguineus dicitur. Is mozatum fratrem
suum qui iste nomen acceperat gravi odio commoes
intime conatus est. Quadrantansa omnes qui pplium
Israel hoc est filios patriarche Jacob perdam Ezau odium
imitati persecuti sunt Ezau et Edom appellati sunt. Etiam populo
Israel de captivitate Caldeorum per Cirum regem persarum
iussu dei revocatus in Jerusalem ab alio regno continue afflict-
atus oppressus est. Ideo hec regnum quod more Ezau predictum
Jerusalem persecutum est per devastationem Abdie prophete inspirat
quod non dei indignatione sed sua virtute Jerusalem superatum
contendebat. De quo regno olim per david in psalmo cxxxvi
dictum est Memorare domine filiorum Edom in die Jerusalem
Nam reliqua lectione comprehensa futurum in gentes
iudicium ob eas lectione comprehensas, et regnum dei in
populo Israel significant. Hebrei hunc dicunt esse qui sub lege
sub rege Samarie Achab et impiissima Jesabel pavit
centum prophetas in speluncis vel in specubus, qui non cur-
vaverunt genua ante Baal et de septem milibus cant-
Aues Helias augurat ignorasse. Sepulcrum eius cum
masscolo Helizei prophete et baptiste Johannis in Sebaste
veneratione habetur que olim Samaria dicebatur. Hanc
Herodes rex Antipatri filius in honore Augusti Cezare
Greco nomine vocavit augusta. Dicit quia cum propheticus
paucerat accepit gratiam propheticalem et deduxit ...
sit dux ecclesie. Tunc in Samaria paucum gregem paucat
nunc in toto orbe Christi pascit ecclesias. Et sicut coronam me-
ruit Stephanus passionis sic hic in servitute dei cum
Paulo apostolo. Translatur Zema Abdias servus domini
in nostro sonat eloquio etc.

Visio Abdie. Hec dicit dominus deus ad Edom. Auditum audivimus a domino et legatum ad gentes misit. Surgite et consurgamus adversus eum in prelium. Ecce parvulum dedi te in gentibus. Contemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petre exaltantem solium suum. Qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris ut aquila, et si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te dicit dominus. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses? Nonne furati essent sufficientiam sibi? Si vindemiatores introissent ad te, numquid non saltem racemos reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt Esau, investigaverunt abscondita eius. Usque ad terminos emiserunt te, omnes viri federis tui illuserunt tibi, invaluerunt adversum te viri pacis tue, qui comedunt tecum ponent insidias subter te. Non est prudentia in eo. Numquid non in die illa dicit dominus perdam sapientes de ydumea et prudentes de monte Esau? Et timebunt fortes tui a meridie ut intereat vir de monte Esau propter interfectionem et propter iniquitatem in fratrem tuum Jacob. Operiet te confusio et peribis in eternum. In die cum stares adversus eum, quando capiebant alieni exercitum eius et extranei ingrediebantur portas eius et super Jerusalem mittebant sortem, tu quoque eras quasi unus ex eis. Et non despicies in die fratris tui in die peregrinationis eius, et non letaberis super filios Juda in die perditionis eorum, et non magnificabis os tuum in die angustie. Neque ingredieris portas populi mei in die ruine eorum. Neque despicies et tu in malis eius in die vastitatis illius, et non emitteris adversus exercitum eius in die vastitatis illius. Neque stabis in exitibus viarum ut interficias eos qui fugerint. Et non concludes reliquos eius in die tribulationis. Quoniam iuxta est dies domini super omnes gentes. Sicut fecisti fiet tibi. Retributionem tuam convertent tibi in caput tuum. Quomodo

Incipit prologus in librum Jone prophete

enim bibisti super montem sanctum meum bibent et omnes
gentes iugiter et bibent et absorbebunt et erunt quasi non sint
Et in monte Syon erit salvatio Et erit sanctus et possidebit
domus Jacob eos qui possederunt se Et erit domus Jacob
et domus Joseph flamma et domus Esau sicut stipula
et succendetur domus in eis et devorabit eos, et non erunt
reliquie domus Esau quia dominus locutus est Et hereditabunt
hii qui ad austrum sunt montem Esau et qui in campestribus
Philistiim Et possidebunt regionem Effraym et regionem
Samarie et Beniamin possidebit Galaad Et transmigratio
exercitus huius filiorum Israel omnia loca Chananeorum
usque ad Sareptam Sydoniorum Et transmigratio Jerusalem
que in Bosforo est et possidebunt civitates austri, et
ascendent salvatores in montem Syon iudicare montem
Esau, et erit domino regnum etc.

Beatum Jonam Hebrei affirmant filium fuisse
mulieris Sareptane, quem Helias propheta
suscitavit mortuum matre postea dicente ad
eum Nunc cognovi quia vir dei es tu Et verbum dei in
ore tuo est verum. Ob hanc causam etiam ipsum puerum
sic vocatum Amathi. Amathi enim in nostra lingua veritatem
sonat Et ex eo quod verum Helias locutus est, ille qui susci
tatus est filius esse dicitur veritatis. Pro dignitate co
lumba nascitur. Quia iona columba sonat in condempna
tionem autem Israel Jonas ad gentes mittitur, quod Ninive a
gente penitentiam illi in malicia perseverarent. Temporibus
quippe Jeroboe regis Israel qui deo derelicto cum populo
suo in Samaria ydolis sacrificaverat Jonam prophetam
fuisse quartus liber Regum indicat. Hic tamen propheta illu
minante peccatores civitatis Ninive misericordiam dei consecuturos
videret Ne falsa videretur predicare Ad denunciandum interitum
eiusdem civitatis ire nolebat. Nam sicut deus ad Abraam de

Incipit liber ione prophete

in pietate Sydoniorum et Gomorreorum quorum locuti est clamor So-
domorum et Gomorreorum peruenit ad me. Ita et de Niniue dic-
tum est ascendit clamor malicie eius ad eum. Et quia sentencia
dei de Sodomis facta nunc reuocata est. Ita et Ionas
ad iussum Niniuen prolatam reuocari nolebat diuine dispen-
sationis ignarus cum salutem hominum ad se reuertentium magis
uelit quam interitum. Hic ille accedebat quod et sancto Helyzeo
eum filium Sunamitis mulieris mortuum ignorabat. Preterea
a conspectu dei Ionas fugere se putabat humanum aliquid
passus dicente Dauid Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie
Ionas columba et dolens filius tua fugiam
Amathi qui fuit de Geth que est in Opher ad
gentium preconium mittitur. Iussus contempnit contem-
nens fugit fugiens dormit. Post quem periclitatur
nauis sed sorte latentem prodit. Reus abiectum de-
uorat et orantem euomuit. Reiectus predicat predicationis
eius conuertitur impia urbis et saluti gentium inuidet.
Gaudet etiam edere uirentis umbraculo et dolet subito
arescente. Cuius sepulcrum in quadam urbium Geth in uiru-
lo demonstratur qui est in secundo miliario Zephorim itinere
quo pergitur Tyberiadem. Ionas interpretatur columba pul-
cherrima naufragio suo passionem domini prefigurans mundum
ad penitentiam reuocat et sub nomine Niniue salutem gentibus
ET factum est verbum domini nunciat
ad Ionam filium Amathi dicens Surge i
I et uade in Niniuen ciuitatem grandem et pre-
dica in ea quia ascendit malicia eius coram
me. Et surrexit Ionas ut fugeret in Tharsis a facie domini
et descendit in Ioppen et inuenit nauem euntem in Tharsis
et dedit naulum eius et ascendit in eam ut iret cum eis
a facie domini in Tharsis. Dominus autem misit uentum magnum in
mari et facta est tempestas magna in mari et nauis
periclitabatur conteri. Et timuerunt naute et clamauerunt
viri ad deum suum et miserunt uasa que erant in naui

in mare ut alleviaretur ab eis Et ionas descendit ad inte-
riora navis et dormiebat sopore gravi Et accessit ad
eum gubernator et dixit ei Quid tu sopore deprimeris Sur-
ge et invoca deum tuum Si forte recogitet deus de nobis
et non pereamus Et dixit vir ad collegam suum Venite et
mittamus sortes et sciamus quare hoc malum sit nobis
Et miserunt sortes Et cecidit sors super ionam Et dixerunt
ad eum Indica nobis Cuius causa istud malum sit no-
bis Quod est opus tuum que terra tua Et quo vadis
vel ex quo populo es tu Et dixit ad eos Hebreus ego sum
Et dominum deum celi ego timeo qui fecit mare et aridam
Et timuerunt viri timore magno Et dixerunt ad eum
Quid hoc fecisti Cognoverunt ergo viri quod a facie domini
fugeret Quia indicaverat eis ionas Et dixerunt Quid
faciemus tibi et cessabit mare a nobis quia mare ibat
et intumescebat super eos Et dixit Tollite me et mit-
tite in mare et cessabit mare a vobis Scio enim ego quoniam propter
me tempestas hec grandis est super vos Et remigabant
viri ut reverterentur ad aridam et non valebant quia
mare ibat et intumescebat super eos Et clamaverunt
ad dominum et dixerunt Quesumus domine ne pereamus in anima
viri istius et ne des super nos sanguinem innocentem quia
tu domine sicut voluisti fecisti Et tulerunt ionam et miserunt
in mare Et stetit mare a fervore suo Et timuerunt
viri timore magno dominum Et immolaverunt hostias do-
Et preparavit dominus mino et voverunt vota
piscem grandem ut deglutiret ionam Et II
erat ionas in ventre piscis tribus diebus et
tribus noctibus Et oravit ionas ad dominum deum suum de ven-
tre piscis Et dixit Clamavi ad dominum de tribulatione mea
et exaudivit me de ventre inferi Clamavi et exau-
disti vocem meam Proiecisti me in profundum in corde
maris et flumen circumdedit me omnes gurgites

tui et fluctus tui super me transierunt Et ego dixi Abiectus
sum a conspectu oculorum tuorum Verumtamen rursus videbo
templum sanctum tuum Circumdederunt me aque usque ad animam
meam abyssus vallavit me pelagus operuit caput meum
Ad extrema montium descendi terre vectes concluserunt me in e-
ternum Et sublevabis de corruptione animam meam domine deus
meus Cum angustiaretur in me anima mea domini recordatus
sum Et veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum Qui
custodiunt vanitates frustra misericordiam suam derelinquunt E-
go autem in voce laudis immolabo tibi quecumque vovi pro
salute domino Et dominus dixit pisci et evomuit Ionam in
Et factum est verbum domini ad Ionam (aridam)
III secundo dicens Surge et vade in Niniven ci- iii
vitatem magnam et predica in ea predicationem
quam ego loquor ad te Et surrexit Ionas et abiit in Ni-
niven iuxta verbum domini Et Ninive erat civitas magna
itinere dierum trium Et cepit Ionas introire civitatem itinere
diei unius Et clamavit et dixit Adhuc xl. dies et Nini-
ve subvertetur Et crediderunt Ninivite domino et predicaverunt
ieiunium et vestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem
Et pervenit verbum ad regem Ninive Et surrexit de solio
suo et abiecit vestimentum suum a se et indutus est sacco
in cinere et clamavit et dixit In Ninive ex ore regis
et principum eius dicens Homines et iumenta et boves
et pecora non gustent quicquam nec pascantur et aquam non
bibent et operiantur saccis homines et iumenta et clament
ad dominum in fortitudine et convertatur vir a via sua mala
et ab iniquitate que est in manibus eorum Quis scit si con-
vertatur et ignoscat deus et revertatur a furore ire sue et
non peribimus Et vidit deus opera eorum quia conversi sunt
de via sua mala et misertus est super malicia quam locutus
est ut faceret eis et non fecit eo contristatus cum populo suo
IIII Et afflictus est Ionas afflictione magna et
iratus est et oravit ad dominum et dixit Ob-

secro domine Numquid non hoc est verbum meum cum adhuc essem
in terra mea propter hoc preoccupavi ut fugerem in tharsis Scio
enim quia tu deus clemens et misericors et paciens et
multe miseracionis et ignoscens super malicia Et nunc
tolle queso animam meam a me Quia melior est michi
mors quam vita Et dixit dominus Putas ne bene irasceris
tu Et egressus est ionas de civitate et sedit contra orien-
tem civitatis Et fecit sibimet umbraculum ibi Et sede-
bat subter illud in umbra donec videret quid accideret
civitati Et preparavit dominus deus ederam et ascendit
super caput Jone ut esset umbra super caput eius et pro-
tegeret eum laboraverat enim et letatus est ionas super
ederam leticia magna Et preparavit dominus vermem in
ascensu diluculo in crastinum et percussit ederam et aruit
Et cum ortus fuisset sol precepit vento dominus calido et urenti
Et percussit sol super caput ione et estuabat et peciit
anime sue ut moreretur Et dixit Melius est michi mori quam
vivere Et dixit dominus ad ionam Putas ne bene irasceris
tu super ederam Et dixit Bene irascor ego usque ad
mortem Et dixit dominus Tu doles super ederam in qua non
laborasti neque fecisti ut cresceret que sub una nocte na-
ta est et sub una nocte periit Et ego non parcam Ninive
civitati magne In qua sunt plus quam centum viginti
milia hominum qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistram
suam et iumenta multa Incipit prologus in micheam prophetam

Temporibus ioathe et achas et ezechie
regum iuda micheam prophetam ad hanc
prophetiam spiritu sancto repletum fuisse lectio
ipsa demonstrat Sed de supradicto libro regum
ioathan et ezechiam deo ob religionem pla-
cuisse hystoria continet libri regum et secundi paralipomenon
indicat Achas vero relicto deo ydola samarie quibus
etiam filios suos in sacrificium ignis cremandos obtulerat

Michee liber incipit

coluisse constat. Arguit ergo Samariam que reges
Israel et Iuda incolatus simulatione superstitione fefellerat
in tempore indignationis suae in eam pressura comminatus est
populos contra Israel prevaricatori et principibus eius, qui eundem
populum fallaci suasione ad colenda ydola conpleuctant
vocabis in sceptibus captivitatis et initium astutie demutat.
Verbum domini quod factum est ad Micheam
Morastitem in diebus Ioathan Achaz et
Ezechie regum Iuda quod vidit super
Samariam et Iherusalem. Audite populi omnes
et attendat terra et plenitudo eius, et sit dominus deus vobis
in testem dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egredietur
de loco suo et descendet et calcabit super excelsa terre
et consumentur montes subtus eum et valles scindentur sicut
cera a facie ignis sicut aque que decurrunt in preceps. In
scelere Iacob omne istud et in peccatis domus Israel. Quod
scelus Iacob nonne Samaria et que excelsa Iuda
nonne Iherusalem. Et ponam Samariam quasi acervum lapidum
in agro cum plantatur vinea, et detraham in valle lapi
des eius, et fundamenta eius revelabo et omnia sculp
tilia eius concidentur. Et omnes mercedes eius comburentur
igni et omnia ydola eius ponam in perditionem quia
de mercedibus meretricis congregata sunt et usque ad merce
dem meretricis revertentur. Super hoc plangam et ululabo
vadam spoliatus et nudus, faciam planctum velut dra
conum et luctum quasi strutionum, quia desperata est pla
ga eius, quia venit usque ad Iudam tetigit portam
populi mei usque ad Iherusalem. In Geth nolite annuntiare la
crimis ne ploretis, in domo pulveris pulvere vos con
spergite. Et transite habitatio pulchra confusa ignominia
non est egressa que habitat in exitu planctum domus
vicine accipiet a vobis, que stetit sibimet. Quia

sibimet. Quia infirmata est in bonum que habitat in amari-
tudinibus quia descendit malum a domino in portam ierusalem
tumultus quadrige stuporis habitanti lachis principium
peccati est filie syon quia in te scelera israhel inventa sunt.
Propterea dabit emissarios super hereditatem geth domus
mendacii in deceptionem regibus israhel adhuc heredem
adducam tibi que habitas in maresa usque ad odolam ve-
niet gloria israhel. Decalvare et tondere super filios deliciarum
tuarum. Dilata calvitium tuum sicut aquila quoniam captivi
Ve qui cogitatis inutile. ducti sunt ex te
et operamini malum in cubilibus vestris. In luce II
matutina faciunt illud quoniam contra deum manus
est eorum. Et concupierunt agros et violenter tulerunt domos
et rapuerunt et calumniabantur virum et domum eius et here-
ditatem. Idcirco hec dicit dominus. Ecce ego cogito super fa-
miliam istam malum unde non auferetis colla vestra et non am-
bulabitis superbi quoniam tempus pessimum est. In die illa
assumetur super vos parabola et cantabitur canticum cum
suavitate dicentium. Depopulatione vastati sumus pars
populi mei commutata est. Quomodo recedet a me cum
revertatur qui regiones nostras dividet. Propter hoc non erit
tibi mittens funiculum sortis in cetu domini israhel.
Ne loquamini loquentes. Non stillabit super istos non
comprehendet confusio. Dicit domus Jacob. Numquid
abbreviatus est spiritus domini aut tales sunt cogitationes
eius. Nonne verba mea bona sunt cum eo qui recte graditur.
Et econtrario populus meus in adversarium consurrexit. De-
super tunicam pallium sustulistis et eos qui transibant
simpliciter convertistis in bellum. Mulieres populi mei eie-
cistis de domo deliciarum suarum a parvulis earum tulistis
laudem meam in perpetuum. Surgite et ite quia non
habetis hic requiem propter inmunditiam eius corrumpe-
tur in putredine pessima. Utinam non essem vir habens

spiritum et mendacium potius loquerer Stillabo tibi in
vinum et ebrietatem et erit super quem stillabit populus
iste Congregatione congregabo iacob totum te con
ducam reliquias ysrael pariter ponam illum quasi gregem in ouili
quasi pecus in medio caularum tumultuabuntur a multi-
tudine hominum Ascendet enim pandens iter ante eos diui
dent et transibunt portam egredientur per eam et transibit
rex eorum coram eis et dominus in capite eorum
Et dixi Audite principes domus iacob et duces
III domus ysrael Numquid non vestrum est scire
iudicium qui odio habetis bonum et diligitis
malum Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos
et carnem desuper ossibus eorum Qui comederunt carnem populi
mei et pelles eorum desuper excoriaverunt et ossa eorum confre
gerunt et conciderunt sicut in lebete et quasi carnem in medio
olle Tunc clamabunt ad dominum et non exaudiet eos et
abscondet faciem suam ab eis In tempore illo sicut nequiter
egerunt in adinventionibus suis Hec dicit dominus deus super
prophetas qui seducunt populum meum qui mordent dentibus
suis et predicant pacem et si quis non dederit in ore
eorum quippiam sanctificant super eum prelium propterea nox vobis
pro visione erit et tenebre vobis pro divinatione
et occumbet sol super prophetas et obtenebrabitur
super eos dies et confundentur divini et operient vultus
suos omnes quia non est responsum domini Verumtamen
ego repletus sum fortitudine spiritus domini iudicio et
virtute ut annunciem iacob scelus suum et ysrael
peccatum suum Audite hec principes domus iacob et
iudices domus ysrael qui abhominamini iudicium et omnia
recta pervertitis Qui edificatis syon in sanguinibus et
ierusalem in iniquitate Principes eius in muneribus iudica
bant et sacerdotes eius in mercede docebant et prophete
eius in pecunia divinabant et super dominum requiescebant

dicentes Numquid non dominus in medio nostri Non venient super nos mala propter hoc causa vestri Syon quasi ager arabitur et Jerusalem quasi acervus lapidum erit et mons templi in excelsa filiarum

IIII

Et erit in novissimo dierum mons domus domini preparatus in vertice montium et sublimis super colles et fluent ad eum omnes populi et properabunt gentes multe et dicent Venite ascendamus ad montem domini et ad domum dei Jacob et docebit nos de viis suis Et ibimus in semitis eius quia de Syon egredietur lex et verbum domini de Jerusalem Et iudicabit inter populos multos et corripiet gentes fortes usque in longinquum Et concident gladios suos in vomeres et hastas suas in ligones Et non sumet gens adversus gentem gladium Et non discent ultra belligerare Et sedebit vir subter vineam suam Et subtus ficum suam Et non est qui deterreat eo quod os domini exercituum locutum est Quia omnes populi ambulabunt unusquisque in nomine dei sui Nos autem ambulabimus in nomine dei nostri in eternum et ultra In die illa dicit dominus Congregabo claudicantem et eam quam eieceram colligam et quam afflixeram consolabor et ponam claudicantem in reliquias et eam que laboraverat in gentem robustam Et regnabit dominus super eos in monte Syon ex hoc nunc et usque in eternum Et tu turris gregis nebulosa filie Syon usque ad te veniet Et veniet potestas prima et regnum filie Jerusalem Et nunc quare merore contraheris Numquid rex non est tibi aut consiliarius tuus periit quia comprehendit te dolor sicut parturientem Dole et satage filia Syon quasi parturiens quia nunc egredieris de civitate et habitabis in regione et venies usque ad Babilonem ibi liberaberis ibi redimet te dominus

de manu inimicorum tuorum. Et nunc congregate sunt super te gen-
tes multe que dicunt lapidetur et aspiciat in Syon oculus
noster. Ipsi autem non cognoverunt cogitationes domini, et non intellexe-
runt consilium eius, quia congregavit eos quasi fenum aree.
Surge et tritura filia Syon quia cornu tuum ponam
ferreum et ungulas tuas ponam ereas et comminues
populos multos. Interficies domino rapinas eorum et fortitu-
Nunc vastaberis filia | dinem eorum universe terre
latronis
V Syon obsidionem posuerunt super nos in virga v
percutient maxillam iudicis Israel. Et tu Bethleem
Effrata parvulus es in milibus Iuda, ex te mihi exiet qui sit
dominator in Israel. Et egressus eius ab initio a diebus eternitatis.
Propter ea dabit eos usque ad tempus in quo parturiens
pariet, et reliquie fratrum eius convertentur ad filios Israel.
Et stabit et pascet in fortitudine domini in sublimitate
nominis domini dei sui. Et convertentur quia nunc magnificabitur
usque ad terminos universe terre. Et erit iste pax cum Assirius
venerit in terram nostram et quando calcabit in domibus nostris
et suscitabimus super eum septem pastores et octo primates
homines. Et pascent terram Assur in gladio et terram Nemrot
in lanceis eius. Et liberabit ab Assur cum venerit in
terram nostram et cum calcaverit in finibus nostris. Et erunt reliquie
Jacob in medio populorum multorum quasi ros a domino, et quasi
stilla super herbam que non expectat virum et non presto-
labitur filios hominum. Et erunt reliquie Jacob in gentibus in
medio populorum multorum quasi leo in iumentis silvarum
Et quasi catulus leonis rugiens in gregibus pecorum. Cum trans-
sierit et conculcaverit et ceperit non est qui eruat. Et
exaltabitur manus tua super hostes tuos et omnes inimici
tui peribunt. Et erit in die illa dicit dominus. Auferam equos
tuos de medio tui et disperdam quadrigas tuas et per-
dam civitates terre tue. Et destruam omnes munitiones

tuas et auferam maleficia tua de manu tua et diuinaciones
non erunt in te Et perire faciam sculptilia tua et statuas
tuas de medio tui conteram Et non adorabis ultra opera
manuum tuarum Et euellam lucos tuos de medio tui Et con-
teram ciuitates tuas de medio tui Et faciam in furore et in
indignatione ulcionem in omnibus gentibus que non audierunt
Audite que dominus loquitur Surge contende VI
iudicio aduersum montes et audiant colles uocem
tuam Audiant montes iudicium domini ~~cum populo suo
et cum israel diiudicabitur~~ et fortia fundamenta terre quia
iudicium domini cum populo suo et cum israel diiudicabitur popule
meus quid feci tibi Aut quid molestus fui tibi Responde
michi quia eduxi te de terra egypti et de medio seruitutis
liberaui te Et misi ante faciem tuam moysen et aaron
et mariam Popule meus memento queso quid cogi-
tauerit balach rex moab et quid responderit ei balaam
filius beor de sethym usque ad galgalam ut cogno-
sceret iusticias domini Quid dignum offeram domino curuabo
genu deo excelso Numquid offeram ei holocaustomata
et uitulos anniculos Numquid placari potest dominus in mili-
bus arietum Aut in multis milibus hircorum pinguium
Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo fructum
uentris mei pro peccato anime mee Indicabo tibi o homo
quid sit bonum et quid dominus deus tuus requirat a te
Utique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicite ambu-
lare cum domino deo tuo Vox domini ad ciuitatem clamat
et salus erit timentibus nomen tuum Audite tri-
bus et quis approbabit illud Adhuc ignis in domo
impii et thesauri iniquitatis et mensura minor ire ple-
na Numquid iustificabo stateram impiam et sacelli
pondera dolosa in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate
et habitantes in ea loquebantur mendacium et lingua

corū fraudulenta in ore eorū Et ego cepi percutere te
perdicione sup peccatis tuis Tu comedes et nō saturaberis
et humiliacō tua i medio tui Et apphendes et nō saluabis
Et quos saluaueris i gladio dabo Tu seminabis et nō me-
tes Tu calcabis oliuā et nō vngeris oleo Et calcabis
mustū et nō bibes vinū Et custodisti precepta amri
et omne opus domus achab Et ambulasti i voluptatibus
eorū vt darē te i perdicōm et habitantes i ea i sibilū
Et opprobrium populi mei portabis

VII Ve michi quia factus sum sicut qui colligit
in autumno racemos vindemie Nō ē bo-
trus ad comedendū precoquas ficus desideraūt
anima mea Periit sanctus de terra et rectus i hoībus nō est
Omnes i sanguine insidiantur Vir fratrem suū venatur Ad
mortem malū manuū suarū dicūt bonū Princeps postu-
lat et iudex i reddendo ē Et magnus locutus est deside-
riū aīe sue et conturbauerūt eā Qui optimus i eis ē
quasi paliurus et qui rectus quasi spina de sepe Dies specu-
lacōis tue visitacō tua venit Nūc erit vastitas eorū No-
lite credere amico et nolite confidere in duce Ab ea que
dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui Quia filius
contumeliā facit patri Et filia consurgit aduersus ma-
trem suā Nurus contra socrū suā et inimici hoīs do-
mestici eius Ego autē ad dominū aspiciā Et expectabo
deū saluatorē meū Et audiet me dñs deus meus
Ne leteris inimica mea sup me quia cecidi Consurgam
cū sedero i tenebris dñs lux mea est Iram domini
portabo quoniā peccaui ei donec causam meā iudicet et
faciat iudiciū meū Educet me i lucē videbo iusticiā
eius Et aspiciet me inimica mea et operietur confusione
que dicit ad me Ubi est dñs deus tuus Oculi mei

videbunt eam nunc erit in conculcatione ut lutum platearum
Dies ut edificentur macerie tue. In die illa longe fiet
lex. Et in die illa et usque ad te veniet Assur et usque ad
civitates munitas et a civitatibus munitis usque ad flumen
et ad mare de mari et ad montem de monte. Et terra erit in
desolationem propter habitatores suos et propter fructum cogitati-
onum eorum. Pasce populum tuum in virga tua gregem hereditatis
tue habitantes solos in saltu in medio carmeli. pascentur
Basan et Galaad iuxta dies antiquos. Secundum dies egressi-
onis tue de terra egypti ostendam ei mirabilia. Videbunt
gentes et confundentur super omni fortitudine sua. Ponent
manus super os. Aures eorum surde erunt. Lingent pul-
verem sicut serpentes velut reptilia terre perturbabuntur
de edibus suis. Dominum deum nostrum desiderabunt et
timebunt. Quis deus similis tui qui aufers iniquitatem
et transis peccatum reliquiarum hereditatis tue. Non immit-
tet ultra furorem suum quoniam volens misericordiam est.
Revertetur et miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras
et proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis
veritatem Iacob et misericordiam Abraham que iurasti patribus
nostris a diebus antiquis. Incipit prologus
Naum prophete

Naum prophetam ante adventum regis Assy-
riorum qui populum israel captivum in suas re-
giones transtulerat fuisse hebreorum
traditio affirmat. Siquidem in fine huius
lectionis predicti regis adventum deo propheta
annunciare monstratur. Sed cum habitatores Ninive Iona intimante
civitatis predicante ne divina ira de minatam (?) imminentem
sustinerent peccatorum et impietatum priorum egissent ante
peccata de iterum (?) gravioribus se criminibus impliverunt
Qua de causa memoratus propheta spiritu sancto plenus indign-

dei audiens loquitur Deus zelans et ulciscens dominus re
Nam cum decem tribus ab Assyriis ducte fuerant in captivitatem
sub Ezechia rege Iuda sub quo etiam nunc in consolationem
populi transmigrati adversus Ninive visio cernitur Nec ca
ptiva consolatur tam hos qui iam Assyriis serviebant
quam reliquos qui sub Ezechia de tribu Iuda et Ben
iamin ab eisdem hostibus insidiabantur ut audirent
Assyrios esse a Caldeis capiendos sicut in sequentibus libri
Onus Ninive liber Incipit Naum
visionis Naum Helcesei dominus emu
I lator et ulciscens deus ulciscens dominus
et habens furorem ulciscens dominus in hostes
suos et irascens ipse inimicis suis
Dominus paciens et magnus fortitudine et mundans non
faciet innocentem Dominus in tempestate et in turbine vie
eius et nebule pulvis pedum eius increpans mare
et exsiccans illud et omnia flumina ad desertum adducens
Infirmata est Basan et Carmelus et flos Libani
elanguit montes commoti sunt ab eo et colles deso
lati sunt et contremuit terra a facie eius et orbis et
omnes habitantes in eis coram facie indignationis eius
quis stabit et quis resistet in ira furoris eius Indigna
tio eius effusa est ut ignis et petre dissolute sunt
ab eo Bonus dominus et confortans in die tribulationis et sa
ciens sperantes in se Et in diluvio pretereuntem consumma
tionem faciet loci eius Et inimicos eius persequentur
tenebre Quid cogitatis contra dominum Consummationem
ipse faciet Non consurget duplex tribulatio Quia
sicut spine se invicem complectuntur sic convivium eorum
pariter potantium consumentur quasi stipula ariditate
plena Ex te enim exibit cogitans contra dominum malitiam dei m

malicia mente ptractans pvaricacionem Hec dicit dominus Si per
fecti fuerint et ita plures sic quoque attondentur et pertransibit
Afflixi te et non affligam te ultra Et nunc conteram virgam
eius de dorso tuo et vincula tua dirumpam Et precipiet
super te dominus non seminabitur ex nomine tuo amplius de do
mo dei tui interficiam sculptile et conflatile et ponam
sepulcrum tuum quia inhonoratus es Ecce super montes
pedes evangelizantis annunciantis pacem Celebra
iuda festivitates tuas et redde vota tua quia non adyciet
ultra ut pertranseat in te Belial universus interiit

II Ascendit qui dispergat coram te qui custodiat
obsidionem Contemplare viam conforta
lumbos robora virtutem valde Quia sicut
reddidit dominus superbiam Jacob sicut superbiam Israel quia
vastatores dissipaverunt eos et propagines eorum corruperunt
Clipeus fortium eius ignitus viri exercitus in cocci
neis Ignee habene currus in die preparationis eius
et agitatores eius consopiti sunt In itineribus contur
bati sunt quadrige collise sunt in plateis aspectus eorum
quasi lampades quasi fulgura discurrencia Recordabitur
fortium suorum ruent in itineribus suis et velociter
ascendent muros eius et preparabitur umbraculum Por
te fluviorum aperte sunt et templum ad solum dirutum
Et miles captivus abductus est et ancille eius mina
bantur captive gementes ut columbe murmurantes in
cordibus suis Et Ninive quasi piscina aquarum aque eius
Ipsi vero effugerunt State state et non est qui revertatur
Diripite argentum diripite aurum et non est finis di
viciarum ex omnibus vasis desiderabilibus Dissipata est et scissa
et dilacerata et cor tabescens et dissolutio geniculorum
et defectio in cunctis renibus et facies omnium sicut nigredo

nigredo olle. Ubi est habitaculum leonum et pascua catulorum
leonum ad quam ivit leo ut ingrederetur illuc catulus
leonis et non est qui exterreat. Leo cepit sufficienter
catulis suis, et necavit leenis suis et implevit preda
speluncas suas et cubile suum rapina. Ecce ego ad te
dicit dominus deus exercituum et incendam usque ad fumum qua-
drigas tuas leunculos tuos comedet gladius et exter-
minabo de terra predam tuam et non audietur vox ultra nun-
III Ve civitas sanguinum universa tiorum tuorum
mendacia dilaceratione plena non recedet
a te rapina vox flagelli vox impetus ro-
the et equi frementis et equitis ascendentis et mican-
tis gladii et fulminantis [fulgurantis] haste et multitudinis interfecte
et gravis ruine nec est finis cadaverum et corruent
in corporibus suis propter multitudinem fornicationum meretricis
speciose et grate et habentis maleficia que vendidit
gentes in fornicationibus suis et familias in maleficiis
suis. Ecce ego ad te dicit dominus deus exercituum et revela-
bo pudenda tua in facie tua et ostendam gentibus
nuditatem tuam et regnis ignominiam tuam et proi-
ciam super te abhominationes tuas et contumeliis
te afficiam et ponam te in exemplum et erit omnis
qui viderit te resiliet a te et dicet vastata est Ninive
quis commovebit super te caput unde queram conso-
latorem tibi. Numquid maior [melior] es Alexandria populorum
que habitat in fluminibus aque in circuitu eius cuius divi-
tie aque mare muri eius Ethiopia fortitudo et
Egyptus et non est finis Affrica et Libies fuerunt in auxi-
lio eius. Sed et ipsa in transmigratione ducta est in
captivitatem parvuli eius elisi sunt in capite omnium
viarum et super inclitos eius miserunt sortem et omnes

optimates eius confixi sunt in compedibus et tu ergo ineb-
riaberis et eris despecta et queres auxilium ab inimico
Omnes municiones tue sicut ficus cum grossis suis
Si concusse fuerint cadent in os comedentis Ecce popu-
lus mulieres in medio tui inimicis tuis adapertione
porte terre vestre pandentur et devorabit ignis vectes tu-
os Aquam propter obsidionem hauri tibi extrue munici-
ones tuas intra in lutum et calca subigens tene
laterem Ibi comedet te ignis peribis gladio devora-
bit te ut bruchus Congregare ut bruchus multiplica-
re ut locuste Plures fecisti negociationes tuas quam
stelle celi Bruchus expansus est et avolavit
Custodes tui quasi locusta et parvuli tui quasi locuste
locustarum que considunt in sepibus in die frigoris Sol
ortus est et avolaverunt pastores tui o rex Assur sepe-
lient principes tui et non est cognitus locus ubi fue-
runt Dormitaverunt pastores tui o rex assur sepe-
lient principes tui latitavit populus tuus in montibus
et non est qui congreget eos Non est obscura contri-
tio pessima est plaga tua Omnes qui audierunt
auditionem tuam compresserunt manum super te quia super
quem non transivit malicia tua semper

Incipit prologus abakuk prophete

Quattuor prophete in duodecim prophetarum
volumine sunt exceptis tribus in principio
bennia id est pondus titulum habent Naum
Abacuk et Malachias Porro zacharias
in medio et circa finem duos huiusmodi titulos ponit
ex quibus unus est hoc onus verbi domini in terra Adrach
et Damasci requiei eius Alter est in fine operis ubi
dominus super Israel De naum vero temporibus iam liber
editus est De zacharia et malachia sive aliis tunc fuit

disseretur Nunc abacuk habemus in manibus qui uel eo
eo quod amabilis domino est vocatur amplexans uel quod
in certamen et luctam et ut ita dicam amplexum cum deo
congreditur amplexantis id est luctantis sortitus est
nomen Nullus enim tam audaci uoce ausus est deum ad
disceptationem iusticie prouocare et dicere ei Cur in rebus
humanis et mundi istius procura tanta rerum
perversitas iniustitia Usquequo domine clamabo et non exaudies
Vociferabor ad te vim patiens et non salvabis Quare osten
disti mihi iniquitatem et laborem videre Lacerata est lex et non
peruenit usque ad finem rectum iudicium Quia impius pre
ualet aduersus iustum ideo egreditur iudicium peruersum
Vide quam temeraria vox sit et quomodo blasphemet
Creatorem suum ad iudicium prouocare Et uas fragile aduersum
figulum Cur tale uel tale factum sit disputare Nunc non
et hoc animaduertendum est quod assumptio uel pondus que
gravia iam esse diximus Prophete visio est adversum
montani dogma peruersum intelligit quod viderit Nec
ut amens loquitur Nec in more insanientium feminarum
dat sine mente sonum Unde et apostolus iubet Et si pro
phetantibus aliis alii fuit reuelatum taceat qui prius
loquebatur Et statim subiungit Non est enim dissensionis
deus sed pacis Ex qua re intelligitur cum quis ex vo
luntate reticet et alii locum dat ad loquendum posse
et loqui et tacere cum velit Qui autem extasis id est amen
tus loquitur Nec tacere nec loqui in sua potestate habet
Illud quoque disce quod semel a me prolatum exigis ut quasi
gradus quosdam et scalas ad altiora intenti hystoriam
tibi interpreter prophetiam esse contra Babilonem et Nabuchodonosor
regem Caldeorum De quo per prophetam Naum quem
Abacuk sequitur vaticinium habuit contra Niniuen et

Abacuk

Assyrios qui vastaverunt decem tribus que vocantur Israel
ista Abacuk propheciam hanc adversus Babilonem et Na-
buchodonosor a quibus Juda et Jerusalem templumque subversa sunt
Et ut scias eo tempore fuisse Abacuk quo iam due
tribus que vocabantur Juda ducte erant in captivitatem
Danielis decima tercia potuit ad quem in lacu leonum Abba-
kuk cum prandio mittitur Quamquam apud Ebreos hec
ipsa non legatur hystoria Igitur sive quis recipit hystoriam
illam sive non recipit utrumque pro nobis est Aut enim
recipit et iam post captivitatem liber Abacuk scriptus
aut non recipit et cum propheciam scribit que ventura agnoscat
Interpretatio secundum litteram Causatur adversus deum propheta Cur
[illegible] templum dei vastare et Judeam cum Jerusalem ceterasque
urbes domini destruant Quare clamet propheta et non au-
diatur et vociferatur ad dominum oppressus a Caldeis et non
salvetur Quare ipse propheta vel propheta sub cuius persona
loquitur adhuc vivat et huc usque perductus sit ut iniqui-
tatem hostium et suam videat laborem iniusticiam specialiter ad-
versum se ut hec dicit prementis angustia Nesciens ante
in igne conflari et tres pueros de camino pulcriores
exisse quam intraverant Sed hec generaliter possumus accipere
ex persona humane impaciencie loqui ut in querulam
vocem et plenam doloris erumpat dicens Quare respicis
contemptores et taces conculcante impio iustiorem
se Hec autem loquitur nesciens iudicia dei investigabilia
et profundum divicie sapiencie et sciencie eius Et non
ita videt deus ut videt homo qui tantum presencia respicit
Deus futura et eterna cogitat Et quo si egrotus et estuans
febribus aquam frigidam postulet et dicat ad medicum
pacior crucior consumor usque quo medice clamabo et
non exaudies Et videt ei sapientissimus et clementissimus

mediatis. Scio quo tempore debeat quod postulas dare. Non
inferior modo, quia miseria ista delectus tibi erit. Si voluntas
tua contra te petit, certa et dominus vir sciens clementie sue pon-
dera atque mensuras medicum non exaudit clamantem ut cum prebet
et magis provocat ad rogandum. Et qui igne excoctum iustiorem
et puriorem faciat. Quod intelliges apertius, secundum illud
quod miseriam est consecutus a domino ait: Aporiamur sed non destituimur
et benedicimus dominum in omni tempore. Et scit quod qui perseveraverit
usque ad finem hic salvus erit. Et gloriatur in labore et dolore
et cum Ieremia dicit: Tribulationem et miseriam invocabo. Et
quando aliquis invocat sit sanctus vir et bellator invictus, ad exer-
cendum se et probandum tribulationem et miseriam venire desiderant.
I Onus quod vidit Abacuk propheta. Usquequo domine
clamabo et non exaudies, vociferabor ad te
vim patiens et non salvabis. Quare ostendisti
michi iniquitatem et laborem videre et predam et iniustitiam
contra me. Quare respicis contemptores et taces conculcante
impio iustiorem se. Et facies homines quasi pisces maris et quasi
reptilia non habentia ducem. Et factum est iudicium et contradictio
potentior. Propter hoc lacerata est lex et non pervenit usque
ad finem iudicium. Quia impius prevalet adversus iustum,
propterea egreditur iudicium perversum. Aspicite in gentibus et videte
et admiramini et obstupescite, quia opus factum est in diebus
vestris quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego suscita-
bo Caldeos gentem amaram et velocem, ambulantem super
latitudinem terre ut possideat tabernacula non sua. Horribilis
et terribilis est. Ex semetipsa iudicium et onus eius egre-
dietur. Leviores pardis equi eius et velociores lupis
vespertinis et diffundentur equites eius. Equites namque eius
de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad co-
medendum. Omnes ad predam venient, facies eorum ventus
urens, et congregabit quasi arenam captivitatem. Et ipse de regibus

triūphabit Et tiranni ridiculi eius erūt ipſe ſup omnē
munitionē ridebit et cōportabit aggerē et capiet eam
Tūc mutabit ſp̄us eius et ptranſibit et corruet hec eſt
fortitudo eius dei ſui Nunquid nō tu a principio dn̄e deus
ſancte meus / et nō moriemur Domine ī iudiciū poſuiſti
eū et fortē ut corriperes fundaſti eū Mundi ſūt oculi tui
ne videas malū Reſpicere ad iniquitatem non poteris Quare
nō reſpicis ſup iniqua agentes Et taces devorante impio
iuſtiorē ſe Et facies hoīes quaſi piſces maris / et quaſi
reptile nō hn̄s principē· totū in hamo ſublevabit Traxit
illud in ſagena ſua et cōgregavit ī rethe ſuū ſuper
hoc letabitur et exultabit propterea immolabit ſagene
ſue / et ſacrificabit rethi ſuo Quia in ipſis incraſſata
eſt pars eius / et cibus eius electus propter hoc ergo expā
dit ſagenā ſuam et ſemper interficere gentes nō ceſſat
Super cuſtodiā meā ſtabo et figam gra II
dum meū ſuper munitionē et cōtemplabor
ut videā quid dicatur m̄ / et quid reſpondeam
ad arguentē me Et reſpondit m̄ dn̄s et dixit Scribe
viſum et explana eū ſup tablas ut percurrat qui le
gerit eū Quia adhuc viſus procul et apparebit ī fine
et nō mentietur Si moram fecerit expecta eū quia veniens ve
niet et nō tardabit Ecce qui incredulus eſt nō erit recta
aīa eius ī ſemetipſo Iuſtus aūt ī ſua fide vivet Et quō
omni potentē potantē decipit Sic erit ſuperbus ibi et nō
decorabitur Qui dilatavit quaſi infernus aīam ſuā et ipſe
quaſi mors nō adimpletur Et cōgregabit ad ſe oēs gentes
Et coacervabit ad ſe omnes populos Nunquid nō omnes iſti ſup III
eū parabolā ſument et loquelā enigmatū eius Et dicetur
Ve ei qui multiplicat nō ſua uſquequo / et aggravat contra ſe
denſū lutū Nunquid nō repente cōſurgent qui mordeāt

te et suscitabuntur lacerantes te et eris in rapinam eis quia tu spoliasti gentes
multas spoliabunt te omnes qui fuerint de populis propter sangui-
nem hominis et iniquitatem terre civitatis et omnium habitantium in ea
Ve qui congregat avariciam malam domui sue ut sit in ex-
celso mons eius et liberari se putat de manu mali Cogi-
tasti confusionem domui tue concidisti populos multos et
peccavit anima tua quia lapis de pariete clamabit et li-
gnum quod inter iuncturas edificiorum est respondebit Ve qui edificat
civitatem in sanguinibus et preparat urbem in iniquitate Numquid
non hec sunt a domino exercituum laborabunt enim populi in
multo igne et gentes in vacuum et deficient et replebitur
terra ut cognoscant gloriam domini quasi aque operientes mare
Ve qui potum dat amico suo mittens fel suum et inebrians
ut aspiciat nuditatem eius Repletus es ignominia pro gloria
Bibe tu quoque et consopire circumdabit te calix dextere
domini et vomitus ignominie super gloriam tuam quia
iniquitas libani operiet te et vastitas animalium deterrebit eos
de sanguinibus hominum et iniquitate terre et civitatis omnium habi-
tantium in ea Quid prodest sculptile quia sculpsit illud
fictor suus conflatile et ymaginem falsam quia speravit
in figmento fictor eius ut faceret simulacra muta Ve
qui dicit ligno expergiscere surge lapidi tacenti Nu-
mquid ipse docere poterit ecce iste coopertus est auro et argento
et omnis spiritus non est in visceribus eius Dominus autem in templo
sancto suo sileat a facie eius omnis terra

III Domine audivi auditionem tuam et timui
Domine opus tuum in medio annorum vivifi-
ca illud In medio annorum notum facies
cum iratus fueris misericordie recordaberis Deus
ab austro veniet et sanctus de monte pharan Ope-
ruit celos gloria eius et laudis eius plena est terra

splendor eius ut lux erit / cornua in manibus eius. Ibi abscon-
dita est fortitudo eius ante faciem eius ibit mors. Et egredietur
dyabolus ante pedes eius. Stetit et mensus est terram. Aspexit et
dissolvit gentes et contriti sunt montes seculi. Incurvati
sunt colles mundi ab itineribus eternitatis eius. Pro iniquitate
vidi tentoria Ethyopie turbabuntur pelles terre madian
Numquid in fluminibus iratus es domine aut in fluminibus furor
tuus vel in mari indignatio tua. Qui ascendis super equos tuos
et quadrige tue salvatio. Suscitans suscitabis arcum tuum
iuramenta tribubus que locutus es. Fluvios scindes terre
viderunt te aque et doluerunt montes gurges aquarum transiit
Dedit abyssus vocem suam. Altitudo manus suas levavit
Sol et luna steterunt in habitaculo suo in luce sagittarum
tuarum. ibunt in splendore fulgurantis haste tue. In fremi-
tu conculcabis terram in furore obstupefacies gentes. Egressus
es in salutem populi tui in salutem cum christo tuo. Percussisti
caput de domo impii denudasti fundamentum eius usque
ad collum. Maledixisti sceptris eius capita bellatorum
eius venientibus ut turbo ad dispergendum me. Exulta-
tio eorum sicut eius qui devorat pauperem in abscondito
Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Audi-
vi et conturbatus est venter meus a voce contremuerunt labia
mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis et subter me sca-
teat. Ut requiescam in die tribulationis et ascendam ad populum
accinctum nostrum. Ficus enim non florebit et non erit germen
in vineis. Mentietur opus olive et arva non afferent
cibum. Abscidetur de ovili pecus et non erit armentum in
presepibus. Ego autem in domino gaudebo / et exultabo in
deo ihesu meo. Deus dominus fortitudo mea et ponet
pedes meos quasi cervorum. Et super excelsa mea deducet
me victor in psalmis canentem. Incipit prologus So-
phonie prophete.

Incipit prologus Zophonie prophete

Tradunt hebrei cuiuscumque prophete pater
aut avus ponatur in tytulo ipsos quoque prophetas
fuisse Unde et Amos unus de xii prophetis
cum diceret non sum propheta nec filius prophete sed pastor ovi-
um vellicans sicomoros patris nomen in tytulo non habere
videtur hoc si verum est Zophonias propheta qui nomine ut in-
dicavi prophetico et gloriosa maiorum suorum stirpe generatus
est et sub Iozia rege Iuda predicavit habuit enim pro-
Chusi avum Godoliam proavum Amasiam et atavum
Ezechiam et talem quadrigam ipse velut extremus au-
riga conplevit Nomen Zophonie alii speculam alii
archanum dei transtulerunt Siue igitur specula siue ab-
sconditum domini interpretetur utrumque prophete convenit dicen-
te enim Ezechiel Fili hominis speculatorem domui Israel
te posui iste ergo propheta qui erat in specula et in sublimi-
bus constitutus et noverat misteria domini filius erat Chusi
quod interpretatur humilitas. Habebat quoque avum Godoliam
qui dicitur magnitudo domini et proavum Amasiam
qui et ipse vertitur in sermonem domini et atavum Ezechiam
qui sonat fortitudo domini De fortitudine itaque domini nata
est sermo domini et de sermone domini nata est magnitudo domini
et de magnitudine domini nata est humilitas Ut cum pervenerit
aliquis ad perfectum dicat Domine non sum dignus vocari a-
postolus et illud in psalmo Domine non est exaltatum cor me-
um neque elati sunt oculi mei Iosiam regem Iude cuius
temporibus Zophonias prophetasse invenitur de omnibus
regibus Iude placuisse hystoria quarti libri Regum
et scriptura paralippomenon demonstrat Iosias simulacra que pa-
tres eius Amon vel avus eius Manasses in templo dei
collocaverunt deiecta comminuisse invenitur in quibus
serpentem eneum a Moyse factum cum errore inductum

populus superstitione ydolorum detentus admisceat idem cu-
stodisse. Pascha etiam in mense suo temporibus inclitis solite
celebrasse firmat. Ideo deus per prophetam temporibus mode-
rati regis que pervenienda erant ostendere curavit quin de-
lectione correcti essent. Affuturum indicavit Israel nos salutem
et civitati Jherusalem restaurationem tunc temporis tribuendam, per-
tim lectionis determinavit. Liber Zophonie prophete

Verbum domini quod factum est ad zopho- I
niam filium chusi filii godolie filii A-
masie filii ezechie in diebus iosie
filii amon regis iuda. Congregans con-
gregabo omnia a facie terre dicit dominus.
Congregans hominem et pecus, congre-
gans volatilia celi et pisces maris. Et ruine impio-
rum erunt. Et disperdam homines a facie terre dicit dominus. Et extendam
manum meam super iudam et super omnes habitatores iherusalem
et disperdam de loco isto reliquias Baal et nomina
edituorum cum sacerdotibus et eos qui adorant super tecta mi-
liciam celi. et adorant et iurant in domino. et iurant in mel-
chon. Et qui avertuntur de post tergum domini, et qui non quesierunt
dominum nec investigaverunt eum. Silete a facie domini dei
quia iuxta est dies domini, quia preparavit dominus hostiam,
sanctificavit vocatos suos. Et erit in die hostie domini
visitabo super principes et super filios regis et super
omnes qui induti sunt veste peregrina. visitabo super
omnem qui arroganter ingreditur super limen in die illa
qui complent domum domini dei sui iniquitate et dolo.
Et erit in die illa dicit dominus vox clamoris a porta pi-
scium, et ululatus a secunda et contritio magna a collibus.
Ululate habitatores pile. Et conticuit omnis populus Cha-
naan disperierunt omnes involuti argento. Et erit in tempore
illo scrutabor iherusalem in lucernis. Et visitabo super viros

defixos in fecibus suis / qui dicunt in cordibus suis Non faciet
bene dominus et non faciet male dominus Et fortitudo eorum in di-
reptionem / et domus eorum in desertum Et edificabunt domos et non
habitabunt et plantabunt vineas et non bibent vinum earum
Iuxta est dies domini magnus iuxta et velox nimis Vox diei
domini amara tribulabitur ibi fortis Dies illa dies tribu-
lationis et angustie dies calamitatis et miserie Dies te-
nebrarum et caliginis Dies turbinis et nebule Dies
tube et clangoris / super civitates munitas et super angu-
los excelsos Et tribulabo homines et ambulabunt ut ceci
quia domino peccaverunt Et effundetur sanguis eorum sicut
humus et corpora eorum sicut stercora Sed et argentum eorum et
aurum eorum non poterit eos liberare in die ire domini In
igne zeli eius devorabitur omnis terra Quia consummationem
cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram

II

Convenite et congregamini gens non amabilis
priusquam pereat alias pariat iussio quasi
pulverem transeuntem diem Antequam
veniat super vos dies ire furoris domini Antequam veniat
super vos dies indignationis eius Querite dominum omnes
mansueti terre qui iudicium eius estis operati Querite iustum
querite mansuetum si quomodo abscondamini in die furoris
domini Quia Gaza destructa erit et Ascalon in desertum
Azotum in meridie eicient / et Accaron eradicabitur Ve qui
habitatis funiculum maris / gens perditorum verbum domini
super vos Chanaan terra philistinorum et disperdam te ita
ut non sit inhabitator Et erit funiculus maris requies
pastorum et caule pecorum Et erit funiculus eius qui rema-
serit de domo Iuda ibi pascentur in domibus Ascalonis ad
vesperum requiescent Quia visitabit eos dominus deus eorum
et avertet captivitatem eorum Audivi opprobrium Moab et
blasphemias filiorum Amon que exprobraverunt populo meo
et magnificati sunt super terminos eorum Propterea vivo ego dicit
dominus deus exercituum Quia Moab ut Sodoma erit / et filii

Amon quasi Gomorra Siccitas spinarum et acervi salis et
desertum usque in eternum Reliquie populi mei diripient illos et re
sidui gentis mee possidebunt eos Hoc eis veniet pro
superbia sua, quia blasphemaverunt et magnificati sunt super populum
domini exercituum Horribilis dominus super eos et attenuabit
omnes deos terre et adorabunt eum viri de loco suo omnes insule
gentium Sed et vos Ethyopes interfecti gladio meo eritis Et
extendet manum suam super aquilonem et perdet Assur et
ponet speciosam in solitudinem et in invium et quasi desertum et
accubabunt in medio eius omnes greges bestie gentium et ona
crotalus et hiricius in liminibus eius morabuntur Vox cantantis
in fenestra et corvus in superliminari quoniam attenuabo
robur eius Hec est civitas gloriosa habitans in confidencia
que dicebat in corde suo Ego sum et extra me non est
alia amplius Quomodo facta est in desertum cubile bestie Omnis
qui transit per eam sibilabit et movebit manum

III

Ve provocatrix et redempta civitas columba quia
non audivit vocem domini et non suscepit di-
sciplinam in domino non est confisa Ad deum suum non
appropinquavit Principes eius in medio eius quasi leones rugi
entes iudices eius lupi vespere non relinquebant in mane
Prophete eius vesani viri infideles sacerdotes eius pollue
runt sanctum iniuste egerunt contra legem Dominus iustus in medio
eius non faciet iniquitatem mane mane iudicium suum dabit in luce
et non abscondetur Nescivit iniquus confusionem Disperdidi
gentes et dissipati sunt anguli eorum Desertas feci vias
eorum dum non est qui transeat Et desolate sunt civitates
eorum non remanente viro neque ullo habitatore Dixi attamen
timebis me suscipies disciplinam et non peribit habi
taculum eius propter omnia in quibus visitavi eam Verumtamen
diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas
Quapropter expecta me dicit dominus in die resurrectionis mee
in futurum quia iudicium meum ut congregem gentes et colligam

regna et effundam super eos indignationem meam et omnem iram
furoris mei. In igne enim zeli mei devorabitur omnis terra.
Quia tunc reddam populis labium electum ut invocent omnes
gentes in nomine domini et serviant ei humero uno. Ultra flu-
mina ethyopie inde supplices mei filii dispersorum meorum
deferent munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis
adinventionibus tuis quibus prevaricata es in me, quia tunc
auferam de medio tui magniloquos superbie tue et non adi-
cies exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in
medio tui populum pauperem et egenum et sperabunt in nomine
domini reliquie israel, non facient iniquitatem, non loquentur men-
dacium. Et non invenietur in ore eorum lingua dolosa quoniam
ipsi pascentur et accubabunt et non erit qui exterreat.
Hec dicit dominus. Lauda filia syon iubila filia israel
letare et exulta israel in omni corde filia hierusalem. Abstulit
dominus iudicium tuum avertit inimicos tuos rex israel. Dominus
in medio tui non timebis malum ultra. In die illa dicetur
hierusalem Noli timere syon non dissolvantur manus tue. Dominus
deus tuus in medio tui fortis ipse salvabit, gaudebit super
te in leticia silebit in dilectione tua exultabit in
laude super te. Nugas qui a lege recesserant congregabo
quia ex te erant ut non ultra habeas super eis opprobrium.
Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo
et salvabo claudicantem. Et eam que eiecta fuerat congre-
gabo. Et ponam eos in laudem et nomen in omni terra con-
fusionis eorum. In tempore illo quo educam vos in nomen
et in laudem alias adducam vos et in tempore quo congre-
gabo vos. Dabo enim vos in nomen et in laudem omnibus
populis terre. Cum convertero captivitatem vestram coram oculis
vestris dicit dominus. Incipit prologus Aggei prophete

Ieremias propheta ob causam periurii Sedechie regis
ut in epistola libri secundi paralipomenon indicatur qui fi-
dem promissam Nabuchodonosor regi Caldeorum non servaverat

Prologus

populum Israel refert cum nabuchodonosor rege. Israel expugnata Je-
rusalem captivum Babilonem fuisse perductum. Quia cum nabuchodono-
sor populus multis temporibus ydolis fugiendo et effusione sanguinis
innocentum se graviter inquinasset. Volens deus gratiam
promissam eius populo ob causas memoratas permittit depire
lxx. annorum captivitatis eundem populum in terra caldeorum
statuit sustinere hac ratione ut completo numero annorum Non-
dum populus inmunis a memoratis peccatis ad revocationem
Jerusalem aut renovationem perveniret. Transgressio itaque
secundo anno regis caldeorum subiuncto. Cum adhuc octo anni
ad regnandum restabat. Que etiam visio danielis ostendit
propter causam sacrilegii, que in eadem visione continetur fuisse
extinctum. Darius rex qui in medis imperabat ut eadem
visio danielis ostendit nabuchodonosor regno successit. Cuius
primo anno regni ut x. visio danielis ostendit supputa-
tis annis videns daniel appropinquare tempus reversionis
ex prophetia iheremie fuerat promissa. Orans tamen pro se quam
pro populo eandem promissionem a deo postulabat impleri.
Cum per gabrielem angelum in eadem visione nunc sit
eius promissa esse completa deus edocuit. Nam moriente
supradicto rege medorum et succedente in regno rege per-
sarum promissio dei completa per eundem regem populus Israel
in Jerusalem reductus hystoria libri secundi paralipomenon et primi
esdre confirmat. Cumque a populo Israel et a senioribus tem-
plum dei edificari cepisset unanimo, mortuo rege persa-
rum regnante dario rege persarum cum nabuchodonosor succes-
serat vicine gentes civitatis Jerusalem ut esdras refert. re-
staurationem templi et civitatis Jerusalem impedire ceperunt.
Circa tempus demum populus Israel restaurationem predicti templi
domini necdum iuxta promissionem concessam esse credebat
propter quod in secundo anno regni nabuchodonosor Darii regis per-
sarum Aggeus propheta a deo missus ad zorobabel

cum de tribu iuda erat / cum principatum regni susceperat
et ihesum filium iosedech summum sacerdotem admonet ut re-
dant et impleto iam annorum tempore restaurationis Jerusalem
advenisse hic etiam addito Ne incredulitate populi vel
lenit inutati de quo deus dixit per eum prophetis hic dicit Non
dum enim venit tempus ut reedificetur domus dei Omnia
autem que textu prophetia continet reversionem populi reedifi
cationem templi renovationem civitatis observantiam sacerdota
lem et initium regnorum exterorum significant Prolog[us]

Aggeus festivus et letus qui seminat in la-
crimis ut in gaudio metat destructum tem
plum reedificat Deum patrem inducit loquentem
Adhuc unum modicum est et ego commovebo celum et
terram et mare et aridam et commovebo omnes gentes et
veniet desideratus cunctis gentibus Incipit liber aggei
prophete

I

In anno secundo Darii regis persarum in mense sexto
in die una mensis factum est verbum domini in manu aggei
prophete ad zorobabel filium salathiel ducem iuda
et ad ihesum filium iosedech sacerdotem magnum dicens
Hec dicit dominus deus exercituum dicens populus iste dicit Nondum
venit tempus domus domini edificande Et est verbum domini
in manu aggei prophete dicens Numquid tempus vobis est ut
habitetis in domibus laqueatis et domus ista deserta Hec
dicit dominus exercituum Ponite corda vestra super vias vestras
Seminastis multum et intulistis parum Comedistis et
non estis saciati Bibistis et non estis inebriati Operuistis
vos et non estis calefacti Et qui mercedes congregavit misit
eas in saccum pertusum Hec dicit dominus exercituum Ponite cor
da vestra super vias vestras Ascendite in montem portate ligna
et edificate domum Et acceptabilis michi erit et glorificabor
dicit dominus Respexistis ad amplius et ecce factum est
minus et intulistis in domum et exsufflavi illud Quam ob rem

[Margin note:] ...quia in prophecia quia altare tunc destructo domus mea deserta ... nec offerebant in altari ... sacrificium ... quando offerebant altari ... sacrificia ... quam exercebant operibus ... alienis

[Margin note:] ... de iiii ... super litteram ... de utroque carnis ... exit quod aliud mittit ... indefinite ... bono opere acquirunt ... quod male ... perdant

ait dns exercituum Quia domus mea deserta et vos festinatis
unusquisque in domum suam Propter hoc prohibiti sunt super vos
celi ne darent rorem ad fecunditatem Et terra prohibita est ne
daret germen suum et super triticum et super vinum et super oleum
Et quecumque profert humus Et super homines et super iumenta
et super omnem laborem manuum Et audivit zorobabel
filius Salatiel et ihesus filius iosedech sacerdos magnus et omnes
reliquie voci dei sui et verba Aggei prophete sicut misit eum
dns deus eorum ad eos Et timuit omnis populus a facie domini
Et dixit Aggeus nuncius dni de nunciis domini populo
dicens Ego sum vobiscum dicit dns Et suscitavit dns spiritum
zorobabel filii salathiel ducis iuda et spiritum ihesu filii
iosedech sacerdotis magni et spiritum reliquiarum de omni populo
Et ingressi sunt et faciebant opus in domo exercituum dei sui
In die xxiiii mensis terc̃ in vi° mense in anno secundo II
Darii regis in vii° mense in xxi prima mensis factum
est verbum dni in manu Aggei prophete dicens Loquere
ad zorobabel filium Salathiel ducem iuda et ad ihesum
filium iosedech sacerdotem magnum et ad reliquias populi
dicens Quis in vobis est derelictus qui vidit domum istam
in gloria sua prima Et quid vos videtis hanc nunc Numquid
non ita est quasi non sit in oculis vestris Et nunc confortare zo
robabel dicit dns Et confortare ihesu fili iosedech sac
erdos magne et confortare omnis populus terre dicit dominus
exercituum verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra
egypti Et spiritus meus erit in medio vestrum Nolite timere
Quia hec dicit dns deus exercituum Adhuc unum modicum
est et ego movebo celum et terram mare et aridam et mo
vebo omnes gentes et veniet desideratus cunctis gentibus
Et implebo domum istam gloria dicit dns exercituum Ma
gna erit gloria domus istius novissime plus quam
prime dicit dns exercituum Et in loco isto dabo pacem

Dicit dominus exercituum In xx et iiii noni mensis In anno
secundo darii regis factum est verbum domini ad Aggeum prophetam
dicens Hec dicit dominus exercituum Interroga sacerdotes legem di-
cens Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti
sui et tetigerit de summitate eius panem aut pulmentum aut
vinum aut oleum aut omnem cibum Numquid sanctificabitur
Respondentes autem sacerdotes dixerunt Non. Et dixit Aggeus
Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his Numquid con-
taminabitur Et respondit Aggeus et dixit Sic populus iste et sic
gens ista ante faciem meam dicit dominus Et sic omne opus ma-
nuum eorum et omnia que obtulerint ibi contaminata erunt Et
nunc ponite corda vestra a die hac et supra Antequam poneretur
lapis super lapidem in templo domini Cum accederetis ad acervum
xx^ti modiorum et fierent decem Et intraretis ad torcularem
ut exprimeretis quinquaginta lagenas et fiebant xx^ti Per-
cussi vos vento urente et aurugine et grandine omnia
opera manuum vestrarum et non fuit in vobis qui reverteretur ad me
dicit dominus Ponite corda vestra ex die ista et usque ad futurum
a die xx et iiii noni mensis a die qua fundamenta iacta
sunt ad templum domini ponite super cor vestrum Numquid semen
iam in germine est Et adhuc vinea et ficus et malogra-
natum et lignum olive non floruit ex die ista benedicam
Et factum est verbum domini ad Aggeum secundo in xx^ti
et iiii mensis dicens Loquere ad zorobabel ducem Iude
dicens Ego movebo celum pariter et terram et subvertam so-
lium regnorum et conteram fortitudinem regum gentium
et subvertam quadrigam et ascensores eius et descendent
equi et ascensores eorum vir in gladio fratris sui In die
illa dicit dominus deus exercituum Assumam te zorobabel fili Sa-
lathiel serve meus ait dominus et ponam te quasi signaculum
quia te elegi dicit dominus deus exercituum

Incipit prologus in libro zacharie

Anno secundo darii regis medorum Aggeum et zacha-
riam prophetasse lectiones eorundem declarant Sed
hac de causa Aggeus zacharie in ordine prophetarum
prelatus videtur et cum duobus mensibus ut predicte lectiones osten-
dunt in prophetia precessisse invenitur Ad restaurationem eos templi
populum animasse esdras refert dicens In secundo anno darii pro-
phetaverunt Aggeus et zacharias filius Addo prophete super iude-
os qui erant in iudea et in iherusalem et super israel Tunc surrexerunt
zorobabel filius salathiel et ihesus filius iosedech et princi-
pes eius, inceperunt edificare domum dei que est in iherusalem
Qui cum audissent prophete hortationem sua adiuvarunt eos Nam
et populus israel ob imitationem priorum delictorum per suam commoti-
onem idem propheta apices revocare verbum lectionis compre-
hensum est Vidi nocte et ecce vir ascendit equum stantem
in medio mirteti umbrosi Cuius visionis hec solucio Vir ascen-
dens equum rubeum licet angelus intelligatur tamen ex predicto
colore consistere visus est vindicta sanguinis in eam gentem
significat profundendam que populum israel in captivitatem redege-
rat Unde et ysaias per ruborem vestimentorum inter gentes vindi-
ctam tum sanguine adeo profundendam demirans hijs verbis usus est
dicens Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus
de Bosra Stante vero in medio mirteti umbrosi quod dicit leticiam
populo affuturam per mirteti significationem voluit designare Cuius
ligni moyses in levitico dum faceret mentionem ait Accipie-
tis die prima fructus ligni speciosi ut leticiam populo ple-
olentis ligni speciosum umbraculum demonstraret Secundum hanc
visionem que liberationem populi et vindictam de adversariis futuram
demonstraret ob hoc nocte prophetia se vidisse memorat quia
populum israel in liberatione de terra egypti nocte conscendi-
sse constabat Cuius exempli prius populus ex aliqua parte
in se retinere videbatur Liberatio eiusdem ac reditus capti-
vitatis de terra caldeorum per noctem prophete est revelata Et

Incipit Zacharie liber

In mense octavo in anno secundo Darij factum est verbum domini
I ad Zachariam filium Barachie filium Addo prophetam dicens
Iratus est dominus super patres vestros iracundia magna Et di
ces ad eos Hec dicit dominus exercituum Convertimini ad me dicit dominus
exercituum et ego convertar ad vos dicit dominus exercituum Ne
sitis sicut patres vestri ad quos clamabant prophete priores dicentes
Hec dicit dominus exercituum Convertimini a vijs vestris malis et cogi
tacionibus vestris pessimis Et non audierunt Neque attenderunt
ad me dicit dominus Patres vestri ubi sunt et prophete Nunquid in
sempiternum vivent Verumtamen verba mea et legittima mea
que mandavi servis meis prophetis Nunquid non comprehen
derunt patres vestros Et conversi sunt et dixerunt Sicut cogitavit
dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras et secundum adin-
ventiones nostras fecit nobis In die xxiiii undecimi
mensis Sabath in anno secundo Darij factum est verbum domini
ad Zachariam filium Barachie filium Addo prophetam dicens Vidi
per noctem Et ecce vir ascendens super equum ruffum et ipse sta
bat inter mirteta que erant in profundo et post eum equi ruffi
varij et albi Et dixi Quid sunt isti domine mi Et dixit ad me
angelus domini qui loquebatur in me Ego ostendam tibi quid
sunt hij Et respondit vir qui stabat inter mirteta Et dixit
Isti sunt quos misit dominus ut perambulent terram Et responderunt
angelo domini qui stabat inter mirteta Et dixerunt Peram-
bulavimus terram Et ecce omnis terra habitatur et quiescit Et
respondit angelus domini et dixit Domine exercituum Usquequo tu non
misereberis Iherusalem et urbium Iuda quibus iratus es Iste iam
septuagesimus annus est Et respondit dominus angelo qui loquebatur
in me verba bona consolatoria Et dixit ad me angelus qui
loquebatur in me Clama dicens Hec dicit dominus exercituum Zela
tus sum Iherusalem et Syon zelo magno Ego irascor super
gentes opulentas et ego iratus sum parum Ipsi

vero adiuuauerunt in malum. Propterea hec dicit dominus Reuertar ad
Ierusalem in misericordijs Domus mea edificabitur in ea dicit dominus exer-
cituum Et perpendiculum extendetur super Ierusalem adhuc clama di-
cens Hec dicit dominus exercituum Adhuc affluent ciuitates mee
bonis Et consolabitur dominus adhuc Syon Et eliget adhuc Ie-
rusalem Et leuaui oculos et vidi Et ecce quatuor cornua Et di-
xi angelo qui loquebatur in me Domine mi Quid sunt hec
Et dixit ad me Hec sunt cornua que ventilauerunt Iudam
et Israel et Ierusalem Et ostendit mihi dominus quatuor fabros Et dixi
Quid isti veniunt facere Qui ait dicens Hec sunt cornua que
ventilauerunt Iudam per singulos viros Et nemo illorum leua-
uit caput suum Et venerunt isti deterrere ista ut deiciant
cornua gentium que leuauerunt cornua super terram Iuda ut
Et leuaui oculos meos et vidi / dispergerent eam
Et ecce vir, et in manu eius funiculus mensure
Et dixi Quo tu vadis Et dixit ad me Vt II
meciar Iudam et Ierusalem, et alia loca predicta quanta
sit latitudo eius et longitudo eius Et ecce angelus qui
loquebatur in me egrediebatur Et alius angelus egrediebatur in occur-
sum eius Et dixit ad eum Curre et loquere ad puerum
istum dicens Absque muro habitabitur Ierusalem pre multitudine
hominum et iumentorum in medio eius Et ego ero ei dicit
dominus murus ignis in circuitu Et in gloria ero in medio eius
O o o fugite de terra aquilonis dicit dominus Quoniam in quatuor
ventos dispersi vos dicit dominus O Syon fuge que habitas
apud filiam Babilonis Quia hec dicit dominus exercituum
Post gloriam misit me ad gentes que spoliauerunt vos Qui
enim tetigerit vos tangit pupillam oculi mei Quia
ecce ego leuo manum meam super eos et erunt prede
hijs qui seruiebant sibi Et cognoscetis quia dominus exerci-
tuum misit me Lauda et letare filia Syon Quia

ecce ego venio et habitabo in medio tui ait dominus et applicabun-
tur gentes multe ad dominum in die illa et erunt michi in populum et ha-
bitabo in medio tui et scies quia ego dominus exercituum misit me
ad te et possidebit dominus iudam partem suam in terra sanctificata
et eliget adhuc ierusalem Sileat omnis caro a facie domini
quia consurrexit de habitaculo suo sancto

III Et ostendit michi ihesum sacerdotem magnum
stantem coram angelo domini et sathanas stabat
a dextris eius ut adversaretur ei Et dixit dominus ad
sathanam Increpat in te dominus sathana et increpet in te
dominus qui elegit ierusalem Numquid non iste torris est erutus
de igne Et ihesus indutus erat sordidis vestibus et stabat
ante faciem angeli domini qui respondit et ait ad eos qui stabant coram
se dicens Auferte sordida vestimenta ab eo Et dixit ad eum
Ecce abstuli a te iniquitatem tuam et indui te mutatoriis
Et dixit Ponite cydarim mundam super caput eius Et
induerunt apposuerunt cydarim mundam super caput eius et
induerunt eum vestibus albis Et angelus domini stabat et conte-
stabatur angelus domini ihesum dicens Hec dicit dominus exercituum
Si in viis meis ambulaveris et custodiam meam custodieris
Tu quoque iudicabis domum meam et custodies atria mea et
dabo tibi ambulantes de hiis qui nunc hic assistunt Audi
ihesu sacerdos magne tu et amici tui qui habitant coram te
quia viri portendentes sunt Ecce enim adducam servum meum
orientem Quia ecce lapis quem dedi coram ihesu Super
lapidem unum septem oculi sunt Et ecce ego celabo scul-
pturam eius ait dominus exercituum Vocabit amicum suum subter
vineam suam et subter ficum suam

IIII Et reversus est angelus qui loquebatur in me et
suscitavit me quasi virum qui suscitatur de som-
no suo Et dixit ad me Quid tu vides et

dixi Vidi et ecce candelabrum aureum totum Et lampas eius
super caput ipsius Et septem lucerne eius super illud Et vii
infusoria lucernis que erant super caput eius Et
due olive super illud vna a dextris lampadis alia a si-
nistris eius Et respondi et aio ad angelum qui loquebatur
in me dicens Quid sunt hec domine mi Et respondit angelus
qui loquebatur in me et dixit ad me Nunquid nescis quid
sunt Et dixi Non domine mi Et respondit et ait ad me dicens Hoc
est verbum domini ad zorobabel Non in exercitu neque in robore
sed in spiritu meo dicit dominus exercituum Quis tu mons magne
coram zorobabel in planum Et educet lapidem primarium
Et exequabit gratiam gratie eius Et factum est verbum domini ad
me dicens Manus zorobabel fundaverunt domum istam et ma-
nus eius perficient eam Et scietis quia ego dominus exercituum
misit me ad vos Quis enim despexit dies parvos
Et letabuntur et videbunt lapidem stagneum in manu
zorobabel Septem sunt isti oculi qui discurrunt in vniversam
terram Et respondi et dixi ad eum Quid sunt due olive iste
ad dexteram candelabri et ad sinistram eius Et respondi
secundo et dixi ad eum Quid sunt due spice olivarum que
sunt iuxta duo rostra aurea in quibus sunt suffusoria
ex auro Et ait ad me dicens Nunquid nescis que sunt
hec Et dixi Non domine mi Et dixit Isti sunt duo filii olei
splendoris qui assistunt dominatori vniverse terre

Et conversus sum et levavi oculos meos Et
vidi Et ecce volumen volans Et dixit ad
me Quid tu vides Et dixi Ecce ego video V
video volumen volans longitudo eius xx cubitorum
latitudo eius x cubitorum Et dixit ad me Hec est ma-
ledictio que egredietur super faciem vniverse terre Quia
omnis fur sicut scriptum est iudicabitur Et omnis

iurans similiter iudicabitur. Et educam illud dicit dominus exercituum
Et veniet ad domum furis et ad domum iurantis in nomine meo men-
daciter / et commorabitur in medio domus eius. Et consumet eam / et li-
gna eius et lapides eius. Et egressus est angelus qui loquebatur
in me. Et dixit ad me leva oculos tuos et vide / quid est hoc
quod egreditur. Et dixi quidnam est. Et ait haec est amphora egre-
diens. Et dixit haec est oculus eorum in universa terra. Et ecce tha-
lentum plumbi portabatur. Et ecce mulier una sedens in medio
amphore. Et ait haec est impietas. Et proiecit eam in medio ampho-
re. Et misit massam plumbeam in os eius. Et levavi ocu-
los meos et vidi. Et ecce duae mulieres egredientes et spiritus
in alis earum. Et habebant alas quasi alas milvi / et levaverunt
amphoram inter terram et celum. Et dixi ad angelum qui
loquebatur in me. Quo iste deferunt amphoram. Et dixit ad
me ut edificetur ei domus in terra Sennaar. Et stabiliatur et
ponatur ibi super basim suam etc.

VI Et conversus sum et levavi oculos meos et vidi. Et
ecce quattuor quadrige egredientes de medio d-
uorum montium / et montes erei. In quadriga
prima equi rufi. Et in quadriga secunda equi nigri. Et in
quadriga tertia equi albi. Et in quadriga quarta equi vari
fortes. Et vidi et dixi ad angelum qui loquebatur in me.
Quid sunt haec domine mi. Et respondit angelus et dixit ad me. Isti
sunt quattuor venti celi qui egrediuntur ut stent coram
dominatore omnis terre. In quo erant equi nigri egrediebantur
in terram aquilonis. Et albi egressi sunt post eos. Et vari
egressi sunt ad terram austri. Qui autem erant robustissimi
exierunt et querebant ire et discurrere per omnem terram. Et dixit
ite et perambulate terram. Et perambulaverunt terram. Et vocavit
me. Et locutus est ad me dicens. Ecce qui egrediuntur
in terram aquilonis requiescere fecerunt spiritum meum in terra
aquilonis. Et factum est verbum domini ad me dicens. Sume
a transmigratione ab Holdai et a Thobia et ab Idaia

Et uenies tu in die illa et intrabis domum Iosie filii So-
phonie . et sumes argentum et aurum . et facies coronas et
pones in capite Ihesu filii Iosedech sacerdotis magni Et loqueris
ad eum dicens Hec dicit dominus exercituum dicens Ecce uir oriens
nomen eius . et subter eum orietur et edificabit templum
domino Et ipse portabit gloriam et sedebit et dominabitur super
solio suo Et erit sacerdos super solio suo Et consilium pa-
cis erit inter illos duos Et corone erunt memoriale in tem-
plo domini Et qui procul sunt venient et edificabunt in tem-
plo domini Et scietis quia dominus exercituum misit me ad uos
Erit autem hoc si auditu audieritis vocem domini dei uestri
Et factum est anno quarto Darii regis factum VII
est verbum domini ad Zachariam in quarta die
mensis noni qui est Casleu Et miserunt ad
domum domini Sarasai et Romegelech et viri qui erant
cum eo ad deprecandam faciem domini ut dicerent sacerdotibus domus
domini exercituum et prophetis loquentes Numquid flendum est
mihi in mense quinto . et sanctificare me debeo . sicut iam feci multis
annis Et factum est verbum domini exercituum ad me dicens Lo-
quere ad omnem populum terre et ad sacerdotes terre dicens
Cum ieiunaretis et plangeretis in quinto et in septimo mense
per hos septuaginta annos Numquid ieiunium ieiunastis
mihi Et cum comedistis et bibistis Numquid non vobis met
ipsis comedistis et vos metipsis bibistis Numquid non sunt
hec verba que locutus est dominus in manu prophetarum priorum
cum adhuc Ierusalem habitaretur et opulenta esset et ipsa
urbes in circuitu eius . et ad austrum . et in campestribus
habitaretur Et factum est verbum domini ad Zachariam dicens
Hec dicit exercituum dominus Iudicium verum iudicate et misericordiam
et miserationes facite unusquisque cum fratre suo Et viduam
et pupillum et aduenam et pauperem nolite calumniari

et malum vir fratri suo non cogitet in corde Et noluerunt
attendere et averterunt scapulam recedentes et aures suas
aggravaverunt ne audirent Et cor suum posuerunt ut adaman-
tem ne audirent legem et verba que misit dominus exercituum
in spiritusancto suo per manum prophetarum priorum Et facta est
indignatio magna a domino exercituum Et factum est sicut lo-
cutus est et non audierunt Sic clamabunt et non exaudiam
dicit dominus exercituum Et dispersi eos per omnia regna que nesci-
erunt et terra desolata est ab eis eo quod esset transiens et re-
vertens Et posuerunt terram desiderabilem in desertum

VIII Et factum est verbum domini exercituum ad me dicens
Hec dicit dominus exercituum Zelatus sum Syon ze-
lo magno et indignatione magna zelatus sum
eam Hec dicit dominus exercituum Reversus sum ad Syon et
habitabo in medio ierusalem et vocabitur civitas ierusalem veri-
tatis Et mons domini exercituum mons sanctificatus Hec dicit
dominus exercituum Adhuc habitabunt senes et anus in pla-
theis ierusalem Et viri baculus in manu eius pre multitudine
dierum Et platee civitatis complebuntur infantibus et puellis
ludentibus in platheis eius Hec dicit dominus exercituum Si
difficile videbitur in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis Num-
quid in oculis meis difficile erit dicit dominus exercituum Ecce ego
salvabo populum meum de terra orientis et de terra occasus
solis et adducam eos Et habitabunt in medio ierusalem Et erunt
mihi in populum Et ego ero eis in deum in veritate et in iusticia Hec
dicit dominus exercituum Confortentur manus vestre qui auditis
in diebus his sermones istos per os prophetarum in die qua
fundata est domus domini exercituum ut templum edificaretur
Siquidem ante dies illos merces hominum non erat nec merces
iumentorum erat neque introeunti neque exeunti erat
pax pre tribulatione Et dimisi omnes homines unumquemque

contra proximum suum. Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam
reliquiis populi huius dicit dominus exercituum sed semen pacis
erit vinea dabit fructum suum et terra dabit germen suum et
celi dabunt rorem suum Et possidere faciam reliquias populi huius
universa hec Et erit sicut eratis maledictio in gentibus domus
Iuda et domus Israel sic salvabo vos et eritis benedictio
Nolite timere confortentur manus vestre Quia hec dicit dominus
exercituum Sicut cogitavi ut affligerem vos cum ad iracundiam
provocassent me patres vestri dicit dominus et non sum misertus sic
conversus cogitavi in diebus istis ut benefaciam Ierusalem et domui
Iuda Nolite timere Hec sunt ergo verba que facietis Loquimini veri-
tatem unusquisque cum proximo suo veritatem et iudicium pacis iudica-
te in portis vestris Et unusquisque malum contra proximum suum ne
cogitetis in cordibus vestris Et iuramentum mendax ne di-
ligatis Omnia enim hec sunt que odi dicit dominus Et factum
est verbum domini exercituum ad me dicens Ieiunium quarti et ie-
iunium quinti et ieiunium septimi et ieiunium decimi erit
domui Iuda in gaudium et leticiam et in solemnitates pre-
claras Veritatem tantum et pacem diligite Hec dicit dominus
exercituum Usquequo veniant populi et habitent in civitatibus multis
Et vadant habitatores unus ad alterum dicentes Eamus et
deprecemur faciem domini Et queramus dominum exercituum Vadam
et ego Et venient populi multi et gentes robuste ad queren-
dum dominum exercituum in Ierusalem et ad deprecandum faciem
domini Hec dicit dominus exercituum In diebus illis in quibus
apprehendent x homines ex omnibus linguis gentium Et apprehen-
dent fimbriam viri Iudei dicentes Ibimus vobiscum
Audivimus enim quoniam nobiscum est. ix

IX

Onus verbi domini in terra Adrach et damasci re-
quiei eius Quia domini est oculus hominis
et omnium tribuum Israel Emath et terminus

[illegible] Ierusalem [illegible] Ezechiel [illegible] audiunt et [illegible]
[illegible] Ierusalem cognoscit [illegible] dies planctus et ieiuniorum [illegible]
cogitavit ut benefaceret Israel et domui Iuda vos in leticiam et gaudium et solemnitates esse vertendos ita dumtaxat si veritatem
diligatis et pacem [illegible] anagogen [illegible] ieiunium quod sponsus aufert a nobis et non [illegible]
[illegible] ad nos dominus et cogitavit ut benefaceret omnibus nobis [illegible] vertetur in gaudium et fames [illegible]
[illegible] domini [illegible] eius et celestis panis saturitate compensabitur etc.

[illegible] ieiunium super [illegible] [illegible] et [illegible] dissonant [illegible] de fonte magis [illegible] ieiunium quarti mensis qui apud latinos vocatur iulius [illegible] quo moyses de monte Synai tabulas legis [illegible] atque confregit. Et iuxta [illegible] ieiunium quinti [illegible] per v. vero mense qui apud nos augustus [illegible] exploratores [illegible] seditio [illegible] et [illegible] in monte [illegible] xl annos [illegible] a terra sancta [illegible] dispersi ut preter duobus Caleph Iosue omnes in solitudine [illegible] in hoc mense et a [illegible] et multa post [illegible] a [illegible] et Vespasiano templum [illegible] solimis [illegible] destructum [illegible] urbe Bethel [illegible] multa [illegible] vii vero quo [illegible] apud nos appellatur october [illegible] et [illegible] reliquie dissipate sunt [illegible] x quem apud nos [illegible] templum [illegible]

eius Et Thyrus et Sydon assumpserunt sibi quippe sapientiam
valde Et edificavit tyrus munitionem suam et coacervavit argentum
quasi humum et aurum ut lutum platearum Ecce dominus possidebit
eam Et percutiet in mari fortitudinem eius et hec igni devorabitur
Videbit Ascalon et timebit Et gaza dolebit nimis Et Acca-
ron quoniam confusa est spes eius Et peribit rex de gaza Et
Ascalon non habitabitur Et sedebit separator in Azoto Et disperdam
superbiam philistiorum et auferam sanguinem de ore eius Et abho-
minationes de medio dentium eius Et relinquetur ipse deo nostro
Et erit quasi dux in juda Et Accaron quasi Iebuseus Et circum-
dabo domum meam ex hiis que militant in euntes et revertentes
et non transibit ultra super eos exactor quia nunc vidi in oculis
meis Exulta satis filia Syon jubila filia Iherusalem Ecce
rex tuus veniet tibi mansuetus sedens super azinum et pullum
filium subiugalis / alias / Ecce rex tuus venit tibi iustus
et salvator Ipse pauper et ascendens super asinum et super
pullum filium azine Et disperdam quadrigam ex Effraym
Et equum de Iherusalem Et dissipabitur arcus belli Et loquetur
pacem gentibus Et potestas eius a mari usque ad mare et a
flumine usque ad fines orbis terre Tu etiam in sanguine testa-
menti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat
aqua Convertimini usque ad munitionem vincti Syon hodie
etiam annuncians duplicia reddam tibi Quoniam extendam mihi
Iudam quasi arcum implevi terram Effraym Et suscitabo
filios tuos Syon super filios tuos Grecia Et ponam te
quasi gladium fortium Et dominus deus super eos videbitur Et ex-
ibit ut fulgur iaculum eius Et dominus deus in tuba ca-
net Et vadet in turbine austri Dominus exercituum proteget
eos Et devorabunt et subiicient lapidibus funde Et bi-
bentes inebriabuntur quasi vino et replebuntur ut

fiale et quasi cornua altaris et salvabit eos dominus
deus eorum in die illa ut gregem populi sui quia lapides sancti
elevabuntur super terram eius quid enim bonum eius est et quid
pulcrum eius nisi frumentum electorum et vinum germinans vir-
Petite a domino pluviam in tempore virgines X
serotino et dominus faciet nives et pluviam
imbris et dabit eis singulis herbam in agro
Quia simulacra locuta sunt inutile et divini viderunt
mendacium et sompniatores frustra locuti sunt et
vane consolabantur idcirco abducti sunt quasi grex affligentur
quia non est eis pastor Super pastores iratus est furor meus
et super hircos visitabo quia visitavit dominus exercituum
gregem suum domum Iuda et posuit eos quasi equum glorie
sue in bello Et ex ipso angulus et ex ipso paxillus et ex
ipso arcus prelii et ex ipso egredietur omnis exactor simul
et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in bello et be-
llabunt quia dominus cum eis et confundentur ascensores equorum
Et confortabo domum Iuda et domum Ioseph salvabo
Et convertam eos quia miserebor eorum et erunt sicut
fuerunt quando non proieceram eos Ego enim dominus deus eorum
exaudiam eos Et erunt quasi fortes Effraym et letabitur cor
eorum quasi a vino et filii eorum videbunt et letabuntur et
exultabit cor eorum in domino Sibilabo eis et congregabo
eos quia redemi eos et multiplicabo eos sicut ante
fuerant multiplicati Et seminabo eos in populis et de longe
recordabuntur mei et vivent cum filiis suis et revertentur
et reducam eos de terra Egypti et de Assiriis congregabo
eos et ad terram Galaad et Libani adducam eos et non
invenietur eis locus et transibit in maris freto et percutiet
et in mari fluctus et confundentur omnia profunda

fluminis et humiliabitur superbia Assur et sceptrum egypti
recedet Confortabo eos in domino et in nomine eius ambula-

XI Aperi libane portas bunt dicit dominus
tuas et comedat ignis cedros tuas Ulula
abies quia cecidit cedrus quoniam magnifici va-
stati Ululate quercus basan quoniam succisus est saltus mu-
nitus Vox ululatus pastorum quia vastata est mag-
nificentia eorum Vox rugitus leonum quoniam vastata est super-
bia Jordanis Hec dicit dominus deus meus Pasce pecora
occisionis que qui possiderant occidebant et non dolebant
ea et vendebant ea dicentes Benedictus dominus divites facti
sumus et pastores eorum non parcebant eis Et ego non
parcam ultra super habitantes terram dicit dominus Ecce ego tra-
dam homines unumquemque in manu proximi sui et in
manu regis sui et concident terram et non eruam de
manu eorum Et pascam pecus occisionis propter hoc o pau-
peres gregis Et assumpsi in duas virgas unam ~~vero m~~-
~~decore~~ vocavi decorem et alteram vocavi funiculum
Et pavi gregem Et succidi tres pastores in mense uno
Et contracta est anima mea in eis siquidem anima eorum variavit
in me Et dixi non pascam vos Quod moritur moria-
tur et quod succiditur succidatur et reliqui devorent
unusquisque carnem proximi sui Et tuli virgam meam
que vocabatur decus ut abscindi eam ut irritum facerem
fedus meum quod percussi cum omnibus populis Et in irritum de-
ductum est in die illa Et cognoverunt sic pauperes gregis
qui custodiunt mihi quia verbum domini est Et dixi ad eos Si
bonum est in oculis vestris afferte mercedem meam Et si non
quiescite Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos
Et dixit dominus ad me Proiice illud ad statuarium de-
corum pretium quo appreciatus sum ab eis Et tuli triginta

argenteos et proieci illos ĩ domo dñi ad statuarium et
p̃cidi v̄gam meam secũdam que appellabat funiculus
ut dissoluerem germanitatem inter iudam et isrl̃ Et dixit
dñs ad me Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti / quia
ecce ego suscitabo tibi pastorem in terra / qui derelicta nõ
visitabit / dispersa nõ queret / et contritũ nõ saluabit /
et illud qđ stat nõ enutriet / et carnes pinguiũ co
medet / et vngulas eorũ dissoluet O pastor et ydolum
derelinquens gregẽ et gladius sup̃ brachiũ eius / et
sup̃ oculũ dextrũ eius Brachiũ eius ariditate siccabitur
et oculus eius dexter / tenebrescens obscurabitur

H onus ṽbi dñi sup̃ isrl̃ dicit dñs Et extẽ XII
dens celum / et fundans terram et fingens
spiritum hominis in eo Ecce ego ponam ihrlm sup̃
liminare crapule omnibus populis in circuitu sed et iuda erit
ĩ obsidione Et erit ĩ die illa ponã ihrlm lapidem
oneris cunctis populis Omnes qui leuabãt eam conci
sione lacerabuntur Et colligentur aduersus eã omnia re
gna terre In die illa dicit dñs Percuciam omnem equũ
in stuporem et ascensorem eius in amenciam Et sup̃ domum iude
aperiam oculos meos Et omnem equum populorum percuciam
cecitate / Et dicent duces iuda ĩ corde suo Confortentur
m̃ habitatores ihrlm ĩ dño exercituũ deo eorũ In die
illo Ponã duces iuda sicut caminũ ignis ĩ lignis
Et sicut facem ignis in feno / et deuorabunt ad dexteram et
ad sinistrã omnes populos in circuitu Et habitabitur ihrlm
rursus in loco suo Et saluabit dñs thabernacula iuda
sicut ĩ principio ut nõ magnifice glorietur domus da
uid Et gloria habitanciũ ihrlm contra iudam In die
illa proteget dñs habitatores ihrlm Et erit qui offenderit

erit in die illa quasi dauid Et domus dauid quasi dei sicut
angelus domini in conspectu eius Et erit in die illa queram
conterere omnes gentes que ueniunt contra ierusalem Et effundam
super domum dauid et super habitatores ierusalem spiritum
gratie et precum Et aspicient ad me quem confixerunt Et
plangent super eum planctu quasi super unigenitum Et
dolebunt super eum ut doleri solet in morte unigeniti In
die illa magnus erit planctus in ierusalem sicut planctus
ad Adremon in campo Mageddon et plangent terre fa-
milie seorsum et familie familie domus dauid seorsum
et mulieres eorum seorsum familie domus Nathan seorsum
mulieres eorum seorsum familie domus leui seorsum et mu-
III lieres eorum seorsum familie Semei seorsum et mulieres eorum
seorsum Omnes familie reliquie familie et familie se-
XIII In die illa erit fons (seorsum et mulieres eorum seorsum
patens domus dauid et habitantibus ierusalem in ablutio-
nem peccatoris et menstruate Et erit in die illa dicit dominus
exercituum disperdam nomina ydolorum de terra et non memora-
buntur ultra Et pseudo prophetas et spiritum immundum
auferam de terra Et erit cum prophetauerit quispiam ultra
dicent ei pater eius et mater eius qui genuerunt eum
Non uiues quia mendacium locutus es in nomine domini
Et figent eum pater eius et mater eius genitores eius
cum prophetauerit Nec operientur Et erit in die illa Confun-
dentur prophete unusquisque ex uisione sua cum prophetauerit
Nec operientur pallio saccino ut mentiantur Sed dicet
Non sum propheta homo agricola ego sum quoniam
Adam exemplum meum ab adolescentia mea Et dicetur
ei Quid sunt plage iste in medio manuum tuarum Et
dicet His plagatus sum in domo eorum qui diligebant

me framea suscitare super pastorem meum super virum
coherentem mihi dicit dominus exercituum Percute pastorem
et dispergentur oves Et convertam manum meam ad par-
vulos Et erit in omni terra dicit dominus partes due dis-
pergentur et deficient et tercia pars relinquetur in ea Et ducam
terciam partem per ignem et uram eos sicut uritur ar-
gentum Et probabo eos sicut probatur aurum Ipse in-
vocabit nomen meum et ego exaudiam eum Dicam
populus meus es Et ipse dicet dominus deus meus
Ecce dies venient domini et dividentur spo- XIIII
lia tua in medio tui Et congregabo
omnes gentes ad Jherusalem in prelium Et ca-
pietur civitas et vastabuntur domus et mulieres
violabuntur Et egredietur media pars civitatis in
captivitatem et reliquum populi non auferetur ex urbe Et
egredietur dominus et preliabitur contra gentes illas sicut
preliatus est in die certaminis Et stabunt pedes eius in
die illa super montem olivarum qui est contra Jherusalem ad orien-
tem Et scindetur mons olivarum ex media parte sui
ad orientem et ad occidentem prerupta grandi peste
valle / et separabitur medium montis eius ad aquilonem
et medium eius ad meridiem Et fugietis ad vallem
montium / quoniam coniungetur vallis montium usque
ad proximum Et fugietis sicut fugistis a facie terre
motus in diebus ozie regis juda Et veniet dominus
deus meus Omnesque sancti Et erit die illa Non erit lux
sed frigus et gelu Et erit dies una que nota est
domino Non dies neque nox Et in tempore vespere erit lux
Et erit in die illa Exibunt aque vive de Jherusalem
medium earum ad mare orientale et medium earum
ad mare novissimum In estate et in hyeme erunt Et

Et erit dominus rex super omnem terram · XV
XVI In die illa erit dominus unus et erit nomen eius unum Et revertetur
omnis terra usque ad desertum de colle Remmon ad austrum
Iherusalem Et exaltabitur et habitabit in loco suo a porta Be
niamin usque ad locum porte prioris Et usque ad portam
angulorum Et a turre Ananehel usque ad torcularia regis
et habitabunt in ea Et anathema non erit amplius sed se
debit Iherusalem secura Et erit plaga qua percutiet dominus
omnes gentes que pugnaverunt adversus Iherusalem Tabe
scet caro uniuscuiusque stantis super pedes suos Et oculi
eius contabescent in foraminibus suis Et lingua eorum
contabescet in ore suo In die illa erit tumultus domini
magnus in eis Et apprehendet vir manum proximi sui Sed
et Iudas pugnabit adversum Iherusalem Et congregabuntur
divicie omnium gencium in circuitu Aurum et argentum et vestes
multe satis Et sic erit ruina equi et muli cameli et
Asini et omnium iumentorum que fuerunt in castris illis sicut
ruina hec Et omnes qui reliqui fuerunt de universis genti
bus que venerunt contra Iherusalem ascendent ab anno in an
num ut adorent regem dominum exercituum et celebrent festi
vitatem thabernaculorum Et erit qui non ascenderit de fa
miliis terre ad Iherusalem ut adorent regem dominum exercituum
Non erit super eos ymber Quod et si familia Egypti non ascen
derit et non venerit Nec super eos erit sed erit in ruina qua
percutiet dominus omnes gentes que non ascenderint ad
celebrandum festum thabernaculorum Hoc erit peccatum Egy
pti Et hoc peccatum omnium gencium que non ascenderit ad cele
brandam festivitatem thabernaculorum In die illa erit quod super
frenum equi est sanctum domino Et erunt lebetes in domo domini
quasi fiale coram altari Et erit omnis lebes in Iherusalem et in Iuda
sanctificatus domino exercituum Et venientes omnes immolantes
sument ex eis et coquent in eis et non erit mercator
ultra in domo domini exercituum In die illa Deo gratias

Sequitur prologus in libro Malachie prophete

Malachias

Deus per moysen populo israhel sacerdotes tha-
bernaculi sui omni vitio liberos carnali
liberos hostias sine omni vitio mactatas
offerre quibus legem suam ad regendum
populum observandam dederat ut per sacrificiorum obla-
tionem inter multos dei et hominum facti populum propitia-
tionem celestibus faciant obedire Unde sacerdotes angelos esse in
hoc loco scriptura testatur Sed quia tanti muneris g-
ratiam contemnentes supradictis populus ac sacerdotes sacrificia
vitiis corrupta ipsis criminibus atque impietatibus maculati
deo offerre ceperunt Ideo per malachiam prophetam deus
populum suum israhel increpans ait Dilexi vos dicit dominus
Et dixistis In quo dilexisti nos Nonne frater erat Esau Iacob
dicit dominus Et dilexi Iacob Esau autem odio habui Esau
itaque fratrem Iacob non iniqua sed spontanea voluntate
odio habitum a deo Vel sine meriti gratia Iacob dilectum
manifestum est Cum secundum prescientiam suam Esau ad
effusionem fraterni sanguinis concupisceret Iacob autem
sanctam agnitionem observandam legem desiderare cognosceret
Cuius rei gratia supradicto usus exemplo est dominus dicens
Dilexi Iacob Esau autem odio habui Quorum operi-
bus memoratis quod liber Genesis meminit in
quo unusquisque eorum futurus esset proposito manifeste
constaret ut scriptum est Creverunt pueri Et erat Esau
homo agrestis sciens venari Iacob autem homo simplex
manens in tabernaculis Iam reliqua que lectoris
cura impensa sunt quanto populus israhel in observandis
sacrificiis dei increpationem cum eundem cum deos alienos
coluerunt significant

Malachias interpretatur angelus domini id est nuntius Quid-
quid enim loquebatur quasi a domino essent ita

credebant Et inde ita eius nomen LXX transtulerunt
dicentes Assumpcio vbi domini super Israel in manu an-
geli eius Prophetauit autem nouissimus in Babilone
quando et Aggeus
Onus verbi domini ad Israel in manu Mala-
I chie prophete / Dilexi vos dicit dominus In quo di-
lexisti nos Nonne frater erat Esau Iacob dicit
dominus Et dilexi iacob Esau autem odio habui
Et posui Seyr montes eius in solitudinem Et hereditatem
eius in dracones deserti Quod si dixerit ydumea destru-
cti sumus sed reuertentes edificabimus que destructa
sunt Hec dicit dominus exercituum Isti edificabunt et ego
destruam Et vocabuntur termini impietatis Et populus cui
iratus est dominus usque in eternum Et oculi uestri videbunt Et
vos dicetis magnificetur dominus super terminum Israel Filius
honorat patrem et seruus dominum suum timebit Si ergo
pater ego sum Vbi est honor meus Et si dominus ego sum
vbi est timor meus dicit dominus exercituum ad vos o sacer-
dotes / qui despicitis nomen meum Et dixistis In quo
despeximus nomen tuum Offertis super altare meum
panem pollutum Et dicitis In quo polluimus te In eo
quod dicitis Mensa domini despecta est Si offeratis cecum
ad immolandum Nonne malum est ~~Offer igitur~~ Et si offera-
tis claudum et languidum Nonne malum est Offer
igitur duci tuo si placuerit ei / aut si susceperit faciem
tuam dicit dominus exercituum Et nunc deprecamini vul-
tum domini ut misereatur vestri De manu enim vestra factum
est hoc Si quo suscipiat facies vestras / dicit dominus exercituum
Quis est in vobis qui claudat hostia / et incendat
altare meum gratuito Non est mihi voluntas in vobis
dicit dominus exercituum Et munus non suscipiam de manu

vestra Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est
meum nomen in gentibus et in omni loco sacrificatur et offer-
tur nomini meo oblatio munda quia magnum est nomen
in gentibus dicit dominus exercituum Et vos polluistis il-
lud in eo quod dicitis mensa domini contaminata est et quod
superponitur contemptibile est cum igne qui illud devorat
Et dixistis ecce de labore Et exsufflastis illud dicit dominus
exercituum Et intulistis de rapinis claudum et languidum
Et intulistis munus Numquid suscipiam illud de manu
vestra dicit dominus Maledictus dolosus qui habet in gre-
ge suo masculum dicit dominus Et votum faciens immolat de-
bile domino quia rex magnus sum ego dicit dominus exer-
cituum et nomen meum honorabile et terribile in gentibus
II Et nunc ad vos mandatum hoc o sacerdotes
Si nolueritis audire et si nolueritis ponere
super cor ut detis gloriam nomini meo ait
dominus exercituum mittam in vos egestatem et male-
dicam benedictionibus vestris et maledicam illis Quo-
niam non posuistis super cor Ecce ego proiciam
vobis brachium et dispergam super vultum vestrum stercus
sollempnitatum vestrarum et assumet vos secum Et scietis quia
misi ad vos mandatum istud ut esset pactum meum cum
Levi dicit dominus exercituum Pactum meum fuit cum eo
vite et pacis Et dedi ei timorem et timuit me Et
a facie nominis mei pavebat Lex veritatis fuit in ore
eius et iniquitas non est inventa in labiis eius In
pace et equitate ambulavit mecum Et multos avertit
ab iniquitate Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam
et legem requirent de ore eius quia angelus domini
exercituum est Vos autem recessistis de via et scandalizastis

[illegible]

plurimos in lege irritum fecistis pactum levi dicit dominus
exercituum Propter quod et ego dedi vos contemptibiles et
humiles omnibus populis sicut non servastis vias meas et
accepistis faciem in lege Numquid non pater unus omnium
nostrum Numquid non deus unus creavit nos Quare ergo
despicit unusquisque fratrem suum violans pactum patrum nostrorum Transgressus
est Iudas et abhominatio facta est in israel et ierusalem
quia contaminavit iudas sanctificationem domini quam dilexit
et habuit filiam dei alieni Disperdet dominus virum
qui fecerit hoc magistrum et discipulum de tabernaculis ia-
cob offerentem sacrificium munus domino exercituum Et hoc
rursum fecistis operiebatis lacrimis altare domini fle-
tu et gemitu ita ut non respiciam ultra ad sacrificium
Nec accipiam placabile quid de manu vestra et dixistis
quam ob causam Quia dominus testificatus est inter te et
uxorem pubertatis tue quam tu despexisti Et hec parti-
ceps tua et uxor federis tui Nonne unus fecit et residu-
um spiritus eius est Et quid unus querit nisi se-
men dei Custodite ergo spiritum vestrum et uxorem ado-
lescentie tue noli despicere Cum odio habueris di-
mitte dicit dominus deus israel operiet autem iniquitas ve-
stimentum eius dicit dominus exercituum Custodite spiritum ve-
strum et nolite despicere Laborare fecistis dominum in ser-
monibus vestris Et dixistis In quo eum fecimus laborare
In eo cum dicitis Omnis qui facit malum bonus est in
conspectu domini et tales ei placent aut certe ubi est deus
III Ecce ego mitto angelum meum et iudicii
preparabit viam ante faciem meam Et sta-
tim veniet ad templum sanctum suum dominator
quem vos queritis et angelus testamenti quem vos vultis

Malachias

Ecce venit dominus exercituum Et quis poterit cogitare diem
adventus eius Et quis stabit ad videndum eum Ipse
enim quasi ignis conflans Et quasi herba fullonum
Et sedebit conflans et emundans argentum Et purga-
bit filios levi Et colabit eos quasi aurum et quasi
argentum et erunt domino offerentes sacrificia et in iusticia
Et placebit domino sacrificium iuda et iherusalem sicut di-
es seculi et sicut anni antiqui Et accedam ad vos
in iudicio Et ero testis velox maleficiis et adulteris
et periuris Et qui calumniantur mercedem mercena-
rii Et humiliant viduas et pupillos et opprimunt per-
egrinum nec timuerunt me dicit dominus exercituum Ego
enim dominus et non mutor et vos filii iacob Et non
estis consumpti A diebus enim patrum vestrorum recessistis
a legitimis meis Et non custodistis Revertimini ad
me et ego revertar ad vos dicit dominus exercituum Et di-
xistis In quo revertemur Si affliget homo deum
quia vos configitis me Et dixistis In quo con-
figimus te In decimis et in primiciis et in penu-
ria Vos maledicti estis et me vos fraudatis et
configitis gens tota Inferte omnem decimam in
horreum meum ut sit cibus in domo mea Et probate
me super hoc dicit dominus si non aperuero vobis ca-
tharactas celi et effudero vobis benedictionem usque ad
abundantiam Et increpabo pro vobis devorantem
et non corrumpet fructum terre vestre Nec erit sterilis vinea
in agro dicit dominus exercituum Et beatos vos dicent
omnes gentes Eritis enim vos terra desiderabilis
dicit dominus exercituum Invaluerunt super me verba
vestra dicit dominus Et dixistis Quid locuti sumus

[illegible]

[illegible]

[illegible]

contra te Et dixistis Vanus est qui servit deo et
quod emolimentum est quia custodivimus precepta
eius Et quia ambulavimus tristes coram domino exer-
cituum Ergo nunc beatos dicimus arrogantes Si-
quidem edificati sunt facientes impietatem Et tempta-
verunt deum et salvi facti sunt Tunc locuti sunt
timentes deum unusquisque cum proximo suo Et attendit
dominus et audivit et scriptus est liber monumenti
coram eo timentibus deum Et cogitantibus nomen eius
Et erunt michi ait dominus deus exercituum in die qua
ego facio in peculium Et parcam eis sicut parcit vir
filio suo servienti sibi Et convertimini [illegible] et
videbitis quid sit inter iustum et impium et inter servi-

IIII Ecce enim dies ente deo et non servienti
veniet succensa quasi caminus Et erunt
omnes superbi et facientes impietatem
stipula Et inflammabit eos dies veniens dicit
dominus exercituum que non derelinquet eis radicem
et germen Et orietur vobis timentibus nomen meum
sol iusticie et sanitas in pennis eius Et egrediemini
et salietis sicut vituli de armento Et calcabitis im-
pios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum
In die qua ego facio dicit dominus exercituum Memen-
tote legis moysi servi mei quod mandavi ei in
oreb ad omnem israel precepta et iudicia Ecce ego
mittam vobis heliam prophetam antequam veniat
dies domini magnus et horribilis Et convertet cor
patrum ad filios et cor filiorum ad patres eorum Ne
forte veniam et percuciam terram anathemate

Laus tibi christe datur quia finis adesse probatur
Abs te nemo potest nec istha principio
Scribere vel ferre nisi christe vias aperire
Unde tibi prompte [illegible] tuus ex [illegible] os tenere
Non piget immo decet ac mage michi placet Amen

4.21



II